E X auctoribus Iuba Rege Xenocrate. Zenonis Endirie. Eicido & Philosene.Enripide.Nicandro.Satyro. Theophrasto. Carete.Philomene.Demosistrato.Xenotemi.Metrodaro.Sotato. Picea. Thimeo. Siculo. Nitia. Thecresco. Asaruba.M. Nastateome. Cresia. Mitridate.Sophide.Archilao. rege Caristoto.Democrito.Ismenũ.Olipiade et Alexandro et Polistore.Apiõe. Oro.Zotastre. et Tacitaria.

VNDVM ET HOC QVOD NOMINE alio Cęlum appellari libuit: cuius circũflexu tegunt cuncta: numen esse credi par est: ęternum: inmensum neq; genitũ: neq; interitur umq̃. Huius extera ĩdagare: nec interest hominũ: nec capit humanę coniectura mentis. Sacer est: ęternus: ĩmensus: totus ĩ toto: ĩmo uero ipse totum infinitus: ac finito similis. Omnium rerũ certus & similis incerto. Extra intra cuncta complexus in se idemq; rerũ naturę opus & rerũ ipsa natura: furor est: mensuram eius animo quosdam agitasse atq; pdere ausos. Alios rursus occasione hinc sumpta aut his data inumerabiles tradidisse mundos: ut totidem rerũ naturas credi oporteret. Aut si una omnes incubarent: totidẽ tamẽ soles: totidemq; lunas: et cętera etiam in uno: & inmensa & inumerabilia sydera: q̃si nõ eadem quęstiõe semp in termino cogitationis occursura desiderio finis alicuius. Aut si hęc infinitas naturę oĩm artifici possit assignari. Non illud idẽ in uno facilius sit ĩtelligi tanto prę̃sertim opere: furor est: pfecto furor egredi ex eo. Et tanq̃ interna eius cuncta plane iam sint nota ita scrutari extera quasi uero mensuram illius rei possit agere: qui sui nesciat aut hoĩes possint uidere quę mũdus ipse non capiat.

FOrmam eius in spetiẽ orbis absoluti globatam esse nomen inprimis & cõsensus in eo mortalium orbem appellantium. Sed & argumẽta rerũ docent nõ solũ quia talis figura oĩbus sui partibus uergit in se se: ac sibi ipsa tolleranda est: seque includit et continet nullarũ egens compagũ: nec finem aut initiũ ullis sui partibus sentiẽs: nec quia ad motum quo subinde uerti mox apparebit: talis aptissima est. Sed oculorum quoq; pbatione q̃ connexus mediusq; quacũq; cernatur: cum id accidere in alia non possit figura.

HAnc ergo formam eius ęterno & irrequieto ambitu inenarrabili celeritate. xxiiii. horarũ spatio circũagi solis exortus et occasus haud dubium reliquere an sit ĩmẽsus: & ideo sensum uariũ facile excedẽs tantę molis rotata uertigine assidua sonitus nõ equidẽ facile dixerim: non hercle magis q̃ circumactorũ simul tinnitus syderũ suosque uoluẽtium orbes. An dulcis quidam & incredibili suauitate concẽtus nobis qui intus agimur iuxta diebus noctibusq; tacitus labit mundus: esse innumeras ei effigies animalium rerũq; cunctarũ impressas. Nec ut in uolucrum notamus ouis leuitatem cõtinuam lubricũ corpus: quod clarissimi quidẽ auctores dixere: uerũ argumẽtis indicat quoniam inde deciduis rerũ omniũ seminibus in numerę in mari prę̃cipue: ac plerq; confusis monstrificę digenerantur effigies: Prę̃terea uisus probatione alibi ursi tauri alibi: alibi: littere figura & candidiore medio super uerticem circulo

EQuidem & consensu gentium moueor. Namque. Cosmos grę̃ci nomine ornamenti appellauerunt eum & nos a perfecta absolutaq; elegantia mundum: Cęlũ quidem haud dubie cęlati argumẽto diximus: ut interpretat. M. Varro. Adiuuat rerũ ordo descripto circulo qui signifer uocat in. xii. aĩalũ effigies: & per illas solis cursus congruens tot sęculis ratio.

NEc de elementis uideo dubitari q̃tuor esse ea. Ignitum summo: inde tot stellarũ collucẽtium illos oculos: pximũ spiritus: quẽ grę̃ci nostriq; eodẽ uocabulo aera appellant. Vitalẽ hunc: & per cuncta rerũ meabilẽ totoq; cõsertum: cuius ui suspẽsam cum quarto aquarũ elemẽto librari medio spatii tellurẽ ita mutuo cõplexu diuersitatis

effici nexum & leuia ponderibus inhiberi quominus euolent. Contraque grauia ne ruant suspendi leuibus in sublime tendētibus. Sic pari in diuersa nisu ui sua quęque consistere irrequieto mundi ipsius constricta circuitu: quo semp in se currente imam atque mediam in toto terram: eandemq; uniuerso cardine stare pendentem librantem per quę pēdeat: ita solam immobilē circa eam uolubili uniuersitate: eandēq; ex oĩbus necti: eidemque omnia inniti.

INter hanc cęlumque eodem spiritu pēdent certis discreta spatiis. vii. sydera quę ab incessu uocamus errantia: cum errent nulla minus illis: eorum medius sol fert amplissima magnitudĩe ac potestate: nec temporum modo: terraq; sed sydeq; etiam ipsoq; cęliq; rector: hunc esse mundi totius aĩmū: ac planius mente: hunc principale naturę regimē ac numē credere decet opera eius existimantes: hic lucem rebus mistrat aufertq; tenebras: hic reliqua sydera occultat illustrat: hic uices temporq; annūq; semp renascētē ex usu naturę tēperat: hic cęli tristitiam discutit: atq; etiam nubila humaĩ aĩmi serenat: hic suū lumen cęteris quoq; syderibus fęnerat: pręclarus eximius oĩa ĩtuens: oĩa etiam exaudiens: ut principi litteraq; homero placuisse in uno eo uideo.

QVapropter effigiem dei formamque quęrere ibecillitatis humanę reor: quisquis est deus si modo est alius: & quacūque in parte totus est sensus: totus est uisus: totus auditus: totus animę totus animi totus sui: innumeros quidē credere atq; etiam ex uitiis hominū ut pudicitiam concordiam mentem spem honorem clęmentiam fidem: aut ut democrito placuit duos omnino poenam & benefitiū maiorem ad socordiam accedit fragilis & laboriosa mortalitas in partes ista digessit ĩfirmitatis suę mēor ut portionibus coleret quisque quo maxime indiger & Itaque noĩna alia aliis gētibus & numina in iisdem inūerabilia reperimus. Inferis quoque in genera de scriptis morbisque: & multis etiam pestibus dum esse placatis trepido metu cupimus. Ideoque etiam publice febri fanum in palatio dicatum est. Bonę ad ędē larū ara & Malę fortūę esquiliis. Quamobrem maior cęlitum populus etiam q̄ hominum intelligi potest cū singuli quoq; ex semetipsis totidē deos faciant. Iunones geniosque adoptando sibi Gentęs uero quędam animalia & aliqua etiam obscena pro diis habēt ac multa dictu magis pudenda per foetidos cibos & alia similia iurantes. Matrimonia quidem inter deos credi tantoque ęuo ex his neminē nasci & alios esse grandęuos semperque canos alios iuuenes atque pueros atri coloris aligeros claudos e boue editos & alternis diebus uiuentes: morientesque puerilium prope delicamentoq; est Sed super omnem impudentiam adulteria inter ipsos fingi mox iurgia & odia: atque etiam furtorū esse & scelerq; numina. Dei est ĩmortalis iuuare mortalem & hęc ad ęternam gloriam uia hac proceres iere romani hac nunc cęlesti passu cum liberis suis uadit maximus ōnis cui rector. Vęspasianus augustus fessis rebus subueniens: hic est uetustissimus referendi benemerentibus gratiam mos ut tales numinibus ascribant. Quippe & omniū alioq; nomina deoq; & quę supra sydeq; retuli ex hominū nata sunt meritis Iouē quidem aut mercuriū: aliter ue alios inter se uocari: & esse cęleste nomē culturę quis non interpretatione naturę fateat irridendū: agere curam req; humanaq; illud quicquid est summū an ne tam tristi atque multiplici ministerio nō pollui credamus dubitemus ue: Vix prope est iudicare utrū magis conducat generi humano quando aliis nullus est deoq; respectus: aliis pudendus externis famulant sacris ac digitis deos gestant & monstra quoque quę colunt damnant: & excogitant cibos imperia dira in ipsos ne somno quidem quieto irrogant Non matrimoia non liberos: non deĩque quicq̄ aliud nisi iubentibus sacris diligunt. Alii in ipso capitolio fallunt ac fulminantem piurant iouem: & bos iuuant scelera illos sacra sua poenis agunt. Inuenit tamen inter has utrasque sententias medium sibi ipsa mortalitas numen: quominus etiam plana de deo coniectatio esset. Toto quippe mundo & locis omnibus: omnibusque horis omnium uocibus fortuna sola inuocatur: & una nominatur: una accusat: una agitur rea: una cogitatur sola. Sola laudatur: sola arguit: & cum conuiciis colitur uolubilisque: a plerisq;

uero & cęca etiam existimata uaga inconstans: incerta uaria indignorque fautrix: huic omnia expensa: huic cōnia ferūt accepta: & in tota ratioē mortaliū sola utrāq; paginam facit. Adeoq; obnoxię sumus sortis ut sors ipsa pro deo sit qua deus ꝓbatur incertus pars alia & hanc pellit astroq; suo euentus assignat: & nascēdi legibus semelq; in omēs futuros unq̄ dei decreto. In reliquum uero otiū dat. Sedere coepit sentētia hęc: parterq; & eruditum uulgus & rude in eam cursu uadit. Ecce fulgurum monitus oraculorum prescita aruspicum prędicta: atq; etiam parua dictu in auguriis sternutamēta: & offensiones pedum. Diuus Augustus lęuum prodidit sibi calceū prępostere indutum: quo die seditione militari prope afflictus est. Quę singula iprouidam mortalitatē inuoluūt solum ut inter ista uel certum sit nihil esse certi: nec miserius quicq̄ boine: aut supbius Ceteris quippe animantium sola uictus cura est. In quo sponte naturę benignitas sufficit imo quidē uel prędferenda cunctis bonis ꝗ de gloria de pecuia ambitione semperq; de morte nō cogitant. Verū in his deos agere curam rerū hūanarū credi ex usu uitę est poenasque maleficis aliquando feras occupato deo in tanta mole nunq̄ autem irritas esse. Nec ideo proximum illi genitum hominē ut uilitate iuxta beluas esset. Imperfectę uero in homīē naturę prędcipua solatia ne deum quidem posse omia. Namque nec sibi potest mortem conscisscere si uelit quod homi dedit optimū in tantis uitę poenis nec mortales ęternitate donare aut reuocare defunctos nec facere ut qui uixit nō uixerit qui honores gessit nō gesserit. Nullumq; habere in prędterita ius prędterq̄ obliuiōis Atque ut facetis quoque argumentis sotietas hęc cum deo copulet ut his dena uigiti non sint aut multa similiter efficere nō posse per quę declarat haud dubię naturę potentia. Idq; esse quod deū uocamus: in hęc diuertisse nō fuerit alienū propter uulgatā assidue quęstionem de deo.

Hinc redeamus ad reliqua naturę sydera quę affixa diximus mundo nō illa ut existimat uulgus singulis attributa nobis & clara diuitibus: minora pauperibus: obscura defectis: & pro sorte cuiusq; lucētia ac numerata mortalibus. Quia nec cum suo quęque orta oriunt homine nec aliquem extingui decidua significant. Non tanta cęlo sotietas nobiscum est: ut nostro fato mortalis sit ille quoq; sydereus fulgor. Illa nimio alimento tracti humoris igneam in abūdantiam redeunt cum decidere credunt ut apud nos quoq; id luminibus accensis liquore olei notamus accidere. Cętera ęterna est cęlestibus natura intexentibus mundum intextuq; concretis: potentia autem ad terrā magnopere eorū ptinēs quę ꝓpter effectus claritatēq; & magnitudinē i tāta subtilitate nosci potuerūt sicut suo demōstrabimus loco. Circulorū quoq; cęli ratio in terrę metione aptius dicitur quando ad eam pertinēt tota signiferi modulatio inuentionibus non dilatis obliquitatē eius intellexisse: hoc est rerū fores aperuisse Anaximander milesius tradit primus: olimpiade. lviii. signa deinde In eo cleostratus & primam arietis ac sagittarii feram ipsum ante multo atlas. Nunc relicto ipsius mūdi corpore reliqua inter cęlum terrasq; tractent. Summum esse quod uocāt Saturni sydus: ideoq; minimum uideri & maximo ambire circulo ac. xxx. anno ad breuissima sedis suę principia regredi certum est. Omnium autem errātiū sydereū meatus iterq; solis & lunę cōtrariū mūdo agere cursum idest lęuū semp illa in dextra prędcipiti & quamuis assidua cōuersione in mensę celeritatis attollantur ab eo: rapianturq; in occasum aduerso tamen ire motu per suos quoq; passus ita ferri ne conuolutus aer eandem in parte ęterna mūdi uertigine ignauo globo torpeat: sed fundat aduerso sydereū uerbere discretus & digestus. Saturni autem sydus gelidę ac rigentis esse naturę multoq; ex eo inferiorē. Iouis circulū & io motu celeriore duodeis circumagi annis. Tertium martis quod quidam herculis uocant ignea ardentis solis uicinitate binis fere annis conuerti. Ideoq; huius ardore nimio & rigore Saturni interiectū ambobus ex utroq; tēperari Ioue salutarēq; fieri deum. Inde solis meatum esse partium quidem. trecentarū. lx. Sed ut obseruatio ūbrarū eius redeat ad notas quīos ānis dies adiici: supque quartam partē diei. Quam ob causam quinto anno unus intercalaris dies addit ut tēporū ratio solis itineri cōgruat. Infra solem ambit igens sydus appellatum Veneris alterno meatu uagum ipsisq;

cognominibus çmulum ſolis ac lunę prçueniens quippe & ante matutinũ exoriens luciferi nomẽ accipit: ut ſol alter diẽq; maturans. Contra ab occaſu refulgens nũcupat̃ Veſper ut prorogãs lucẽ uicẽue lũę reddẽs quam naturam eius Pythagoras ſãius primus deprehẽdit olympiade circiter. xxxii. q fuit urbis Romę annis. c. xlii. largiori magnitudie extra cũcta alia ſydera eſt claritatis quidẽ tantę ut unius huius ſtellę radius ũbrę reddant̃. Itaq; & in magno numinũ ambitu. Alii. n. Iunoĩs. Alii iſidis alii matris deum appellauere: huius natura cuncta generant̃ in terris. Namq; in alterutro exortu genitali rore conſpargens non modo terrę conceptus implet. Verũ animantiũ quoq; omnium ſtimulat. Signiferi autem ambitum peragit tricenis & duo de quinquageis diebus a ſole nũq̃ abſiſtẽs partibus ſex. atq; xl. lõgius ut Timęo placet. Simili ratiõe ſed nequaq̃ magnitudine: aut ui proximũ illi Mercurii ſydus a quibuſdam appellatũ apollinis inferiori circulo fertur nouem diebus ocyore ambitu modo ante ſolis exortũ modo poſt occaſum ſplendens. Nunquã ab eo. xxii. partibus remotius ut eydenas & Soſigenes docet. Ideo & peculiaris hoꝝ ſydeꝝ ratio eſt neque communis cum ſupradictis. Namque ea & quarta parte cęli a ſole abeſſe & tercia & aduerſa ſoli ſepe cernũt̃ maioreſq; alios habent cuncta plenę cõuerſiõis ambitus in magni anni ratiõe dicendos.

De Lune natura Capitulum

SEd omnium admirationem uincit nouiſſimum ſydus terriſq; familiariſſimum & in tenebraꝝ remedium ab natura repertum lunę multiformis: hęc ambigua torſit ingenia contemplantium: & proximum ignorari ſydus maxime indignantium creſcens ſemper: aut ſeneſcẽs & modo curuata in cornua fauces: modo ęqua portione diuiſa: modo ſinuata in orbem maculoſa. Eademq; ſubito prenitens imenſa orbe pleo ac repente nulla alias pernox alias ſera & parte diei ſolis lucem adiuuans deficiens: & in defectu tamen conſpicua: quę menſis exitu latet cum laborare non credit̃. Iam uero humilis & excelſa: et ne id quidẽ uno modo: ſed alias admota cęlo: alias cõtigua montibus. Nunc in aquilonem elata: nunc in auſtrum deiecta: quę ſingula in ea deprehẽdit hominum primus Endymion: & ob id amore eius captus fama traditur: non ſumus profecto grati erga eos qui labore curaq; lucem nobis aperuere. In hac luce mira quoque humani ingenii peſtes ſanguinem & cędes ſcribere annalibus iuuat ut ſcelera hominum noſcantur mundi ipſius ignaris: proxima ergo cardini. ideoq; minio ambitu uicenis diebus ſeptenſq; & tercia diei parte peragit ſpatia eadem quę Saturni ſydus altiſſimum. xxx. ut dictum eſt annis. Deinde remorata in coitu ſolis biduo cum tardiſſime a. xxx. luce rurſum ad eaſdem uices exit. Haud ſcio an omnium quę in cęlo prenoſci potuerunt magiſtra in. xii. ſpatia menſium oportere diuidi annum quando ipſum toties ſolem redeuntem ad principia conſequitur: ſolis fulgore eam ut reliqua ſydeꝝ tegi ſiquidẽ in totũ mutuata ab eo luce fulgere: qualẽ in repcuſſa aqua uolitare conſpicimus: ideo mollione & imperfecta ui ſoluere tantũ humorẽ atq; etiam augere quem ſolis radii abſumãt. Ideo & in ęquali lumine aſpici. quia ex aduerſo demũ plẽa reliquis diebus tantum ex ſe terris oſtendit quantum ex ſole ipſa conſpiciat. In coitu quidem nõ cerni: quoniam hauſtũ omne lucis aduerſę illo tegirat ũde accepit. Sydera haud dubie humore terreno paſci: quia orbe dimidio non nunq̃ maculoſo cernant̃: non dum ſuppetente adhauriendũ ultra iuſta ui. Maculas eni non aliud eſſe q̃ terrę raptas cum humore ſordes.

DEfectus autem ſuos & ſolis rem in tota contemplatione naturę maxime miram et oſtento ſimilem eoꝝ magnitudinũ: umbręq; iudices extitere. Quippe manifeſtum eſt ſolem interuẽtu lunę occultari: lunamq; terrę obiectu ac uices reddi eoſdem ſolis radios luna interpoſitu ſuo auferẽte terrę: terraq; lunę. Hac uero ſubcũte repẽtias obduci tenebras: rurſuſq; illius umbra ſydus hebetari: neq; aliud eſſe noctem q̃ terrę umbram. Figuram autẽ huius umbrę ſimilem metę ac turbini inuerſo: quando mucrone tantũ ingruat: neq; excedat latitudinem lunę: quoniam nullum aliud ſydus eodem modo obſcuret̃: & talis figura ĩ mucrõe ſemp deficiat ſpatio qdẽcõſumi umbras ĩditio ſunt uolucrũ prealti uolatus. Ergo cõfinium eſt illis aeris terminus: initiumq;

ęteris ſupra lunã pura omnia:ac diuturnę lucis plena a nobis aũt per noctem cernũt ſydera ut reliqua lumina e tenebris & ꝓpter has cauſas nocturno tempore deficit lũa Statuti autẽ atq; non meſtrui ſunt utriq; defectus propter obliquitatẽ ſigniferi lunęq; multiuagos ut dictum eſt flexus nõ ſemp in ſcrupulis partiũ congruẽte ſydeꝝ motu.

HAec ratio mortales aĩmos ſubducit in cęlũ :ac uelut ĩde cõtemplantibus trium maximaꝝ rerũ naturę partium magnitudiem detegit. Non poſſet quippe totus ſol adimi terris intercedente luna:ſi terra maior eſſ& q̃ luna. Tertio ex utraq; uaſtitas ſolis aperit:ut non ſit neceſſe amplitudinẽ eius:oculoꝝ argumẽtis atq; cõiectura aĩmi ſcrutari ĩmẽſam eſſe:quia arboꝝ in limitibus porrectaꝝ in quęlibet paſſuũ milia ũbras paribus iaciat interuallis tanq̃ toto ſpatio medias .Et quia per ęquinoctiũ omnibus ĩ meridiana plaga habitantibus ſimul fiat a uertice. Item quia citra ſolſticialẽ circulum habitantiũ meridie ad ſeptentrionẽ ũbrę cadunt.Ortu uero ad occaſum.quę fieri nullo modo poſſent:niſi multo q̃ terra maior eſſ&.Nec q; mõtem idam exoriẽs latitudie exuperat dextra leuaq; large amplectẽs: pręſertim tanto diſcretus interuallo. Defectus lunę magnitudiem eius.haud dubia ratiõe declarat:ſicut terrę paruitatẽ ipſa definiẽs Namq; cũ ſint tres umbraꝝ figurę:cõſtetq; ſi par lumini ſit materia quę iactat ũbram collumnę effigie iaci: nec habere finẽ. Si uero maior materia q̃ lumen turbinis recti ut ſit imũ eius anguſtiſſimũ :& ſimili modo infinita lõgitudo.Si mior materia q̃ lux metę exiſtere effigiem in cacuminis fine definentẽ talemq; cerni umbram deficiente luna palam ſit ut nulla amplius relinquat dubitatio:ſuperari magnitudie terram. Id quidẽ & tacitis naturę ipſius indiciis.Cur enĩ partitis uicibus anni brumalis abſcedit aut noctiũ opacitate terras reficit exuſturus.haud dubię & ſic quoq; exurens quadam in parte tanta magnitudo eſt.

ETrationem quidem defectus utriuſq; primus Romani generis in uulgus extulit.Sulpitius gallus:qui Conſul cum.M.marcello fuit.Sed cum tribunus militũ ſolicitudie exercitu liberato pridie q̃ perſes rex ſuperatus a paulo eſt in concionem ab imperatore productus:ad prędicẽdam ęclipſim: mox & cõpoſito uoluie.Apud autem grękos inueſtigauit primus omniũ Thales mileſius olympiadis. xlviii .anno quarto prędicto ſolis defectu:qui ſub Aliate rege factus eſt. Vrbis conditę anno. c. lxx .poſt eos utriuſq; ſyderis curſum in dc.annos prącinuit hipparchus menſes gentiũ: dieſq; et horas ac ſitus locoꝝ & uicos populoꝝ cõplexus ęuo teſte:haud alio modo q̃ cõſilioꝝ naturę particeps:uiri ĩgẽtes ſupraq; mortaliũ naturam tantoꝝ numinũ lege deprębẽſa et miſera hominũ mente abſoluta: ſtellaꝝ defectibus ſcelera: ut mortem aliq̃m ſydeꝝ pauentes quo ĩ metu fuiſſe ſtefichori & pindari uatũ ſublimia ora palã eſt.Deliquio ſolis & in luna ueneficia arguente mortalitate:& ob id crepitu diſſono auxiliante:quo pauore ignarus cauſę.Nicias atheniẽſiũ imperator ueritus claſſem portu educere opes eoꝝ afflixit.Macti ĩgenio eſte ęcli ĩterprętes:reꝝq; naturę capaces:argumẽti repertores quo deos hominesq; uiciſtis.Quis enĩ hęc cernẽs & ſtatos ſydeꝝ:quoniam ita placuit appellari labores non ſuę neceſſitati mortalis genitus ignoſcat?nũc confeſſa de iſdem breuiter ac capitulati attingam ratiõẽ ad modũ neceſſariis locis ſtrictiq; reddita.Nam neq; iſtituti operis talis argumẽtatio eſt.neq; õniũ reꝝ afferri poſſe cauſas minus mirũ eſt:q̃ conſtare in aliquis.

DEfectus.cc xxiii·mẽſibus redire in ſuos orbes certum eſt:ſolis defectum non niſi nouiſſima primaue fieri luna:quod uocant coitum·lunę aũt nõ niſi plẽa.ſempq; citra q̃ proxime fuerit.Omnibus aũt annis fieri utriuſq; ſyderis defectus ſtatutis diebus horiſq; ſub terra. Nec tamẽ cũ fiant ſupne ubiq; cerni:aliquando propter nubila ſępius globo terrę obſtante connexitatibus mũdi.Intra.cc.annos hipparchi ſagacitate compertũ eſt:& lunę defectum aliquando quito mẽſe a priore fieri.Solis uero ſeptio eandẽ bis in.xxx.diebus ſupra terras occultari:ſed ab aliis hoc cerni:quęq; ſunt in hoc miraculo maxie mira. Cum conueniat umbra terrę lunam hebetari:nunc ab occaſus parte hoc ei accidere:nunc ab exortus qua nã ratõne cũ ſolis exortu ũbra illa hebetatrix

ſub terra eſſe debeat ſemel iam accidere: ut in occaſu luna deficer& utroq; ſuper terram conſpicuo ſydere. Nam ut in.xv.diebus utrumq; ſydus quęreret:& noſtro ęuo accidit imperatoribus Veſpaſianis patre.iii.& filio.ii.Conſulibus.

LVnam ſemper auerſis a ſole cornibus ſi creſcat ortus ſpectare: ſi minuat occaſus haud dubium eſt lucem dodrantis ſemuncias horaꝝ a ſecũda aduciẽtem uſq; ad plenum orbem detrahentęq; indiminutionẽ. Intra.xiii.aũt partes ſolis ſemp occultam eſſe: quo argumẽto amplior errantiũ ſtellaꝝ q̃ lunę magnitudo colligit. quãdo illę et ſeptenis interdũ partibus emergant. ſed altitudo cogit minores uideri ſicut affixas cęlo ſolis fulgore interdiu nõ cerni cum: ęque die ac noctu luceant. Idq; manifeſtum fiat defectibus ſolis & prealtis puteis.

ERrantium autem tres quas ſupra ſolem diximus ſitas occultantur meantes cum eo. exoriunt uero matutio deſcendentes partibus nunq̃ amplius undenis poſtea radioꝝ eius contactu regunt & in triquetro a partibus.c.xx.ſtationes matutias faciũt quę & primę uocantur. Mox in aduerſo a partibus.c.lxxx.exortus ueſpertios. Itezq; in.c.xx.ab alio latere appropinquãte ſtationes ueſpertias quas & ſecundas uocant donec affecutus in partibus duodeis occult& illas q ueſpertini occaſus appellãt. Martis ſtella propior etiam ex quadrato ſentit radios: & ab.lxxx.partibus: unde & nomen accepit. Is primus motus & ſecundus nonagenarius dictus ab utroq; exortu. Eadẽ ſtationalis ſenis mẽſibus commorat i ſignis: alioqui bimeſtris: cũ cęterę utraq; ſtatione quaternos mẽſes non impleant. Inferiores aũt due occultant in coitu ueſptino ſimili modo relictęq; a ſole totidẽ in partibus faciant exortus matutios: ad quos lõgiſſimũ diſtantię ſuę metis ſolem inſecunt: adeptęq; occaſu matutino condunt ac prętereunt mox eodem interuallo ueſpere exoriũt uſq; ad quos diximus terminos. Ab his retrogradiuntur ad ſolem & occaſu ueſpertio delitescunt. Veneris ſtella etiam ſtatões duas matutiam ueſptiamq; ab utroq; exortu facit lõgiſſimis diſtantię ſuę finibus. Mercurii ſtationes breuiori mõmẽto q̃ ut deprehendi poſſint: hęc eſt luinũ occultationũq; ratõ perplexiori motu: multiſq; inuoluta miraculis. Siquidẽ magnitudines ſuas & colores mutant & eędem ad ſeptentrionẽ accedũt: abeuntq; ad auſtrũ terriſq; propiores: haud cęlo repẽte cernunt. In quibus aliter multa q̃ priores tradituri fatemur. Ea quoq; illoꝝ eſſe muneris qui primi querẽdi uias demõſtrauerunt. Modo ne quis deſper& ſęcula proficere: ſemp pluribus de cauſis hęc omnia accidunt prima circuloꝝ quos gręci abſidas in ſtellis uocant: etenim gręcis utendum erit uocabulis. Sunt aũt hi ſui cuiq; eaꝝ Aliq; q̃ mũdo q̃ terrę a uerticibus duobus quos appellauerũt polos centrum Cęli et ſigniferi & obliqui inter eos ſiti. Omnia auten hęc conſtant ratione circini indubitata: ergo ab alio cuiq; centro abſides ſuę exurgunt: ideoq; diuerſos habent orbes motuſq; diſſimiles: quoniam interiores abſidas neceſſe eſt breuiores eſſe.

IGitur a terrę centro abſides altiſſimę ſunt Saturno in ſcorpione Ioui in Virgine Marti in leone Soli in gemis Veneri in ſagittario Mercurio i capricorno: medius omniũ partibus: & e contrario ad terrę centrum humillie atq; proxime: ſic fit ut tardius moueri uideant: cum altiſſimo ambitu feruntur: non quia accelerẽt tardẽt ue naturales motus qui certi ac ſinguli ſunt illis: ſed qa deductas a ſumma abſide lineas coartari a centro neceſſe eſt ſicut in rotę radius idem motus alias maior: alias mior cẽtri propiquitate ſentitur. Altera ſublimitatũ cauſa: quoniã a ſuo cẽtro abſidas altiſſimas habent in aliis ſignis. Saturnus in libre parte.xxi. Iupiter cancri.xv. Mars capricorni. xxviii. Sol arietis.xviii. Venus piſcium.xxvii. Mercurius uirginis.xv. Luna tauri.iii. Tercia altitudinũ ratio cęli mẽſura non circuli intelligitur ſubire eas aut deſcẽdere per profundum aeris oculis extimãtibus: huic connexa latitudinum ſigniferi obliqtatiſq; cauſa eſt per hunc ſtellę quas errantes diximus ferunt: nec aliud habitatur in terris: q̃ quod illi ſubiacet. Reliqua polis ſqualent. Veneris tantũ ſtella excedit eum binis partibus: quę cauſa intelligitur efficere ut quędam animalia & in deſertis mũdi naſcantur

ſexcuplum a ſole ad Martem tantundem quantum ad lunam a terra. Ab ea ad Iouem dimidiũ ab eo ad Saturnum: & ab eo ad Signifer ſexcuplum. Ita ſeptem tonos effici quam diapaſon harmoniam uocant: hoc eſt uniuerſitatem concentus. In ea Saturnũ dorio moueri: Mercurium thongo: Iouem phrygio: & in reliquis ſimilia iocũda magis q̃ neceſſaria ſubtilitate.

STadium. c.xxv. noſtros efficit paſſus: hoc eſt pedes. de xxv. poſſidonius non minus. xl. ſtadiorũ a terra altitudinẽ eſſe: in quam nubila ac uẽti nubeſq; pueniũt Inde purum liquidũq; & imperturbatę lucis aerem. Sed a turbido ad lunam uicies centum milia ſtadiorũ. Inde ad ſolem quinquies milies eo ſpatio fieri: ut tam imenſa eius magnitudo non exurat terras: plures autem nongentis ſtadiis ĩ altitudinẽ nubes ſubire prodiderunt. Incomperta hęc & inextricabilia ſunt tam prodenda q̃ ſunt prodita q̃uis tamen una ratio geometricę collectionis nunq̃ fallacis poſſit non repudiari ſi cui libeat altius iſta proſequi: nec ut menſura. Id enim uelle pene dementis otii eſt ſed ut tantũ extimatio coniectanti conſtet anio. Nam cum. ccc lx. & fere ſex partibus orbis ſolis ex circuitu eius patere appareat circulũ per quẽ meat ſempq; dimetiẽs tertiã partem ambitus & tertię paulominus ſeptiam colligat. Appar& dempta eius dimidia quoniam terra centralis interueĩat vi. fere partem huius imenſi ſpatii: quod circa terrã circuli ſolaris anio cõprehendit̃ ineſſe latitudis Spatii uero lunę. xii. quoiam tãto breuiore q̃ ſol ambitu currit: ita fieri eam in medio ſolis ac terrę. Miror quo ꝓcedat ꝓbitas cordis humani paruulo aliquo inuitata ſucceſſu: ſicut in ſupradictis occaſione impudentię ratio largit̃: auſiq; diuinare ſolis ad terrã ſpatia eadem ad cęlũ agũt: quoiã ſit medius ſol ut protinus mũdi quoq; ipius menſura ueniat in digitos. quãtas enim dimetiones habeat ſeptimas tantas habere circulũ duo & uiceſimas: tãq̃ plane a pẽdiculo menſura cęli cõſtet. Aegiptia ratio quã Petoſyris & Nethebſos oſtendere ſingulas partes in lunari circulo: ut dictũ eſt: in minio. xxxiii. ſtadiis paulo amplius patere colligit in Saturni ampliſſimo: duplum in ſolis: quẽ mediũ eſſe diximus utriuſq; mẽſurę dimidiũ: quę computatio plurimũ habet pudoris: quoiam ad Saturni circulũ addito Signiferi ipſius iteruallo: nec inũerabilis multiplicatio efficitur.

REſtant pauca de mundo: nanq; & in ipſo cęlo ſtellę repente naſcuntur plura eaꝝ genera.

COmetas gręci nocant nrĩ crinitas horrentis crine ſanguineo & comaꝝ modo in uertice hiſpidas. Idem pogonias quibus inferiore ex parte in ſpetie barbę longę promittit̃ Iuba: aconcię iaculi modo uibrãtur ocyſſimo ſignificatu. Hęc fuit de qua quinto conſulato ſuo Titus imperator cęſar pręclaro carmie perſcripſit. Ad hũc diem nouiſſimum eaſdẽ breuiores & in mucrõe fatigatas xiphias uocauere: quę ſunt oium pallidiſſimę & quodam gladii nitore: ac ſine ullis radiis: quos diceres nomine ſimili colore aũt electro raros margines emittit: pitheus doliorũ cernitur figura in concauo humidę lucis. Ceraticas cornus ſpetiẽ hab&: qualis fuit cũ gręcia apud Salaminã depugnauit ubi lampades ardentes imitant̃ faces. Hippeus equias iubas celerrimi motus atq; in orbem circa ſe euntis fit & candidus cometes argenteo crine ita refulgẽs: ut uix contueri liceat: ſpetieq; hũana dei effigiem in ſe oſtendens. Fiũt & hirci uilloꝝ ſpetie et iuba aliqua circũdati ſemel adhuc iubę effigies mutata in haſtã eſt olimpiade. cviii urbis anno. ccclxxxxviii. breuiſſimũ quo cerneret̃ ſpatiũ ſeptẽ dieꝝ annotatum eſt. lõgiſſimũ octoginta. Mouent̃ aũt alię errantiũ: modo alię immobiles hęrent: omnes ferme ſub ipſo ſeptẽtrione: aliqua eius parte non certa: ſed maixe incandida: quę lactei circuli nomen accepit. Ariſtoteles tradit & ſimul plures cerni nemini compertũ alteri quod equidem ſciam. Ventos aũt ab his graues: eſtuſq; ſignificari: fiunt & hybernis menſibus & in auſtrio polo: ſed ibi citra ullũ iubar diraq; cõperta ethiopum & egipti populis: cui nomen Aeneus rex dedit typo ignea ſpetie: ac ſpirę modo intorta uiſu quoq; toruo: nec ſtella uerius q̃ quidam igneus nodus. Spargũt̃ aliquãdo & errãtibus ſtellis cęteriſq; crines. Sed cometes nũq̃ in occaſura parte cęli eſt terrificum magna ex

parte sydus atq; non leuiter piatũ: ut Ciuili motu octauio consule: iterũq; Pompeii & cęsaris bello. In nostro uero ęuo circa beneficiũ quo Claudius cęsar imperium reliquit Domicio neroni: ac deinde principatu eius assiduũ prope ac seuũ: referre arbitramur in quas partes sese iaculetur: aut cuius stellę uirus accipiat quasq; similitudines reddit et quibus locis emicet tibiaꝝ spetie arti musicę portendere. Obscenis autem moribus inferendis partibus signoꝝ ingenii & eruditionis triquetramq; figuram quadratam ue paribus angulis ad aliquos perennium stellaꝝ situs edant. Venena fundere in capite septentrionalis austrinę ue serpentis. Cometes in uno totius orbis loco colitur in templo Romę ad modũ faustus Diuo Augusto iudicatus ab ipso qui incipiente eo apparuit ludis quos faciebat ueneri genitrici nõ multo post obitum patris cęsaris in collegio ab eo instituto. Nanq; his uerbis in gaudiũ prodit his ipsis ludorum meoꝝ diebus sydus crinitum per. vii. dies in regione cęli quę sub septẽtrionibus est cõspectũ id oriebat circa horã. xi. diei: clarumq; in oibus terris cõspicuũ fuit: eo sydere significari uulgus credidit Cęsaris aimã inter deoꝝ immortaliũ numina receptam: quo nomie id in signi simulacro capitis eius quod mox in foro consecrauimus adiectum est: Hęc illi in publicũ interiore gaudio sibi illũ natũ: seq; in eo nasci interpretatus est: & si ueꝝ fatemur salutare id terris fuit. Sunt qui hęc sydera perpetua esse credãt suo quoq; ambitu ire: sed non nisi relicta a sole cerni. Alii uero qui nasci humore fortuitu & ignea ui: ideoq; solui.

IDem hipparchus nũq̃ satis laudatus: ut quo nemo magis approbauerit cognationem cum homie sydeꝝ: animasq; nostras partem esse cęli. Nouam stellam & aliam in ęuo suo genitam deprehendit: eiusq; motũ qua die fulsit ad dubitationẽ adductus an ne hoc sępius fierẽt: mouerentq; & hę quas putamus affixas. Ideoq; ausus rem etiã deo improbam annumerare posteris: stellas & sydera ac nomen expungere orgais excogitatis: per quę singulaꝝ loca atq; magnitudines signarẽt ut facile discerni posset ex eo non modo an obirẽt: ac nascerentẽ: sed an omnino aliqua transirent: mouerentur ue cęlo in hereditatẽ cunctis relicto: si quisq̃ qui rationem eam caperẽt inuentus esset. Emicant & faces & non nisi cum decidunt uisę qualis germanico cęsare gladiatorium spectaculum edente pręter ora populi meridiano transcurrit. Duo genera eoꝝ: lãpadas uocant plane faces. Alterum bolidas quale mutinẽsibus malis uisum est. Distantq; faces uestigia longa faciunt priore ardente parte. Bolis uero ardens longiorẽ trahit limitem. Emicant & trabes simili modo quas docus uocant: quales cum lacędemonii classe uicti imperium gręcię amisere: fit & cęli ipsius hyatus quod uocant chasma.

FIt et sanguinea spetie quo nihil terribilius mortalium timori est incendium ad terras cadens inde sicut Olimpiadis cẽtesimę. vii. anno. iii. cũ rex Philippus Gręciam quaterẽ: atq; egrotantis temporibus naturę ut cętera arbitror existere nõ ut pleriq; uariis de causis quas igẽioꝝ acumẽ excogitat quippe igẽtiũ maloꝝ fuere prenuncii. Sed ea accidisse: non quia hęc facta sunt arbitror. Veꝝ hęc ideo facta quia incasura erãt illa raritate aũt occultã eoꝝ esse rationẽ. Ideoq; nõ sic ut exortus supradictos defectusq; et multa alia nasci.

CErnuntur & stellę cum sole totis diebus pleꝝq; & circa solis orbem ceu spicęę coronę & uersi colores circuli qualiter Augusto Cęsare in prima iuuenta urbem intrante post obitum patris ad nomen ingens capessendum.

EXistunt eędem coronę circa lunam & circa nobilia astra: cęlo quoq; inhęrentia circa solẽ arcus apparuit. L. opinio & Q. Fabio cõsulibus: orbi. L. Portio. M. Arcilio.

CIrculus rubri coloris. L. Iunio & P. Rutilio consulibus: fiunt prodigiosi & longiores solis defectus qualis occiso dictatore Cęsare & Antoniano bello totius pene anni pallore continuo.

luna quoq; per totam latitudinem eius uagatur: sed omnino non excedens eam. Ab his Mercurii stella laxissime: ut tamen e duodenis partibus: tot eím sunt latitudines non amplius octonas pererr&. Neq; has ęqualiter: sed duas medio eius & supra. iiii. i/ fra duas. Sol deinde medio fert: inter duas partes flexuoso draconũ meatu inęqualis Martis stella. iiii. mediis Iouis mediam: & super eam duas. Saturni duabus ut sol: hęc erit latitudinũ ratio ad austrum descendẽtiũ: aut aquilonẽ subeuntium: ac constare: & tertiam illam a terra subeũtiũ in ęlũ: & pariter scandi eam quoq; existimauere pleriq; falso: qui ut arguantur aperienda est subtilitas imensa & omnis eas complexa causas. Conuenit stellas in occasu uespertino proximas esse terrę & altitudine & latitudie ex/ ortusq; matutinos in initio cuiusq; fieri stationes in mediis latitudinum articulis quę uocant ęcliptica: perinde confessum est motum augeri q̃ diu in uicino sunt terrę cum abscedant in altitudinẽ minui: quę ratio lunę maxie sublimitatibus approbat. Aeque non est dubium in exortibus matutis etiam numer augeri: atq; a stacionibus primis tres superiores diminui usq; ad stationes secundas: quę cum ita sint manifestum erit ab exortu matutino latitudines scandi quoniam in eo primũ habitu ícipiant partius adiici motus. In stationibus uero primis & altitudiem subire: quoniã tum primum incipiat detrahi numerus: stellę retro ire: cuius rei ratio priuatim reddẽda est: percussę in qua diximus parte & triangulo solis radio ibibent: rectum agere cursum: & ignea ui leuantur in sublime: hoc non protinus itelligi potest uisu nostro. Ideoq; existimat stare. Vnde & nomen accepit statio: progreditur deinde eiusdẽ radii uiolẽtia & retro ire cogit: uapore repercussa multo id magis in uespertío ea exortu toto sole aduerso cum in summas absidas expellunt: minimeq; cernũtur: quoniam altissime absunt: & minimo ferũtur motu: tanto minores cum hęc in altissimis absidum euenit signis ab exortu uespertino latitudo descenditur partius iam se minuente motu: non tamen ante stationes secundas augente: cum & altitudo distendit superueniẽte ab alio latere radio: eademq; ui rursus ad terras deprimẽte quę sustulerit í ęlum e priore triquetro tantum interest subeant radii an superueniant: multoq; eadem magis in uespertino occasu accidunt. Hęc est superior stella ratio difficilior reliqua & a nullo ante nos reddita.

PRimum igitur dicatur cũ uniuersę stellę cur Veneris stella nunq̃ longius. xlvii. partibus Mercurii. xx. a sole abscedant sępe citra eas a sole reciprocent. Conuersas habent utręq; absidas ut infra solem sitę tantumq; circulis ea sub terra est: quantum superne prędicta: & ideo non possunt abesse amplius: quoniam curuatura absidum ibi non habet longitudinem maiorem: ergo utriq; simili ratione ad modum statuũt absidum sua margines ac spatia lõgitudinis latitudinũ euagatione pẽsant. Atenim cur non semper ad: xlvi. & ad partes. xx. perueniunt. Imo uero: sed ratio canoíca fallit Nanq; apparet absidas quoq; ea moueri quod nunq̃ transeant solem. Itaq; cum in partem ipsam eius incidere margines alterutro latere. tum & stellę ad longissima sua interualla peruenire intelligunt: cum citra fuere margines totidem partibus & ipsę otius redire cogunt: cum sit illa semper utriq; extremitas summa: huic & ratio motuũ conuersa intelligitur. Superiores enim celerrime feruntur in occasu uespertio hę tardissimę: illę a terra altissimę absunt: cũ tardissime mouẽt hę cũ otiose: quia sicut í illis propinquitas centri accelerat: ita in his extreitas circuli. Illę ab exortu matutío minu/ ere celeritatem incipiunt: hę uero augere. Illę retro cursum agunt a statione matutina usq; ad uespertinam Veneris a uespertina usq; ad matutiam. Incipit autem ab exortu matutino latitudíem scandere: altitudiem uero ac solem insequi a statione matutina ocissima. In occasu matutino altissima. Degredi autem latitudinẽ: motumq; minuere Ab exortu uespertino retro quidẽ ire: similiq; altitudine digredi a statione uespertina Mercurii: rursusq; stella utroq; modo scandere. Ab exortu matutino: digredi uero latitudine a uespertino: consecutoq; sole ad. xv. partium interuallũ cõsistit quadriduo pene immobilis. Mox ab altitudine descendit: retroq; graditur ab occasu uesptío usq; ad exortum matutinũ. Tantumq; hęc & luna totidẽ diebus quot subiere nõ descẽdũt

Veneris quindecies & pluribus ſubit. Rurſus Saturni & Iouis duplicato digrediũt Martis etiam quadruplicato. Tanta eſt naturę uarietas: ſed ratio eundẽs: nanq; in uaporem ſolis nituntur: etiam proxima deſcendũt ęgre. Multa promi amplius circa hęc poſſunt ſecreta naturę legeſq; quibus ipſa ſeruiat: exẽpli gratia in Martis ſydere cuius eſt maxime inobſeruabilis curſus nunq̃ ad ſtationẽ facere. Iouis ſydere triquetro raro ad modum .xl. partibus diſcreto: qui numerus ſexangulas mundi efficit formas: nec exortus niſi ĩ duobus ſignis tãtũ Cancri & Leonis ſimul edere. Mercurii uero ſydus in exortus ueſpertinos in Piſcibus raro facere creberrimos in Virgine. In Libra matutinos. Item in Aquario: rariſſimos in Leone retrogradum. In Tauro & in Geminis non fieri. In Cancro uero non citra .xxv. partem. luna bis coitum cum Sole. In nullo alio ſigno facere q̃ Geminis. non coire aliquando in Sagittario tantũ. Nouiſſimam uero primãq; eadem die: uel nocte nullo alio in ſigno q̃ Ariete conſpicit. Id quoque paucis mortaliũ contigit: & inde fama cernendi linteo non comparere ĩ cęlo Saturni ſydus & Martis: cũ plurimũ diebus .clxx. Iouis .xxxvi. aut cũ minimũ denis detractis diebus Veneris .lxviiii. aut cum minimum .lii. Mercurii .xiii. aut cũ plurimum .xvii.

Quę ratio colores eorum mutet. Capitulum .xcv.

COlores ratio altitudinum temperat ſiquidem earum ſimilitudinem trahunt: in quarum aera uenere ſubeundo. Tingitq; appropinquantes utralibet alieni meatus circulis: frigidior in pallorem: ardentior in ruborem: uentoſus in horrorem ſol atq; commiſſure abſidum extremeq; orbitę in obſcuritatem. Suus cuiq; color eſt: Saturno candidus: Ioui clarus Marti igneus Lucifero candens Veſperi refulgẽs Mercurio radians Lunę blandus: Soli cum orit̃ ardens poſtea radians. His cauſis connexo uiſu et earum quę cęlo continent̃. Nanq; modo multitudo conferta ineſt circa dimidios orbes lunę placida nocte leniter illuſtrante eas: modo raritas ut fugiſſe miremur plenilunio abſcondente. Aut cum ſolis ſupraue dictaꝝ radii uiſus perſtrinxere noſtros et ipſa autem lunę ingruentiũ ſoli radioꝝ: haud dubia differẽtia ſentit̃ bebetante cęteros inflexus mundi conuexitate eos prętereq̃ ubi recti angulos competant ictus. Itaq; in quadrato ſolis diuidua eſt. In triquetro ſemi nam ambitur orbe. Impletur autẽ in aduerſo: rurſuſq; minuens eaſdem effigies paribus edit interuallis ſimili ratione qua ſuper ſolem tria ſydera.

Sol quot modis in anno ad terram ſe inclinet. Capitulum .xcvi.

SOl autem ipſe quatuor differentias habet bis ęquata nocte diei uere & autumno in centrum incidens terrę octauis ĩ partibus Arietis ac Librę bis pmutatis ſpatiis in auctum diei bruma octaua in parte Capricorni. Noctis uero ſolſticio totidem in partibus Cancri inęqualitatis cauſa obliquitate ſigniferi: cum pars ęqua mũdi ſubterq; terras omnibus fiat momentis. Sed quę recta in exortu ſuo cõſurgũt ſigna: longiore tractu tenent lucem: quę uero obliqua ociore tranſeunte ſpatio.

Quare fulmina Iouis abiecit. Capitulum .xcvii.

LAtet pleroſq; magna cęli affectatione compertum a principibus doctrinę uiris ſuperiorum trium ſyderum ignes eſſe: qui decidui ad terras fulminum nomen habeant. Sed maxie ex his medio loco ſiti fortaſſis: quoniã contagiũ nimii hũoris ex ſuperiore circulo atq; ardoris e ſubiecto per hunc modũ egerant. Ideoq; dictũ Iouem fulmina iaculari. Ergo ut eflagrante ligno carbo cum crepitu ſic a ſydere cęleſtis ignis expuitur pręſcita ſecũ afferens ne radicata quidẽ ſui parte in diuinis ceſſante operibus Idq; maxie turbato fit aere: quia collectus humor abundãtiã ſtimulat: aut quia turbat̃ quodam ceu grauidi ſyderis partu.

INterualla quoq; ſyderum a terra multi indagare tentarunt: & ſolem abeſſe a luna Vnde .xx. partes quantũ Lunam ipſam a terra prodiderũt. Pithagoras uero uir ſagacis animi a terra ad lunam .c.xxv. ſtadioꝝ eſſe colligit. Ab ea uſq; ad ſolẽ duplum Inde ad .xii. ſigna triplicatum In qua ſententia & gallus Sulpitius fuit noſter.

De tonorum quantitate. Capitulum .xcviii.

SEd Pithagoras interdum & muſica ratione appellat tonum quantum abſit a terra luna ab ea ad Mercurium dimidiũ ſpatii: & ab eo ad Venerem a qua ad ſolem

in nubis: posse solis impulsu agi quoiam uentus haud aliud intelligatur q̃ fluctus pluribusq; etiam modis. Nanq; e flumibus & nimbus & e mari uidemus equidem tranquillo & altos quos uocat altanos e terra cõsurgere: qui cum e mari redeũt tropei uocantur: si pergunt appogei.

MOntium uero flexus crebriq; uertices ex cõflexu subito: aut cõfracta in numero sa iuga cõcaui uallũ sinus scindentes in equalitate ideo in aera resultantem: quę causa etiam uoces multis in locis reciprocas facit: sine fine uentos generant.

IAm quidam etiam specus qualis in Dalmatia ore uasto pręceps hiatu in quem deiecto leui pondere: q̃uis tranquillo die turbini similis emicat procella: nomen loco est sentaquin. Et in Cirenaica prouincia rupes quedã austro traditur sacra. q̃ ꝓfanum sit attrectari bois manu: confestim austro uoluẽte barenas. In domibus etiam multis manu facta inclusa opacitate cõceptacula auras suas habent: adeo causa non deest: sed plurimũ interest: flatus sit: an uẽtus. Illos statos atq; spirantes quos non tractus aliqs uel terię sentiũt: qui non aura non procella maris: sed appellatione: quoq; ipsa uenti sunt: quę siue assiduo mũdi incitata & cõtrario sydere occursu nascũt: siue hic est ille generalis rei naturę spiritus huc illucq; tanq̃ in utero aliquo uagus: siue dispsus errãtium sydere ictu: radioreq; multiformi: iactu flagellatus aer: siue a suis sideribus exeũt his propioribus siue ab illis cęlo affixis cadãt: palam est illos quoq; legẽ habere naturę nõ ignotã: etiã si nõdũ pcognitã.

VIginti et amplius auctores gręci ueteres prodidere de his obseruatiões: quo magis miror orbe discordi & in regna hęc est in mẽbra diuiso: tot iuris curę fuisse tã ardua inuentu pquirere: inter bella pręserti & infida hospitia piratis etiã oim mortalium hostibus transitus famę tenẽtibus: ut hodie quedã in suo quisq; tractu: ex eorum commentariis: qui nunq̃ eo accessere: uerius noscat: q̃ indigenarum scientia nũc uero pace tam festa tam gaudente prouentu rei artiũq; pricipe oio nihil adisci noua iqnisitõe immo: ne uetere quidem inuenta pdisci. Non erant maiora pręmia in multos dispersa fortunę magnitudie & ista plures sine pręmio alio q̃ posteros inuãdi eruerũt. Namq; mores hoim senuere non fructus: & imensa multitudo apertũ quocũq; est mare: hospitaliq; litore oim appulsu nauigat. Sed lucri non scientię gratia: nec reputat ceca mẽs et tantũ auaritię intenta: id ipsum scientia posse tutius fieri. quapropter scropulo suis q̃ instituto fortassis cõueiat operi tractabo uẽtos tot milia nauigãtiũ cernens.

VEteres quatuor omnino seruare uentos per totidem mũdi partes. Ideo nec Homerus plures nomiat. Hebetius mox iudicatũ est: ratiõe secuta ętas octo addidit nis subtili atq; cõscissa: proximis inter utrãq; media placuit ad breuem ex numerosa additis. iiii. Sunt ergo bini in quatuor cęli partibus. Ab oriente equinoctiali subsolanus Ab oriente brumali nulturnus. Illũ aphelioten: hunc gręci eurũ appellant. A meridie auster: & ab occasu brumali africus: notum & liba hunc noiat. Ab occasu equinoctiali fauonius. Ab occasu solsticiali chorus: zephirum & argestem uocant. A septẽtrioibus Septentrio interq; eum & exortũ solsticialẽ aquilo. Appartias & borreas dicti. Numerosior ratio: quatuor his interiecerat. Traciam media regione inter septẽtrionalem & occasum solsticialem. Itemq; caltiam mediam inter aquilonem & exortũ equinoctialẽ Ab ortu solsticiali penica media regione inter ortũ brumalem & meridiem. Item iter liba & notũ compositũ ex utroq; mediũ. Inter meridiem & hibernũ occidentẽ & liba et notum: nec finis. Alii quippe mesen nomie & ianum addidere inter boream & ceciã et inter eurum & notum. Sunt enim quidã peculiares quibusq; gentibus uenti: non ultra certũ procedens tractum: ut athenięsibus schirõ paulo ab Argeste deflexus reliquę Gręcię ignotus aliubi elatior idẽ Olimpias uocat. Cõsuetudo his oibus noibus Argesten intelligit: & Cęcian aliqui uocant bellespontia & eosdem alibi aliter. Item in narbonensi prouitia clarissimus uentor est Circius: nec ullo in uiolentia iferior hostiamq; pleraq; retoligustico mari perferens. Idem non modo in reliquis partibus cęli

ignotus est: sed ne uiennam quidem eiusdem prouincie urbem attingens: paucis ãte limitibus iugi modici occursu: tantus ille uentoꝝ circius & austros in ęgiptũ penetrare negat Fabianus: qno fit manifesta lex naturę de uentis etiã & tempore & fine dicto Ver ergo aperit nauigãtibus maria: cuius in pricipio Fauonii hibernũ mollĩũt ęlum sole aquarii.xxv.obtinẽte partẽ. Is dies sexto ante februarias idus cõpetit ferme & hoc oibus quos deide ponã p singulas itercalationes uno die ãticipãtibus. Rursusq; lustra sequenti ordie seruãtibus fauoniũ quidã ad.viii.kalendas martii: chelidoniã uocant: ab hirundis usu. Nõ nulli uero oritbiã uno & septuagesimo die post brumã ab aduẽtu auiũ flãtẽ per dies.viii. Fauoio cõtrarius est quẽ subsolanũ appellauimus: Datus est aũt huic exortus uergiliaꝝ ĩ totidẽ partibus tauri: sex diebus ãte maias idus: quod tẽpus austrinũ est. Huic uento septẽtrioi: cõtrario ardẽtissio aũt ęstatis tẽpore exorit̃ caniculę sydus sole primã partem leonis ingrediẽte: qui dies.xv.ante augustas kalẽdas ẽ Huius exortũ diebus.viii.ferme aquilões antecedũt quos prodomos appellãt. Post biduum autẽ exortus iisdẽ aquilonibus cõstitius pflant diebus.xl.quos ęthesias uocãt. Mollire eos credit̃ solis uapor gemiatus ardore syderis. Nec ulli uẽtoꝝ magis stati sunt: post eos rursus austri frequẽtes usq; ad sydus arcturi: quod exorit̃.xi. diebus ãte eqnoctiũ autũni. Cum hoc chorus incipit: chorus autũnat: huic est cõtrarius uulturnus: post ad equinoctium diebus fere quatuor &.xl.uergiliaꝝ occasus hiemẽ inchoat: quod tẽpus in tertio idus nouẽbris incidere consueuit: hoc est aquilois hiberni: multũq; ęstuo illi dissimilis cuius ex aduerso est africus: & ante brumã.vii.diebus totidem postea sternit̃ mare alcionũ seture: unde nomẽ hidies traxere. Reliquũ tempus hiemat: nec tamen seuitia tẽpestatũ concludit mare: pirate primũ coegere mortis periculo ĩ mortem ruere: & hiberna experiri maria. Nunc idem anarritia cogit. Ventoꝝ etiã frigidissimi sunt quos a septẽtrione diximus spirare. Vicinus his corus: hii & reliquos cõpescunt: & nubes abigunt. humidi africus & pręcipue auster italię. Narrant & in ponto Ęcian ĩ se trahere nubes. Sicci chorus & uulturnus prętẽrq; desinẽtes. Niuales. Aqlo et septentrio: grandies septentrio ĩportat & chorus: ęstuosus auster: tepidi uulturnus et fauonius: idẽ subsolano sicciores: & ĩ totum omnes a septẽtriõe & occidẽte sicciores q̃ meridie & oriente. saluberrimus autem oim Aquilo: noxius auster & magis siccus fortassis quia huidus frigidior est minus esurie eo spirãte credũt̃ aiantes. Ethesię noctu desinunt fere: & a tertia die hora oriũt̃ in hispania & asia: ab oriẽte flatus est eoꝝ: in ponto ab aquilone: reliquis in partibus a meridie. Spirãt aũt & a bruma cum uocant̃ orinthię sed leniores & paucis diebus pmutant & duo naturã cũ sit auster africę serenus. Aquilo nubilus. Omnes uenti uicibus suis spirant maiori ex parte: aut ut contrarius desinenti incipiat: cum proxie cadentibus surgũt a leuo latere in dextrũ ut sol ambiunt. De ratione eoꝝ mẽstrua quarta maxie luna decernit. Hisdem autẽ uentis in contrariũ nauigãt̃ platis pedibus ut noctu plurimũq; aduersa uela cõcurrũt. Austro maiores fluctus edũt̃: q̃ aquilone: quoiam ille infernus ex imo maris spirat: hic summo. Ideoq; post austros noxii pręcipue terięmotus noctu auster interdiu aqlo uehementior. Et ab ortu flãtes diuturniores sunt ab occasu flantibus: septẽtriones impari fere desinũt nnmero. quę obseruatio in aliis multis reꝝ naturę partibus ualet. Maris itaq; existimant̃ impares nuẽro Sol & auget & comprimit flatus. Auget exoriens: occidensq; cõprimit. Meridianis & ęstiuis tẽporibus. Itaq; diei medio aut noctis pleꝝq; sopiunt̃: quia nimio frigore aut ęstu soluũt̃ & imbribus: expectantur aũt maxie unde nubes discussę adaperuere ęlũ. Omniũ quidẽ si libeat obseruare minimos ambitus redire easdẽ uices quadriennio exacto. Eudoxus putat: non uentoꝝ modo: ueꝝ & reliquaꝝ tempestatũ magna ex parte: & est principiũ lustri eius semp intercalari anno caiculę ortu: de generalibus uẽtis hęc.

NVnc de repentis flatibus qui exalante terra: ut dictũ est exortu rursusq; derecti in terram obducta nubium cute multiformes existunt. Vagi quippe ruentes torrẽtium modo: ut aliquibus placere ostendimus tonitrua & fulgura edũt: maiores uero illati pondere incursuq; si late siccam ruperint nubem procellam gignunt que uocat̃

SEd eſtus maris accedere ac reciprocare mirum eſt:pluribus quidẽ modis accidit Verum cauſa in ſole lunaq; bis inter duos exortus lunę affluunt:biſq; remeãt uicenis quaterniſq; ſemp horis:& primum attollẽte ſe cum ea mundo intumeſcẽtes mox a meridiano cęli faſtigio uergẽte in occaſum reſidẽtes:rurſuſq; ab occaſu ſubter ad cęli ima & meridiano contraria accedente inundantes:hinc donec iterum exoriãt reſorbentes:nec unq̃ eodem tempore:quo pridie refluit:ut ancillãte ſydere:trahẽteq; ſecum hauſtu maria & aſſidue aliunde q̃ pridie exoriente paribus tamen interuallis reciprocis ſeniſq; ſemp horis nõ cuiuſq; diei:aut noctis:aut loci:ſed ab ęqnoctialibus Ideoq; inęquales uulgarium horarũ ſpacio:ut cunq; plures in eas aut diei aut noctis illarum menſurę cadãt:& ęquinoctio tantũ pares ubiq;.Ingẽs argumẽtũ plurimũq; lucis ac uicis etiam diurnę bebetes eſſe qui negẽt ſubter meare ſydera:ac rurſus eadẽ reſurgere ſimilem terris:immo uero uniuerſę naturę exinde faciem in iiſdem ortus occaſuſq; operibus non aliter ſub terra manifeſto ſyderis curſu alio ue effectu q̃ cum prętер oculos noſtros feratur.Multiplex etiam amnium lunaris differentia primũ ſeptenis diebus quippe modicis noua ad dimidiam ęſtus pleniores ab ea exundant

plenaq; maxime feruent. Inde mitescunt: pares ad septimam primis itezq; alio latere diurdua augetur in cobitu solis pares plene eçdem in aquilonia: & a terris longius recedentes mitiores q̃ cum in austros degressa propiore nixu uim suam exerc& per octenos quoq; annos ad principia motus & paria incrementa centesimo lunę reuocantur ambitu augente ea cuncta solis annuis causis bis duobus çquinoctiis maxie tumentes: & autumnali ãplius q̃ uerno: inanes uero bruma & magis solstitio. Nec tamen in ipsis quos dixi tempoꝝ articulis: sed paucis post diebus sicuti neq; in plẽa aut nouissima: sed postea: nec statim ut lunã mũdus ostendat occult& ue: aut media plaga declinet. Verum fere duabus horis çquinoctialibus serius tardiore semper ad terras omnium quę geruntur in çelo effectu cadente q̃ uisu sicut fulguris: & tonitrus fulminum. Omnes autem çstus in oceano maiora integunt spacia nudantq; q̃ in reliquo mari: siue quia totũ in uniuersitate aiosius q̃ in parte est: siue quia magnitudo aperta syderis uim laxe grassantis efficacius sentit eandem angustiis arcentibus: qua de causa nec lacus nec amnes similiter mouentur. Octogenis cubitis supra Britãniã intumescere çstus Pitheas massiliensis auctor est. Interiora aũt maria terris claudũt ut portu: quibusdam tamen in locis spaciosior laxitas dicioni par& : utpote cũ plura exempla sint in tranquillo mari: nulloq; uelorum pulsu tertio die ex italia puectorũ Vticam çstu feruente. Circa littora autem magis q̃ in alto deprehendunt bi motus: quoniam & in corpore extremo pulsus uenarum. i. spiritus magis sentitur.

IN plurimis tantum çstũariis propter dispares syderũ in quoq; tractu exortus diũersi exeunt çstus: tempore non ratione discordes: sicut in syrtibus & quorũdam tamen natura priuata est uelut tauromitani euripi sçpius: & in euboica septies die ac nocte reciprocantes idẽ çstus triduo in mẽse cõsistit. vii. viii. viiiq; luna. Gadibus qui est delubro herculis proximus fons inclusus ad putei modum alias simul cum oceano augetur minuiturq; alias utrunq; contrariis temporibus eodem in loco alter oceani motibus consentit. In ripa boetis oppidum est: cuius putei crescente çstu minuuntur: augescũt decedente: medius tempoꝝ imobiles. Eadẽ natura hispali oppido uni puteo çteris uulgaris: & pontus semper extra meat in propontidem introrsus in pontum nunq̃ refluo mari.

OMnia plenilunio maria purgantur quędam statuto tempore circa Mesanam et milas fimo similia expuuntur in littus purgamẽta. Vnde fabula solis boues ibi stabulari: his addi nihil quod equidem nouerim. Prętera Aristoteles nullũ aial nisi çstu recedente expirare affirmat obseruatum id multum in gallico oceano: & dũtaxat in homine compertum.

QVo uera coniectura cõsistit haud frustra spiritum sydus lunę existimari & hoc esse quod terras satur& : accedensq; corpora impleat: & abscedens inaniat. Ideo cum incremento eius augeri conchylia & maxime spiritum sentire: quibus sanguis non sit: sed & sanguinem hominum etiam cum lumine eius augeri aut minui: frõdes quoq; & pabula ut suo loco dicetur sentire in omnia eadem penetrante ui.

LTaque solis ardore siccatur liquor: & hoc esse masculũ sydus accipimus torrens cuncta: sorbensq; : sic mari late patenti saporem incoqui salis: aut quia exhausto inde dulci tenuiq; quod facillime trahit uis ignea omne asperius crassiusq; liquatur. Ideo summum çquor aquam dulciorẽ profundit. Hãc esse ueriorẽ causam asperi saporis q̃ quod mare terrę sudor sit çternus: aut quod plurimus ex arrido misceat illi uapor: aut quia terrę natura sicut medicatas aquas ficiat. Est in exemplis Dionysio siculo tyrãno cũ pulsus est ea potẽtia accidisse ꝓdigiũ: ut uno die in portu dulcescer& mare

EContrario ferunt lunę foemineũ ac molle sydus: atq; nocturnũ soluere hũorẽ

et trahere non auferre. Id manifestum est quod ferarum occisa corpora in tabem uisu suo resoluat: somnoq; sopitis torporem cōtractum in caput reuocet: glaciem refūdat cunctaq; humifico spiritu laxet. Ita pēsari naturę uices semperq; sufficere aliis sydera eleméta cogētibus: aliis uero fundētibus. Sed in dulcibus aquis lunę alimētum esse sicut in marinis solis.

ALtissimum mare. xv. stadiorū Fabianus tradit. Alii in pōto ex aduerso coraxorū gentes uocant Barbea ponti trecentis fere a cōtinēti stadiis īmēsam altitudinē maris trādunt uadis nunq̄ repertis.

MIrabilius id faciunt aquę dulces iuxta mare ut fistulis emanantes nam nec aq̄ natura a miraculis cessat: Dulces mari inuehuntur leuiores haud dubie. Ideo et marinę quarum natura grauior magis inuecta sustinent. Quędam uero & dulces inter se supermeāt alias: ut in fucino lacu iuectus amnis: in lario Addua. In uerbāo ticinus: in benaco mincius: in semno ollius: in lemāno rhodanus hic trans alpes superiores: in italia multorum amnium transitu hospitales suas tantum nec largiores q̄ ītulere aquas euehentes: proditum hoc & in oriente amne syrię multisq; aliis. Quidā uero odio maris ipsa subeūt uada: sicut arethusa fons syracusanus: in quo reddūt iacta in alpheum: qui per olympiam fluens peloponesiaco littori īfunditur: subeunt terras rursusq; redduntur. Licis in asia: erasmus. In argolica: tygris in mesopotamia: et quę in ęsculapii fonte athenis mersa sunt in phalerico reddunt. Et in attiate cāpo fluuius mersus post. xx. m. p. exit: & in aquilegiēsi Timauus: nihil i asphalto Iudeę lacu: qui bitumē gignit mergi potest: nec in armeię maioris aritisso. Is qdē ītrorsus pisces alit: in salentino iuxta oppidum manduriam lacus ad margines plenus: neq; exhaustis minuitur: neq; infusis augetur. In ciconum flumie & in piceno lacu uelio lignum deiectum lapideo cortice obducitur. Et in surio colchidis flumine adeo ut lapidē plerūq; durās adhuc ītegat cortex. Similiter in flumie silaro ultra surrentū nō uirgulta modo mersa. Verum & folia lapidescunt. Alias salubris potus eius aquę i exitu paludis reatinę saxum crescit: in mari rubro oleę: uirentesq; frutices enascuntur Sed & fontium plurimorum natura mira est feruore: Idq; etiā in iugis alpiū ipsoq; mari: & inter italiā & Barinam: ut in Baiano sinu & in liri fluuio: multisq; aliis. Nā dulcis haustus in mari plurimis locis: ut ad Chelidoias īsulas & arabū: & in gaditāo oceano: patauinorum aquis calidis herbę uirentes innascuntur: pisānorum ranę ad uelutonios in hetruria non procul a mari pisces. In casmate fluuius appellat scatebra frigidus abundantior ęstate in eo: ut in arcadia stimphaliq nascūt aquatiles musculi In dodona iouis fons: cum sit gelidus & immersas faces extinguat: si extīctę admoueantur accendit. Idem meridie semper deficit: qua de causa uocant Mox increscēs ad medium noctis exuberat: ab eo rursus sensim deficit. In illyricis supra fontem frigidum expansę uestes accenduntur. Iouis tammonis fons interdiu frigidus noctibus feru&. In trogodytis fons solis appellatur dulcis & circa meridiē maxime frigidus: mox paulatim tepescens ad noctis mediū feruore ac amaritudine infestatur. Padi fons mediis diebus ęstiuis uelut iterquiescēs: semper aret. In tenedo insula fons semp a tertia noctis hora in. vi. ab ęstiuo solsticio exūdat: & in delo īsula molus fons eodem quo nilus modo ac pariter cum eodem crescit augetur ue. Cōtra timauum amnem insula parua in mari est cum fontibus calidis: qui pariter cū ęstu maris crescunt: minuuntq;. In agro pitimate trans apēnium fluuius nouanus oibus solsticiis torrens bruma siccatur. In falisco amnis cuius aqua potata candidos boues facit. In boecia amnis melas oues nigras. Cefisus ex eodē lacu profluens albas rursus nigras poenitus: ruffas iuxta Ilium Xanthus unde & nomen amni. In pōto fluuius astaces irrigat campos: in quibus pastę oues nigro lacte eęq; gentem alunt. In reatio fons neminie appellatus: alio atq; alio loco exoritur annonę mutationem significās Brūdusii in portu fons incorrupta spera pręstat aquas nauigātibus. Lincestis aqua

que uocatur accidula uini modo temulentos facit. Item in paphlagonia ac in agro caleno andro in insula templo liberi patris fontem nonis ianuariis semp uini saporē fluere mutianus ter consul credit. Dies theodosia uocatur iuxta nonacrium arcadię styx nec odore differens nec colore epota ilico necat. Item in beroso taurorum colle tres fontes sine remedio sine dolore mortiferi. In carinensi hispaię agro duo fontes iuxta fluunt. Alter omnia respuens: alter absorbens. In eadem gente alius aurei coloris omnes ostendit pisces nihil extra illā aquā differentes. In comensi iuxta lariū lacū fons largus horis singulis semper intumescit ac residet. In cidonia insula ante lesbū fons calidus uere tantum fluit. Lacus amaus in asia circumnascente abscinthio ificit. Colophone in apollinis clarii specu lacuna est: cuius potu mira redduntur oracula bibentium breuiore uita. Amnes retro fluere & nostra uidit ętas Neronis principis supręmis annis: sicut in rebus eius rettulimus. Iam omnes fontes estate q̄ hyeme gelidiores esse quem fallit. Sicut illa permira naturę opera es ac plumbum in massa mergi: dilatata fluitare: eiusdemq; ponderis alia sidere alia inebi onera: in aqua moueri facilius trieum lapidem q̄uis grandem innatare: eum deniq; cōminutū mergi. Recentia cadauera ad uadum labi: intumescentia attolli: inania uasa baud facilius q̄ plena extrahi: pluuias salinas aquas dulciores esse q̄ reliquas: nec fieri salem nisi admixtis dulcibus. Marinas tardius gelare: celerius accendi: hyeme mare calidius esse: autumno salsius: omne oleo tranquillari: & ob id nātes ore spargere. quoniā mitig& naturam asperam: lucemq; deportet. Niues in alto mari non cadere: cū omnis aqua deorsum feratur. Exilire fontes atq; etiam in ętnae radicibus flagrantis tantum: ut quinquagena & centena milia passuum harenas flamarum globo eructent.

Amq; & ignium quod est naturę quartū elementū reddemus aliqua miracula sed primum ex aquis: in comargine urbe samosata stagnum est emittēs limū maltā uocant flagrantem cum quid attingit solidi: adhęr&: pręterea & tactum sequitur fugiētis sic defendere muros oppugnāte lucullo: flagrabatq; miles armis suis: aquis accenditur: terra tantum restingui docuerunt experimenta.

Similis est naturę napthę: ita appellatur circa babylonem & in austatenis parthię profluens bituminis liquidi modo: huic magna cognatio ignium transiliuntq; in eam protinus undecunq; uisam. Ita ferunt a medea pellicem crematam postquam sacrificatum ad aras accesserat corona igne rapta.

Verum in montium miraculis ardet ętna noctibus semper: tantoq; ęuo materia ignium sufficit: niualis hybernis temporibus: egestumq; cinerem pruinis opperiēs. Nec in illo tantum natura deseuit exustionem terris denunciās: flagrat in phaselitis mons chimęra: & quidem immortalis diebus ac noctibus flama ignem eius accēdi aqua: extingui uero terra aut foeno Nidius ethesias tradit. Eadē in lycia ephesii mōtes tęda flamante tacti flagrant: & adeo ut lapides quoq; riuorum & harenę in ipsis aquis ardeant: alituq; ignis ille pluuius. Baculosi quis ex his accenso traxerit sulcos riuos igniū sequi narrat. Flagrat in baetris cophanici noctibus uertex: flagrat in medis: & cestia gente cōtingente confinio persidis. Susis quidē ad turri albā. xv. caminis maximo eorum & interdiu campus babylōn flagrat quadam uelut piscina ingenti iugeri magnitudie. Aethiopum item iuxta hesporum mōtem stellarum modo cāpi noctu. Similiter in megalopolitanorum agro & si iternus sit ille iucundus: frōdēq; densi supra se nemoris non adurens est iuxta gelidum fontē semper ardēs: nymphei crater dira apollonatis suis protendit ut Theopompus tradit. Augetur imbribus: egeritq; bitumen temperandum fonte illo ingustabili alias omni bitumine dulcius dilutus. Sed quis hoc miretur: in medio mari hiera insula ard&: ęolię insulę iuxta

italiam cũ ipso mari arsere p aliquot dies sociali bello: donec legatio senatus piauit maximo tantum ardet incendio theonochema dictum ethiopum iugum: torrẽtesq; solis ardoribus flamas egerit. Tot locis: tot incendiis rerum natura terras cremat.

PRaeterea cum sit huius unius elementi ratio fecunda: seq; ipsa pariat & mimis crescat scintillis: quid fore putandum est in tot rogis terrę? quę est illa natura: quę uoracitatem auidissimam in toto mundo sine damno sui faciat. Addantur his sydera innumera ingensq; sol. Addant humani ignes & lapidũ quoq; initi naturę: attritaq; inter se ligna. Iam nubium & originis fulminum excedit profecto omnia miracula unum diem fuisse quo non cuncta conflagraret. Cum specula quoq; cõcaua aduersa solis radiis facilius etiam accendantur: q̃ ullus alius ignis. Quid quod innũerabiles parui: sed naturales scatent? In nympheo exit e petra flama quę pluuiis accendit: exit et ad aquas scantias: hęc quidẽ ita inualida: cum transit: nec lõge in alia duras materia Vir& ex eterno hunc fontẽ igneũ contegens fraxinus. Exit in mutinensi agro statis uulcão diebus. Reperit apud auctores subiectis aritię aruis: si carbo deciderit ardere terram. In agro sabino & sidicino ũctum flagrare lapidẽ. In salentio oppido matia imposito ligno in saxum quoddam ibi sacrum protinus flamam existere. In lacinię iunonis ara sub diuo sita cinerem immobilem esse pflantibus undiq; procellis. qui et repentinos ignes existere & in aquis etiã in corporibus humanis emicuisse. Transimenum arsisse totũ: Seruio Tullio dormienti in pueritia ex capite flamã emicuisse L. Martio in hispania interemptis. Scipionibus concionãti & milites ad ultionem exhortanti arsisse. Simili modo Valerius antias narrat plura mox & distictius. Nũc enim quadam mixtura omnium rerum exhibentur miracula. Verum egressa mens inter iterpretationes naturę festinat legentiũ aios per totũ orbẽ: ueluti manu ducere.

PArs nostra terrarũ de qua memoro: ut dictũ est ãbienti oceano: uelut inatans lõgissime ab ortu ad occasum patet: hoc est ab India ad herculis columnas gadibus sacratas. lxxxv. m. p. ut Arthemidoro placet auctori. Vt uero Isidoro. lxxxxv. m. m. xviii. milia Arthemidorus addidit amplius a gadibus circuitu sacri promontorii ad promontorium arthabrũ: quo longissime frons ,pcurrit hispanię. lxxx. m. nonagita mensurę duplici currit uia: a gange amne hostioq; eius: quo se in eoum effundit per indiam perthemisemq; ad miriandrum urbem syrię in isico sinu positam. l. m. p. xv. Inde proxima nauigatione Cyprum insulam pataram lycię rhodum astupaleam in carpathio mari. In isula Laconicę tęnarum lybeum sicilię calarim sardinię. xxxv. m Deinde grias. l. quę mensura uniuersa ab Eoo mari efficit. lxxxv. m. p. sexagitanoꝝ ẽ Alia uia quę certior mirię terrę non maxime patẽ a gange ad eufratem amnẽ. li. m. p. xxi. Inde capadocię marata. cc. m. p. & xliii. Inde per phrygia Cariã ephesũ q̃dringẽta milia. p. lxxxxviiii. Ab epheso per egeum pelagus delũ. cc. m. Isthmũ. ccii. deide terra & laconico mari & corinthiaco sinu patras peloponensi. ccii. quingenti leucadẽ dccccvi. m. quingẽti. Corcyrã totidem: a Croceraunia centum. xxxii. m. brũdusiũ octigenta sex milia quingenti. Romã. ccc. m. lx. alpes usq; calcieomacum uicum qngẽta xviii. m. per galliam ad pireneos montes in ulibrum quigenta. lvi. milia. Ad oceanũ ad hispaię oram. ccc. xxxii. m. Traiectu gadis septẽ. m. quigenta: quę mẽsura Arthemedori ratione octoginta. xi. m. nonaginta efficit. Latitudo autem terrę meridiano situ ad septẽtriones dimidio fere colligit miore. liii milia. lxii. quo palã fit quantũ & hic uapor abstulit: & illic rigor. Neq; enim deesse arbitror terris aut nõ esse globi formã sed ĩhabitabilia utrinq; comperta esse: hęc mẽsura currit a littore ethiopici oceani qua modo habitat ad meroẽ. lxxxv. m. Inde alexãdriam. xii. m. l. rohdũ. d. dccc. m. iiii. m. Gnidũ. lxxxvi. m. d. Samũ. c. m. choꝫ. xxv. m. chiũ. dccc. iiii. m. Mitilenẽ. lxv. m. Tenedũ. lxxxxviiii. m. Sygẽũ promontorium. xii. m. ccccc. os ponti. ccc. xii. m Carabim

promontoriũ.ccc.l.os mæotis.ccc.xii.m.d.hostiũ tanais.cc.lxv.m.qui cursus compendius maris breuior fieri potest:lxxxi.m.ab hostio tanais nihil modicum diligẽtissimi auctores fecere.Arthemidorus ulteriora incomperta existimauit:cum circa tanaim sarmatharum gentes degere fateretur.Ad septentriones uersus Isidorus adiecit.xii.m.l.usq; ad mitilenem:quę coniectura diuinationis est.Ego non minore q̃ proxime dicto spacio sarmatharum fines nosci intelligo:& alioquin quantum esse debet ꝓ innumerabiles gentes subinde sedem mutantes capiat. Vnde ulteriorem mensuram inhabitabilis plagę multo esse maiorẽ arbitror.Nam & a germania ĩsulas immensas non pridem compertas cognitum habeo. De longitudine ac latitudine hęc sunt quę digna memoratu putem.uniuersum autẽ hunc circuitũ Eratosthenes in omnium quidem litterarum subtilitate.& in hac utiq; pręter cęteros solers quem a cunctis probari uideo ducentorum.cclii.milium stadiorum prodidit:quę mẽsura romana computatione efficit trecẽties quindecies centena milia passuum.Improbũ ausum:uerum ita subtili argumẽtatione comprehẽsum:ut pudeat nõ credere Hipparchus in coarguẽdo eo & in reliqua oĩ diligẽtia mirus adiicit stadiorꝫ paulomius.

.xxv.m.

ALia Dionysiodoro fides:neq; enim subtraham exemplum uanitatis graeciae maximum Hiccidius fuit geometrica scientia nobilis.Senecta diem obiit in patria funus duxere ei propinquę:ad quas ptinebat hęreditas:hę cũ secutis diebus iuxta pagrarent inuenisse dicuntur in sepulchro epistolam Dionysiodori nomine ad superos scriptam peruenisse eum a sepulchro ad infimam terram:esse eo stadiorum xlii.milia:alii nec defuere geometrę:qui interpretantur significare epistolã a medio terrarum orbe missam quo a summo deorsum longissimum esse spacium:& idem pilę medium:ex quo consecuta computatio est:ut circuitum esse.cclv.m.stadiorum pronunciaret:harmonica ratio quę cogit rerum naturam sibi ipsam cõgruere addit. huic mensurę stadiorum.vii.m.terramq; xcvi.milia partes totius mũdi facit.

HACTENVS DE SITV ET MIRACVLIS terrę aquarumq; & syderum:ac ratione uniuersitatis: atque mensura.Nunc de partibus quanq̃ infinitum id quoq; existimat:nec temere sine aliqua reprehẽsione tractãdũ haud ullo in genere uenia iustiore.Si modo mime miror est hominem genitũ nõ oĩa hũana nouisse.Quapropter auctorem neminem unũ sequar:sed ut quęq; uerissimũ in quaq; parte arbitrabor:quoniam commune ferme omnibus fuit:ut eos quisq; diligentissime situs disceret: ex quibus ipse prodibat.Ideoq; nec culpabo:nec coarguã quenq̃:locorum nuda nomina & quanta dabitur breui ponentur claritate causisq; dilatis in suas partes.Nũc enim sermo de toto est:quare sic accipi uelim:ut si diuidua fama sua nomina qualia fuere primordio ãte ullas res gestas nuncupentur.& sit quoddam in his nomen datura quidem:sed mũdi rerũq; naturę. Terrarum orbis uniuersus in tres diuidit partes.Europam Asiam & Africã Origo ab occasu solis & gaditano freto qua irrumpens oceanus atlanticus in maria interiora diffundit:huic itranti dextera africa est:leua europa:inter has Asia.Termĩ amnes tanais & nilus.xv.m.p.in longitudinem quas diximus fauces oceani patent v.milia in latitudinem a uico menlaria hispanię ad promõtorium africę album auctore turanio gracili iuxta genito:& Titusliuius ac nepos Cornelius latitudinis tradiderunt minus.vii.m.p ubi uero plurimum.x.m.Tam modico ore tam immensa

ęquorum uastitas panditur. Nec profunda altitudo miraculum minuit: frequentes quippe tenie cãdicantis uadi carinas territãt. Qua de causa limen iterni maris multi eum locum appellauere: proximi autem faucibus utrinq; impositi montes coercent claustra. Abila Africę: Europę calpe laborum herculis metę: quã ob causam indigenę columnas eius dei uocant: creduntq; perfossas exclusa antea admisisse maria & rerum naturę mutasse faciem.

PRimum ergo de europa altrice uictoris omnium gentium populi longeque terrarum pulcherrima: quam pleriq; merito nõ tertiam portionẽ fecere. Verũ ęquam in duas partes ab amne tanai ad gaditanũ fretum: uniuerso orbe diuiso oceanus hoc quod dictum est spacio atlanticum mare ifundens & auido meatu terras quacunq; ueniente ex parte demergens: resistentes quoq; flexuoso littorum ãfractu lambit europam uel maxime recessibus crebris excauans: sed in quattuor prĕcipuos sinus: quorum primus a calpe hispanię extimo: ut dictum est monte locros brucũ usq; promontorium immenso ambitu flectitur. In eo prima hispania terrarum est ulterior appellata eadem bętica mox a fine urgitano citerior: eademq; tarraconensis ad pirenei iuga. Vlterior in duas pro longitudine prouincias diuiditur. Si quidem bętica a latere septentrionali protenditur a lusitania amne ana discreta. Ortus hic in laminitano agro citerioris hispanię: & modo in stagna se fundens: & modo in ãgustias resorbens: aut in totum cuniculis se condens: & sępius nasci gaudens in atlanticum oceanum effunditur. Tarraconensis autem affixa pyreneo: totoq; eius a latere discurrens: & simul in gallicum oceanum ibero mari transuersa se pandens solorio monte ex oretanis iugis carpentanisq; & asturum a bętica atq; lusitania distinguitur. Bętica a flumine eam mediam secante cognominata cunctas prouinciaꝝ diuiti cultu et quodam fertili ac peculiari nitore prĕcedit: iuridici conuentus ei. iiii. Gaditanus cordubensis: Astygitanus Ispalensis: oppida omnia numero. clxxv. In his colonię. ix muicipia cẽtum simul latio ãtiquitus dõata. xxix. libertate: sex foedere tria stipẽdiaria cxx. ex his digna memoratu aut latiore sermone dictu facilia a flumine Ana littore oceani oppidum ossonaba ascuria cognominatum interfluens luxiam & meturium arenei montis. Bętis fluuius littus curienense inflexu sinu: cuius ex aduerso gadis inter insulas dicendas promontorium iunonis portus. Vesippo oppidũ bellomellaria fretum ex atlantico mari carceia carcesos a grĕcis dicta mõs calpe. Deide littore iterno oppida barbesula cũ fluuio. Itẽ saldubia oppidũ siue malacha cũ fluuio foederato. Deinde menuba cũ fluuio sechi firmũ cognomie Iulio serabdera murci bętię finis. Oram eam uniuersam originis poenorum existiauit. m. agrippa. Albana autẽ atlantico oceano obuersa bastulorum turdulorumq; est. In uniuersam hispaiam. m. Varro peruenisse Iberas & persas & phoenicas celtasq; & poenos tradit. Lusum eni liberi patris: aut lisam cum eo bachantem nomen dedisse lusitanię & pana prĕfectũ eius. Immẽsa autem quę de hercule ac pirene uel saturno tradũt fabulosa in primis arbitror. Bętis in tarraconensi ,puicia nõ ut aliqui dixere metesa oppido: sed cugnẽsi exoriens saltu iuxta quem tader qui carthaginensem agrum rigat: ocior refugit scipionis rogum uersusq; in ocasum oceanum atlanticum prouinciam adoptans petit modicus primo: sed multorum fluminum capax: quibus ipse famam aquasq; aufert. Bętię primum ab ossigitania infusus amoeno blandus aluco crebris dextra leuaq; accolitur oppidis. Creberrima iter hũc & oceani oram in mediterraneo segida: quę angurina cognominatur. Iulia quę fidentia. Vrgao quę albe bora quę certali. Silibe rio qui liburnus: lipida quę clausa. Stici quod Iuliensis. Vesti quę fauentia. Sigilia: tegua arialdimũ aglamino bebro castra uinaria. Cisibrium yphonona Illurco oscua succalo unditanum Tuatiuetus. Omnia uastetatuę uergentis ad mare. Conuentus uero Cordubensis circa flumen ipsum ossigi: quod cognomiatur laconium. Iliturgi quod forumIulium. Iprasturgi quod triũphale: sutia & laconium. xi. m. p. remotũ.

In mediterraneo ebulco quod bontificense appellatur: mox ripepora foederatorum facili mortalium onuba & dextra. Corduba colonia patricia cognominata. Inde primũ nauigabili bęte oppido carbula decuma fluuius singulis. Eodem bętis latere incedẽs oppida Ispalẽsis cõuẽtus celtiara exatũ Vacapaia Acira Ilipa cognoie Ilpa Italica: & a leua Ispalis colonia cognoie Romulienses ex aduerso oppidũ est &: quod cognomiat' Iulia: constantia birgentium quod Iulii genitor: Bippo Carasitarũ fluuius Menuba et ipse a dextro latere infusus in terra estuaria habens oppidum Irabrisca cognomine Veneria & colobonia coloniç Asta quę Regia dicitur & in mediterraneo assido quę cęsariana singulis fluuiis in bętim quo dictum est ordine irrũpens: astygitanã coloiam alluit augustam cognomine firmam ab ea nauigabilis: huius conuentus sunt reliquę coloiç innumineis Tucti quę cognoiat' augusta gemella ituti quę uirtus iulia: ut ubique claritas iulia ursoque genua urbanorum inter quę fuit munda cum Pompeii filio capta libera oppida astigni uetus a stipo stipendiaria Callet Gallucula Castra: gemmina: Illipula minor: marruca: siccana: obultula: onnigisabora uenti prope nubem amnem & ipsum nauigabilem baud procul habitant cilongiticęli logisti. Quę autem regio a bete ad fluuiũ anam tendit extra prędicta Beturia appellat' in duas diuisa partes: totidemq; gentes cęlticos qui lusitaniam attingunt. Ispalensis conuentus turdulos qui lusitaniam & tarraconensem accolunt iura Cordubã petũt Cęlticos a celtiberis ex lusitania aduenisse manifestum est: sacris lingua oppidorum uocabulis: quę cognominibus in bętica distinguuntur. Serrea dicit' fama Iulia Nercobrice concordia Iulia rigide restituta iulia cõstribute iulia: ucultumatũ quę icuriga nunc est: lacu murge constantia rilia sterefibi fortunales & calẽsibus emanici: prętter bęc in celtica: acimbro: arunda: Arunci: turobriga: lastigi: alpesa: sepone: serippo. Altera: ueteria: quam diximus turdulorum & conuentus. Cordubensis habet oppida non ignobilia Arsam Melariam mirobricam. Regiones osurtiam disci seponem. Gaditani conuentus ciuium Romanorum regina latinorũ regia caruisia cognomie aurelia: urigia cognominata castrũ iuliũ. Item Cęsaris saltariensis stipẽdiaria baesaro bellipo barbella uiula ciprobasis progale capacumio leastro Iocio brana lasculasa gũtiasa audonse: porro lõgitutudinem eius uniuersam prodidit. m. agrippa q̃drigentorum. lxx. m. p. lat tudinem. cclvii. Sed cum termini Carthaginem usq; procederẽt: quę causa magnos errores computatione mensurę sępius parit. Alibi mutato puniarum modo: alibi itinerum auctis: aut diminutis passibus incubuere maria tam longo ęuo. Alibi processere littora torsere & fluminum correxere flexus: prętterea aliunde alius exordium mensura est: & alia meatus ita fit: ut nulli ita duo concinant.

BAeticę longitudo nũc a castulonis oppidi fine gadis. ccl. & a murgi maritima ora. xxv. m. p. amplius latitudo: a Carceiana ora. ccxxxvii. Agrippa quidem in tanta uiri diligentia prętter quod in hoc opere ac cura. Cum orbem terrarum: orbi spectãdũ proponeret errasse terras quis credat: & cum eo Diuum Augustũ. Is nanq; cõpletã eam porticum & destiatione & cõmẽtarius. M. Agrippa a sorore sua icboatã pegit.

CIterioris hispaniç sicut complurium prouinciarum aliquantum uetus forma mutata est: ut pote cum Pompeius magnus trophęis suis quę statuebat in pireneo dccc. lxxvii. oppida ab alpibus ad fines hispaniç ulterioris a se redacta in ditionem testatus sit. Nunc uniuersa prouincia diuiditur in conuẽtus septem Carthaginẽsem Tarraconensem: Cęsaraugustanum: dumiensem: astuię: lucrẽsem barceuię. Accedunt insulę quarum mensione per se positas Ciuitates prouincia ipsa prętter contributas aliis. cclxxxiii. continet oppida. In his coloniç. xii. oppida ciuium Romanorum. xiii latinorum uetęię. xviii. foederatorum unum. Stipendiaria. cxxxv. primi in ora bastuli posteos quo dicitur ordine intus recedentes mente sami oretani & ad tagum carpetãi

iuxta eos uaccei uettones & celtiberi afrebaci:oppida orę ꝓxima urci adſcriptum eſt betięq:Barea regio mauitania mox deintania:deinde conteſtania.Carthago noua colonia:cuius a promõtorio quod ſaturni uocatur cęſaream mauritanię urbem.clxxxxii.m.p.traiectus eſt.Reliqua in ora flumen thader coloniam immunis ilici.Vnde illicitanus ſinus in eam contribuitur Icoſitania.Mox latinorum lucentum dianium ſtipendiarium.Suero fluuius & quondam oppidum Conteſtanię finis.Regio editania amoeno prętendente ſtagno ad celtiberos recedens Valentia colonia.iii.m.p. a mari remota flumen tortum & tantundem a mari Saguntum ciuium Romãorũ fide oppidum nobile:flumen Aduba.Regio autem lergaonum iberus amnis nauigabili commercio diues ortus in cantabris haud procul oppido biliobrica p.cccl. p.fluens nauium per.cclx.Auarici oppido capax:propter quẽ uniuerſam biſpaiam greci appellauere Iberiam.Regio ceſſetania flumen ſubi colonia taraco Scipionum opus:ſicuti carthago poenorum.Regiobilergetum oppidum ſubur flumen rubricatum a quo lacetani & indigetes poſt eos:quo dicitur ordine intus recedẽtes radice pyrenei auxetani fixani itani lecetani:perq; prieneum cerretani.Deinde uaſtones in ora autem colonia barcine cognomine fauentia oppida ciuium Romanorũ betulo Irulo flumen tarnum blanibęq flumealbae emporia egeminum.hoc uetere incolarũ ac grecorum qui focenſium fuere ſoboles:flumen tycber. Ab eo pyrenea uenus in latere promontorii altero.xl.nunc per ſingulos conuentus reddentur iſignia:prętet ſupradictam Teraconem diſceptant populi.xliii.quorũ cęleberrimi ciuiũ romãorũ Dentoſani biſgargitani:latinorum auſitani cerretani qui iulitani cognominantur:& q auguſtai ac detai:gerũ dẽſes geſſoriẽſes theari:q Iuliẽſes.ſtipendiarioꝝ aqcaldẽſes onenſes betulonẽſes cęſaruguſtana colonia ĩmunis amne hybero affuſa:ubi oppidũ antea uocabatur:Saldinia regionis reditanię recipit populos.lv.ex his ciuiũ romãorũ bellicanos cęſenſes. Ex colonia calaguritanos qui naſcici cognominantur ilerdenſes ſurduonum gentis:iuxta quas ſycoris fluuius hoſtenſis regionis ſueſſetaię.Thurias ſenoriſoles latinorum ueterum caſtartenſes ergauicenſes graturitanos leonicenſes oſſigardenſes foederatos tarragenſes ſtipendiarios arcubrienſes andolorgenſes arocellitanos buranenſes calaguritanos qui ſibularenſes cognominantur compultenſes carenſes tricenſes Cortoenſes damanitanos ſpalenſes larnenſes lurſenſes & Illuberitanos lacetanos nibienſes pompulenſes reſſegienſes.carthaginem cõueniũt populi lxv.exceptis inſularum incolis.Ex colonia acitania gemelenſes & libiſona cognoie foroauguſtana:quibus duabus ius italię datum. Ex colonia faraliẽſe oppidani latii ueteris cuſtulonenſes:qui cęſariuenales appellantur.Setabitani qui auguſtani Valerienſes Stipendiariorum autem cęleberrimi labanenſes baſtitani conſaburenſes dianenſes geliſtani oetani laumitani mentefani:qui & oretani mentefani qui & baſtuli:oretani qui & germani cognominantur Caputq; celtiberię ſegobrigẽſes capetai toletani tago flumini impoſiti.Deinde ualtienſes & uirgilienſes ingrunienſes:cõuentus ſeptem ardiuli ducunt populos.xiiii.ex quibus iabanenſes tãtum nomiare libet turrimogildi.viii.in quibus ſegis amonenſes & ſeſiana iulienſes & uenneſi in eundem conuentum carietes & uenenſes.v.ciuitatibus uadunt:quaꝝ ſunt ueliẽſes et iidem pelleodenſes:Celtiberum quattuor populis:quorũ Numantini fuere clari ſicut uiuaceorum.xviii.ciuitatibus iter cĩtunẽſes palẽtini lacobrigẽſes caucẽſes. Nãet in cantabrigis.vii.populis iuliobrica ſola memoratur.In autirgonũ.x.ciuitatibus triciũ & uironeſca:arenaſtis nomẽ dedit fluuius Arena horum oppida.vi.Saguntia et Ibiſaia:quę noĩa crebro aliis in locis uſurpãtur:prętet ea Segonia & noua auguſta. Tremes ipſaq; clunia celtiberię finis.Ad oceanum reliqua uergũt. Varduliq; ex prędictis & cantabri iunguntur uſq; ad aſturũ.xxii.populi diuiſi in anguſtano ſautrica urbe magnifica.In his ſunt cigiuri peſici lautienſes Zoele.Numerus omnis multitudinis ad.ccxl.liberorum capitum:lucenſis conuentus populorum eſt.xvi.prętet

celticos & leuanos ignominiosq; ac barbarq; appellationis. Sed liberorum capitum ex qbus prqter ipsos ferme. clxv. simili modo braccaꝫ. xxiiii. & ciuitates. clxxv. capitũ: ex quibus prqter ipsos braccaros uiuali cobelerni galeci atq; isilici querqueni citra fastidium nominentur: longitudo citerioris hispaniq; est ad finem castulonis a pyreneo de. vii. m. p. & ora paulo amplius: latitudo a taracone ad littus olarsonis. cccvii. E radicibus pyrenei ubi cuneatur angustius inter duo maria paulatim: deinde se pãdẽs quia contingit ulteriorem hispaniam tantundem & amplius latitudini adiicit. metallis plũbi ęris ferri argẽti auri tota ferme hispaia scatet citerior: & specularis lapidis bętica & nimio: sed & marmorum lapicidinq; uniuersq; hispaniq;. Vespasianus impator augustus iactatq; procellis rei. p. latii ius tribuit. pyrenei mõtes hispaias galliasq; disterminant promontorius in duo diuersa maria proiectis.

N Arbonensis prouincia appellatur pars galliarum quq; interno mari alluitur bracata antea dicta amne Varro ab italia discreta alpiumq; uel saluberrimis Ro. ipio iugis a reliqua uero gallia latere septentrionali montibus gebẽna & iugeribus agrorum cultu uirorum morum dignatione & amplitudine opum nulla ei prouiciaꝫ prqferenda: breuiterq; italia uerius q̃ prouincia. In ora regio sardonum intusq; cõsuaranorum flumina tetii uernodubrum: oppida illi Sebrq; magnq; quondã urbis tenue uestigium rucino latinorum flumen a taxe pyreneo rubrensem permeans lacum. Narbon martius decumanorum colonia. xii. m. p. a mari distãs: flumia Araris libria oppida de cętero rara prętacentibus stagnis. Agatha quondam massiliensiũ & regio uulcarum tectosagum: atq; ubi rhoda rhodiorum fuit: Vnde dictus multo galliarũ fertilissimus rhodanus amnis ex alpibus se rapiens per lemannum lacum segnemq; deferens ararim: nec minus se ipso torrentes: sed Isaram & druentiam libica appellãt duo ora eius modica: Ex his alterum hispaniense: alterum metapinum: tertiũ idemq; amplissimum assaliaticum. Sunt auctores beacleam oppidũ in hostio rhodai fuisse Vltra fossq; ex rhodano. c. passibus marii opere & nomie insigne stagnũ. Astromela oppidum maritima anaticorum: superq; campi lapides herculis pręliorum meõria. Regio anatiliorum uicus dexuuiaticum cauarũq; rursus a mari tricoriuum: & uicus tricollorum uocõtiorumq; & segouellaurõum mox allobrogum. At in ora massilia grecorum focensium foederata promontorium zoachitarista portus. Regio camatuliorum deinde suelteri supraq; uerucini. In ora autem athenopolis massiliensium forum iulii octauianorum colonia quq; pascensis appellatur: & classica amnis in ea argenteus. Regio oxibiorum linguanorũq; super quos sueberi quariates adimicãtes At in ora oppidum latinum antipolis regio deciatium amnis uarus ex alpium mõte cẽa pfusus: in mediterraẽo colõia arelate sexcamoꝫ: beterre septiaõꝫ arausio: secũdãoꝫ In agro caluarum ualentia uienna. allobrogum oppida latina aquq; sextiq; saluiorum auennio: cauarum apta iulia: uulgientium alebece: leutorũ appolinaꝫ alba: elduoꝫ augusta. Tricastinorum anatilia area bornianico macino bellio cartassium: uulgarũ tettosagum cesaro carbani torate: meminorum cenicenses camboletri: qui atlantici cognominantur forum uocouiglanum libii luceuani: qui & foroneronienses nemausium areconicorum piscinq; Rutenl samnages tholosani thetosagum aquitanq; conterminatas godunitarum conomenses umbranici uocontiorum ciuitatis foederatq; duo capita uasio & lugus augusti: oppida uero ignobilia. xviii. sicut. xxiii. nemãsiẽbus attributa. Adiecit formulq galba ipator ex ialpinis agãticos atq; bodiõticos quoꝫ oppidũ duua lõgitudiem prouincię Narbonensis. cccclxx. m. p. agrippa tradidit: latitudinem. ccxlviii. m.

I Taliq de hinc primiq; eius ligures mox hetruria umbria latium ibi & tyberina hostia: & Roma terrarũ caput: xvi. m. p. interuallo a mari uulscũ littus postea literni & campanię picentinum Inde ad lucanum: bruciũq; quo longissime in me-

ridiem ab alpium pene limatis iugis in maria excurrit. Italia. Ab eo grecię ora mox salentini: peduculi. appuli: peligini: frentani: marrucini: uestini: sabini: picētes: galli: bitrusci. Veneti: carni: hiapides: Istri liburni. Nec ignoro ingrati ac segnis animi existimari posse merito si breuiter atq; in transcursu ad hūc modum dicat terra oīm terrarum alumna: eadem & parens numine deum electa quę cęlū ipsum clarius faceret sparsa congregar& imperia: ritusq; molliret & tot populorum discordes ferasq; linguas sermonis commertio contraheret ad colloquia & humanitatem homī daret breuiterq; una cunctarum gentium in toto orbe patria fier&. Sed quid agam tanta nobilitas omnium locorum quis attigerit tanta rerum singularum populorumque claritas ten& urbs Roma: uel sola in & ea digna etā festa ceruice facies: quo tandem narrari debet opere: qualiter Campanię ora per se fęlixq; illa ac beata amoeitas ut palam sit uno in loco gaudentis opus eē naturę. Iā uero tota ea uilitas ac perēnis salubritatis cęli temperies tam fertiles campi tam aprici colles tam innoxii saltus tam opaca nemora tam munifica siluarum genera tot montium afflatus tanta frugum uitiumq; & olearum fertilitas tanta nobilium pecorū uellera tam opima tauris colla tot lacus tot amnium fontiumq; ubertas totam eam perfundens tot maria portus remigiumq; terrarum commertio patens undiq;. & tanq̄ ad mortales adiuuādos ipā auide in maria procurrens. Neq; ingenia ritusq; ac uiros lingua manuq; superatas commemoro gentes. Ipsi de ea iudicauerunt grecī genus in gloriam sui effusissimū quotam partem ex ea appellando grecīā magnam. Ni mirū id quod in cęli mētione fecimus hac quoq; in parte faciendum: ut notas quasdam & pauca sydera attigamus legētes tantum quo se meminerint ad singula toto orbe edisserenda festinari.

EStergo folio maxime querno assimilata multo proceritate amplior q̄ latitudīe In leuo se flectens cacumine: & amazonicę figura desinens parmę ubi a medio excursu cinctos uocatur per sinus lunatos duo cornua emittens leucopetram dextra lacinium sinistra: patet longitudine ab alpio fine pretorię augustę per urbem capuā quę cursu meante rhegium oppidum in humero eius situm: a quo ueluti ceruicis īcipit flexus decies centena. xx. m. p. multoq; amplior mensura fier& lacinium usqi ni talis obliquitas in latus digredi uideretur: latitudo eius uaria est quatringentorū x. milium inter duo maria inferum & superum amnesq; uarum atq; arsiam. Mediū autem ferme circa urbem Romam ab hostio aterni amnis in adriaticū mare ifluētis ad tyberina hostia. cxxxvi. & paulomius a castronouo adriatici maris alpiū ad tuscū ęquor haud ullo in loco ducentis latitudinem excedens. Vniuersi autem ambitus a uaro ad arsiam. xxx. m. lviii. pficit: abest a circūductis terris Istria liburnia: quibus locis centena milia ab epiro illyrico. l. ab africa minus. cc. ut auctor est. M. Varro a Sardinia. cxx. m. l. a sicilia mille quingenta. a corcira minus. lxxx. m. a iusta. l. incedit per maria cęli regiōe: a meridie qdē. Sed si qs id diligēti subtilitate exigat inter sextā horam prmāq; brumalem.

NVnc ambitum eiusq; urbes: ennumerabimus. Qua in re prefari necessarium est auctorem nos diuum augustum secuturos descriptionemq; ab eo factam italię totius in regiones. xi. sed ordine eo qui in littorum tractu fier& urbium quidē uicinitates eorum ordinatione utiq; perpropera seruari non posse. Itaq; interiori exide parte digestionem in litteras eiusdem nos secuturos coloniarum mētiōe signata quas ille in eo prodidit numero: nec situs originesq; persequi facile est ingaunis liguribus: ut cęteri omittantur agro tricies dato. Igitur ab amne Varo nicea oppidum a massiliensibus cōditum fluuius padus alpes populiq; in alpinis multis nomibus. Sed maxime capillati oppido Vediātiorum ciuitatis gemellio portus herculis menoeci lygustina ora lygur celeberrimi ultra alpes salui deciates oxubii. Citra ueneris est turris octibagiensis tatielli binibelli magelli euburiares casmonates uelietes: &

quorum oppida in ora proxima dicemus flumen rutuba:oppidum album Intimi-
lium flumen merula oppidum in gautinum portus uadorum sabautium flumen
portifera oppidũ genua fluuius feritor & portus delfini. Tigultias segesta tigullio;
flumẽ macra lyguriç finis.

A Tergo autem supradictorum omnium appenninus mons italiç amplissimus
perpetuis iugis ab alpibus tendens ad siculum fretum ab altero eius latere ad
padum amnem italiç ditissimum omnia nobilibus oppidis nitent libarna dertona
colonia. Triabarna detartace Industria carrea:quod potentia cognominat' forofuluii
quod ualẽtium augusta bacienorum alba pompeia asta Aquiestatieliorum:hęc re-
gio ex descriptione augusti nona est:pat& ora lyguriç inter amnes Varum & macrã
cexi.m.p.annectitur.vii.in qua betruria est ab amne macra ipã mutatis sepe noibus
umbros inde exegere antiquitus pelasgios lidi:a quorum rege tyrrheni mox a sacri-
fico ritu lingua grecorum thusci sunt cognominati.

P Rimum betruriç oppidum luna portu nobile.colonia luca a mari recedens:
propiorq; pise inter amnes auserem & arnũ ortę a pelope pisisq; siue a territais greca
gente. Vada uolaterana:fluuius cecina:populonium betruscorum quondã:hoc tãtũ
in littore:hinc amnis pile mox & umbro nauigiorũ capax:& ab eo tractus umbriç
portusq; Thelamo:cosa uolsientium a populo:Ro.deducta:grauisçe:castrũnouum
pyrgi ceretanus amnis & ipsum cere intus mille.p.iiii.agilla a pelasgis conditoribus
dictum alsinum pregne. Tyberis amnis a macra.cclxxxiiii.m.Intus coloniç falisca
argis orta:ut auctor est cato.quç cognominant' betruscorum lucus:coloiç russellana
sentensis utricina.De cetero arentini ueteres arentini fidentiores aretini. Iulienses
amitinenses aquenses cognomie. Taurini brerani cortoniẽses capenates clusini noui
clusini ueteres:fluentini profluenti arno appositi:fesule:ferentinum:fescennia:bor-
tanum:berbanum nepete nouẽ pagi prefecturę.claudii a foro clodi pistoriũ perusia
banenses Saturnini qui ante aurini uocabantur Subertani scatones uetentani esentai
Volaterani cognomine betrusci Volsienses in eadem parte oppidorum uete; noia
retinent:agri crustuminus caletranus.

T Yberis antea thybris appellatus & prius albula media fere longitudĩe a pẽnini
finibus aretinorum ,ptluit tenuis primo nec nisi piscinis corriuatus emissusq;
nauigabilis:sicuti trima & glauis influentes in eum nouenorum ita conceptu diei;
si non adiuuent imbres:sed tyberis propter aspera & cõfragosa.nec sic quidem pre-
terq̃ trabibus uerius q̃ ratibus longe meabilis fertur per.cl.m.p.nõ procul tiferno
perusiaq; & otriculo betruriã ab ũbris ac sabinis mox citra.xvi.m.urbis uetentanũ
agrum a crustumino.Deinde fidenate latinumq; a uaticano dirimens.Sed ĩtra are-
tinum glanum duobus &.xl.fluuiis auctus pręcipuis autem nare & aurene qui &
ipse nauigabilis latium includit a tergo:nec minus tamen aquis ac tot fontibus in
urbẽ perductis & ideo quãlibet magna; nauium ex italo mari capax rerum in toto
orbe nascentium mercator placidissimus pluribus prope solus q̃ ceteri in omnibus
terris accolitur amnis:aspicitur; uillis.Nullisq; fluuiorũ minus licet iclusis utrinq;
lateribus:nec tamen ipse depugnat q̃q̃ creber ac subitus incremẽtis & nusq̃ magis
aquis q̃ in ipsa urbe stagnantibus:quinimo uates itelligit' potius ac moitor auctus
semper religiosus uerius q̃ seuus.

L Atium antiquum a tyberi circeos seruatum est millep:lõgitudinẽ tam tenues
primordio iperii fuere radices colois sepe mutatis. Tenuere alii aliis tẽporibus
aborigines pelasgi arcades siculi aruici rutuli & ultra circeos uolsti osci ausones:
Vnde nomen & modo latii processit ad lirim amnem.

I In principio est hostia colonia a romano rege deducta. oppidum laurentum

locus ſolis indigetis.amnis numicius:ardea a dane perſei matre condita. Deinde quōdā afrodiſiū:ātiū coloia.aſtura flumē & inſula fluuius nympheus:clauſtra Roā/ na Circei quondam inſula immenſo quidem mari circūdata ſi creditur Homero:& nunc planicie mirum eſt quod de hac re tradere hominum noticię poſſimus. Theo/ phraſtus qui primus externorum aliqua de Romais diligētius ſcripſit. Nam The/ opompus ante quem nemo mentionem habuit:urbem dumtaxat a gallis captam dixit.dycarchus ab eo proximus legationem tantum ad Alexandrum miſſam:hic iam & plus q̄ fama circeorum inſulę & menſuram poſuit:ſtadia.lxxx.In eo uolumie quod ſcripſit Nicodoro Atheniēſium magiſtratui:qui fuit urbis noſtrę.cccc.xl.āno Quicquid ergo terrarum eſt prēter.x.paſſus ambitus annexum inſulę poſt eū annū acceſſit italię:aliud miraculum a circeis palus pontina eſt:quem locum.xxiiii.urbiū fuiſſe mutianus ter conſul prodidit.Deinde flumen aufentum ſupra quod terracina oppidum uolſcorum lingua anſur dictum:& ibi fuere amyclę ſiue amicindę a ſer/ pentibus deletę.Deinde lacus fundanus.Caieta portus oppidum formie dictum ut exiſtimauere antiqui leſtrygonum ſedes.Vltra fuit oppidum pilo colonia mitur/ nę lyri amne diuiſa glanico appellata oppidum ſinueſſa.Extremū in adiectu latio: quam quidam ſinopem dixere uocitatam.

HInc fęlix illa Campania eſt ab hoc ſinu incipiunt uitiferi colles & temulentia nobilis ſucco per omnes terras inclyto:atq; ut ueteres dixere ſummum liberi patris cum Cerre certamen:hinc ſetini & cecubi obtenduntur agri:his iunguntur falerni caleni.deinde funduntur maſſici gaurani ſurrentiniq; montes. Ibi leburini campi ſternuntur & in delicias alice politur meſſis:hęc littora fontibus calidis rigant prę/ ter quę cętera in toto mari conchylio & piſce nobili annotantur.Nuſquā generoſior oleę liquor:& hoc quoq; certamen humanę uoluptatis tenuere oſci gręci Vmbri tu/ ſci campani.In ora ſauo fluuius:uulturnum oppidum cum amne:liternum:cumę chalcidēſium:miſenum:portus baianus bauli lacus lucrinus & auernus cimmeriū iuxta quē oppidum quondam:deinde puteoli coloia dicęarchea dicti:poſtq; phle/ gei campi. Acheruſia palus Cumis uicina:littore autem hoc neapolis chalcidēſium et ipſa arthenope a tumulo ſirenis appellata:herculaneum:pompeii:haud procul eſ/ pectante monte Veſuuio alluente ſarno amne.Ager micerinus eſt nouem.m.p.a mari ipſa nuceria eſt.Surentum cum promontorio mineruę ſyrenum quondā:ſed enauigatione a circeis duo de octoginta.m.p.patet.

REgio ea a tyberi prima italię ſeruatur ex deſcriptione auguſti. Intus colonię capua ab.xi.campo dicta:aquinum:fueſſa: Venafrum: Sora:theanum: ſidicinum cognomine.Nola oppidum abellinum Aritia alba longa.acerani alifani atinates aletrinates arcagnini attbelani Vaſulani arpinates auximates auellani Vaſulani ale/ ſetarni & qui ex agro latino.Item hernico.Item labicano cognomiati beuole calatie Caſſinum calenum capitulum hornetum cernetani qui mariani cognominantur corani a dardano troiano orti Cuburterini Caſtrimonienſes cingulani gabienſes.In monte albano foro populienſes ex falerno fruſinates ferentinates fregiates frabater/ ni ueteres frabaterni noui figolenſes fregellani foroapi forentani gabai Iteramnetes ſuccaſini:qui & lyrenates uocantur Illirionenſes lauini norbani nomentani prę/ neſtini orbe quondam ſtipane dicta priuernates ſetini ſegmini.Sueſſulai theatini tre/ bulani cognomine ballimenſes trebani tuſtulani uerulani ueliterni ulibrenſes uri/ uanates.Superq; Roma ipſa:cuius nomen alterum dicere arcanis cerimoiaꝭ nephas habetur.obtinaq; & ſalutari fide abolitum enunciauit.Valerius ſoranus:luitq; mox poenas.Non alienum uidetur inſerere hoc loco exemplum religionis antiquę:ob hoc maxime ſilentium inſtitutę.Nanque diua angerona:cui ſacrificabatur ad dem

xii.kalendis Ianuarii ore obligato:obſignatoque ſimulacrum habet.

VRbem tris portas habentem Romulus reliquit:aut ut plurimas tradentibus credamus.iiii.moenia eius colligere ambitu imperatoribus cenſoribuſq; Veſpaſiais anno conditę urbis.viiii.c.xxvi.m.p.xiii.cc.complexa montes.vii.Ipſa diuiditur in regiones.xiiii:compilatarum.cc.lxv.eiuſdem ſpacium menſurę currētem a miliario in capite Romai fori ſtatuto ad ſingulas portas:quę ſunt hodie nuēro.xxxvii.ita ut xii.portę ſemel numerentur:prętereanturq; ex ueteribus.vii.quę eſſe deſierūt efficit paſſuum per directum.xx.m.dcclxv.ad extrema uero tectorum cum caſtris prętorris ab eodem miliario per uicos omnium uiarum menſura colligit paulo ãplius.xx.m.p.quo ſi quis altitudinem tectorum addat:dignam profecto extimationē concipiat: fateaturq; nullius urbis magnitudinem in toto orbe ei potuiſſe comparari.Claudit ab oriēte aggere tarquini ſuperbi Inter prima opere mirabili:nãq; cum muris q̃q̃uit qua maxime patebat aditu plano cętero multa erat pręcęlſis muris aut abruptis mōtibus:niſi quod expaciantia tecta multas addidere urbes in prima regione.
chiam a chione nympha:aliqui ainue & macrum & pytiusam montē habet polineū marmor chiū circuitu.cxv.m.ccl.p.colligit ut ueteres tradidere.Isidorus.viii.adicit posita est inter samum & lesbum:ex aduerso maxime erithraꝫ finitime sunt telusa quam alii daphnasam scribunt emisa elafudes eurianas sargimusa cum oppido.Iam hęc contra ephesum & quę pisistrasti uocantur antimenon neso dureusa. In utraq; oppida intercidere polos elene cum oppido crecie halene commone illetia lepria & rhesperia proculse bolbule pheute priapos sigenie lancena rhesidusa peledre musa ābydros scopelos licusa marathusa psilepe rgirbeusa:multęq; ignobiles. Clara uero in alto theos cum oppido achio.lxxi.m.d.tantundem ab erithris iuxta smirnā sunt perristerides canteria alopere eleusa bachina pistira comminesos magaleante troada ascanię plateę tres:dein lamire plitante duę plateę scopelos getbone archedon celesa guse didie:clarissima aūt lesbos achio.lxv.m.p.emerte & lasia pelasgia egyra ęthiopię macharia appellata fuit.viii.oppidis inclyta:ex his pyrra hausta ē mari arisbe terraꝫ motu subuersa.Antyssa metimnam traxit in se ipsam.viii.Vrbibus asię.M.xxxvii p.uicina & agamede obiit & hyera restante reson pyrrhę libera mitilem nunc amnis m.d.potens tota insula circuitu:ut Isidorus.clxviii.ut ueteres.clxxxxvō.mtes hab& lepetim mimordim mimacisum creonem olympum a proxima continēte abest.vii. d.p.Insulę appositę scandalium leuce.v.ex eis gignea cū poto calero argemise abege iiii.p.distāt:dein phelosa pedna extra hellespontū aduersa sygeo littori.lac& tenedus leucopris dicta & phoenice & hirnesos abest a lesbo.lvi.p.a sygeo.xii.d.

IMpetum deinde sumit hellespontus & mare incumbit uorticibus limitem fodiens:donec asiam abrumpat Europę promontorium id appellauimus trocziam Ab eo.x.p.abidum oppidum.Vbi angustię.vii.stadioꝫ.Dein percote oppidum & lampsacum antea pitiusa dictum paruum colonia quā Homerus adrastiā appellauit oppidū priapos:amnis assepus zelia propōtis ita appellat:ubi se dilatat mare flumen granicum artarge portus ubi oppidum fuit ultra insulam:quam continenti iunxit Alexander:in qua oppidum milesiorum cizichum ante uocitatum archonensus & doliois & didimus cuius a uertice mōs didimus oppida placia Ariaces cylace:quoꝫ a tergo mons olympus:qui & mysius dictus est ciuitas olympena amnes horosius herandacus ante lycus uocatus:oritur in stagno Artima iuxta miletopolim recipit magestion:& plerosq; alios asiam bithymiamq; disterminans:ea appellata est cromia dein thessalis:dein maliāda & strimois hos homerus halisonas dixit:quādo pręcīgit urgens mare urbs fuit immensa athusa nomine:nunc sunt.xii.ciuitates.Inter quas cordiocorie quę niliopolis uocatur & in ora dasellos dein flumen gelbes & intus belgas oppidum quod germanopolis alio nomine boscete sicut Apamia quę nunc myrtea colophoniorum flumen & antiquus troadis finis & mysię initium postea finis in quo flumen ascanium oppidum briaion amnis hylas & chios cum oppido eiusdem nominis:quod fuit emporium non procul accolentis phrygiae a milesiis quidem conditum in loco tamen qui ascanies phrygię uocabatur.Quapropter non alibi de ea aptius dicatur.Phrygia troadi subiecta populisq; a promontorio lecto ad flumen cęlum prędictis septentrionali suę parte galacię contermia meridiana lycaoię Pisidię migdonię.Ab oriente cappadociam attingit:oppida ibi cęleberrima prętera iam dicta Agyra andria cęlene colosse carina cotion cara iconium midium.Sunt auctores transisse ab Europa mesos & brigos & thymnos:a quibus appellantur mysi phrygii bythimi simul dicendum uidetur & de galacia quę supposita agros maiori ex parte phrygię ten&:caputq; quondam eius corodium qui partem eam insidere gallorum tholoscobagi & noturi & ambiati uocantur qui moenię & Paphlagoniae regionem trogum prętendit cappadocię a septētrione & solis ortu:cuius uberrimā parte occupauere tectosage & theutobodiaci gētes qdē hęc populi uero ac thetrachiae

omnes numero.lxxxxv.oppida tectosa gaumacyra traginou taurū themostobitiou pissimius:preter hos celebres Athalenses alasenses comenses didienses bycronenses listrene neapolitani cādenses seleucēses sebasteni thimonachenses thebaseni.Attigit galacia & pamphilie carbaliā & milyas qui cōtra barim sunt & Cyllanicū & oronticū pisidie tractum.Item lycaonie partem obizenem flumia sunt in ea preter iam dicta sangiarium & gallus a quo nomen traxere matris deou sacerdotes.Nunc reliqua in ora a chio intus in bithynia prusa ab hannibale sub olympo condita:dein nicea.xxv. p.interueniente ascanio lacu.Dein nices in ultimo ascanio sinu:que prius oliuia & prusias:Item altera sub hippio monte fuere pithopolis parthenopolis cariphanta. Sunt in ora amnes exius briazon platanesus areus Isiros gendos qui & chrisoroas promontorium in quo megarice oppidum fuit. Inde craspedices sinus uocabatur. quoiam id oppidum:uelut in lascinia erat fuit & astacum.Vnde & ex eo astacenus idem sinus fuit:& libyssa oppidum:ubi nunc & hannibalis tantum tumulus etiam in intimo sinu.Nicomedia bythinie preclara leucatas promontorium:quo includit astacenus sinus.a Nicomedia.xlii.d.p.Rursusq; coniunctis terris āgustie pertinētes usq; ad bosforum thracium.In his galeadon libera a Nicomedia.lxii.d.p.,pceraftis antedicta:deide colopofa:postea greçorum oppidum:quod locum eligere nesciissent septenis stadiis distante bizantio tanto feliciore omnibus modis sede.Cēterum itus in bythinia colonia apamena agripenses Iuliopolite bythinon flumē assyriū laphias pharnucas alces serinis libens scophias byeros qui bithiniam & gallaciā disterminat ultra calcedona.dein crisopolis fuit:dein nicopolis a quo nomen etiam nunc sinus retiet:in quo portus azimi:dein nauloctum promōtorium estie templū neptunni bosforus.d.passuum interuallo.Asia in Europa:& iterum aufferens abest a calcedōe xii.d.p.Indē fauces primē.viii.m.decl.m.p.ubi spiropolis oppidū fuit.Tenent orā omnem tini interiora bythini sic Asie finis est:populorūq;.cclxxxii.qui ad eui locū a fine lycie numerantur.Spacium bellesponti & propontidis abest ab horum tractu clxxxviii.m.p.diximus a calcedone syngidium Isidorus.cccxii.m.d.passus insulę ī propontide ante cizicum elaphonenensus.Vnde Cizicenum marmor:eadē neuris et proconēsus dicta.Sequūt ophius acantus phebe copelos porphirione balone cū oppido delphacie polydora artearcon cū oppido est & cōtra nicomediā demonesos Item ultra heracleam aduersa bythinie & thimas:quam barbari bythiniam uocant. est & Anthiochia & contra fauces rindaci herbicos.xviii.m.p.circuitus est & elea & duę rhodiase herebinthos megale calchitis pitiodes.

PONTVS EVXINVS ANTEA AB INhospitali feritate axenus:appellatus est peculiari inuidia naturae sine ulla fine indulgentis auiditati maris:& ipse inter Europam Asiamq; diffunditur.Nō fuerat satis oceano ambisse terras & partem eau aucta immaitate abstulisse non irrupisse fractisq; montibus:calpeq; africae euulsa, multo maiora absorbuisse q̄ reliquerit spacia:non per bellespontum propontida ifudisse.Item terris deuoratis a bosporo quoq; in aliam uastitatē pandit nulla sacietate donec spaciāti lacus a meoti rapinam suā iungat inuitis hoc accidisse terris. Iudicio sunt tot angustie atque tam parua natūre repugnantis interualla ad bellespōtum.decexxv.p.ad bosphoros duos uel bubus meabili transitu.Vnde nomen ambobus:etiam tanquā in dissociatione germanitas concors.Alitum quippe cantus canumque latratus inuicem audiuntur.

uocis etiam humane commertia inter duos orbes manente colloquio: nisi cũ id ipsũ auferunt uenti. Mẽsuram ponti a bosphoro ad mẹotium lacum: quidam fecere. xiiii xxxviii. m. d. p. Eratosthenes. c. minorem. Agrippa a calcidone ad phasim. x. Inde bosphorum cimmericum. cccl x. Nos interualla generatim ponimus cõperta in nrõ ẹuo: quando etiam in ipso ore cimmerio pugnatum est. Ergo in faucibus bosphori est amnis rhebas: quem aliqui rhesum dixerunt: dein siris portus calpas: sangaris fluuius ex inditis oritur. In phrygia accipit uastos amnes. inter quos tembrogium et gallum & idem sagiarius a plerisq; dictus coralius: a quo incipiunt mariandini sinus oppidumq; heraclea lyco flumini appositum. Abest a ponti ore mille passus ducentis portus acone ueneno aconito dirus: specus acherusia flumina peclopides gallicorum sonantes oppidum chium & heraclea. xxxviii. m. p. fluuius bilis.

VLtra flumen bilim gens est paphlagonia: quam pylẹmoniam aliqui dixerunt inclusam a tergo galacia oppidum mastia milesiorum. Dein cormia quo loco enetos adiicit Nepos Cornelius: a quibus in italia ortos cognomie eorum uenetos credere putat. Sesamon oppidum quod nunc amastris: mons cytorus a chio. lxiii. m. passus oppida chimolis sthebam amnis parthenius promõtoriũ cherambis uasto excursu. abest a ponti hostio. cccxxv. p. & ut aliis placuit. ccc l. m. tantundem a cimmerio: aut ut aliqui maluere. cccxii. m. d. fuit & oppidum eodem nomine: & aliud inde Armie nunc est colonia sinope Cyteorus aquitoro. clxiiii. flumen uarecum gens cappadocũ oppidum catizira lazelum amnis. Aliis a radicibus tauri per catabonia cappadociaq; decurrens oppida gange charusa amysum liberũ synope. cxxx. m. p. eiusdemq; nois sinus tanti recessus: ut asiam pene insulam faciat ducentorum. m. p. aut amplius per continentem ad Isicum cilicię sinum: quo in omni tractu proditur tres tantũ gẹres grẹcas iure dici doricam. Ioicam. ẹolicam: cẹteras barbaroꝝ esse. Amyso iũctum fuit oppidũ beufatoria a mitridate cõditũ uicto eo pỏpeiopolis utq; appellatũ est.

CAppadocia intus habet coloiam Claudii Cẹsaris archelaydem: quam perfluit halys: oppida comana: quod salius neocessariam: quod lycosamasiam: quod iris in regione hoc azacenat. In colopene uero sebastiam & sebastopoli hẹc parua: sed paria supradictis. Reliqua sui parte melicaias a semiramide cõdita haud procul euphrate diocesaream tiana castallia magnopolim zelam & sub monte artago mazacum: quẹ nunc Cẹsarea nominat cappadocię pars prẹtenta armeię maiori quẹ melitene uocat comageis cathaoia phrygię gassauritis argauna sanaca maneni galacię morimei. Vbi distermiatexas cappadox amnis: a quo nomẽ traxere ãtea leucosiri dicti: a neocẹsarea supradicta minore armenia lycus amnis distermiat: est & ceranus itus clarus. In ora aũt ab antyso oppidũ & flumẽ scaldisi a lycastum: a quo timiscerena regio Iris flumẽ deferens lycum. Ciuitas zeila intus nobilis clade triarii & uictoria Caesaris. In ora amnis termodon ortus a. ccc. stadiis: quod uocant pharmachiam prẹterquã radices amazoni montis lapsus fuit oppidum eodem nomine & alia quinque amazonius themyschira sotyra amasia Comara.

SVnt macium gentes cenarum chalybum: oppidum cotilorum: gentes tiuareni massini notis signantes corpora: gens macrocephali oppidum cẹsarus portus cordulẹ gentes bethires buxeri: flumen melas: gens macrones sydoni flumenque sydonum: quo alluitur oppidum palemonium ab amyso. cxx. m. p. Inde flumina lassonium melantium & ab amyso. lxxx. m. p. pharnacea oppidum tripolis castellũ et fluuius. Item phylocalia sine fluuio. Item liuiopolis & apharnacea. c. p. trapetus liberum uasto monte clausum: ultra quod gens armenos chalybes a maiore Armeia xxx. m. p. distans. In ora autem trapezunta flumen est pixites: ultra uero gens anioꝝ emocborum flumen absarum cum castello cognomine eodẽ in faucibus atrapezũtẹ

cxl.m.p.eius loci a tergo montium hyberia est. In ora uero emochiam prçuta eleaxi flumina acapseon Isnogrus.barbus gentes colchorum oppidum macium:flumen heracleum & promontorium eodem nomine:clarissimusque ponti phasis oritur in mõstbis nauigatur quamlibet magnis nauigiis.xxxviii.p.d.p.Inde mioribus lõgo spacio pontibus.ccxx.peruius.In ripis oppida habuit q̃ plura çeleberrima triãdrida tyndarida:ceum cygnũ & in faucibus phasim.maxime autẽ inclaruit ea.xv.p.a mari ubi hippos & ciaos uasti amnes e diuerso in eum confluunt.Nunc habet suriã tãtũ & ipsum ab amne influente ibi cognoiatum usq; quo magnaꝫ nauium capacem esse diximus & alios accipit fluuios magnitudine numeroq; mirabiles.inter quos glaucũ in ora eius insula sine nomine.Abest a saro.lxx.p.inde aliud flumen cariẽ gens salcie in ãtiqs ptiropbagi dicti & alias amni flumẽ chobũ e caucaso per suanos fluẽs dein rhoam regio gegriticoe amnes sigama thersos astelphus chrisoroas gens absile castellum sebastopolis a phalide.c.p.gens sangarum oppidũ Cygnus flumẽ oppidũ penius:dein multis nominibus heniocorum gentes.

SVbiicitur ponti regio çolica:in qua iuga caucasi ad riphços montes torquent ut dictum est altero latere in euxinum & mçotiũ deuexa altero ĩ caspium & hyrcanũ mare.Reliqua littora fere nationes tenẽt menãdeni coraxi urbe colchoꝝ dioscariade iuxta fluuium antemunta nunc deserta.quondam adeo clara:ut Timosthenes in eã ccc.nationes quç dissimilibus linguis uterent descẽdere prodiderit:& postea a nrís cxxx.interpretibus negocia ibi gesta:qui cõditam eam ab amphito & telchio castoris atq; pollucis aurigis putant:a quibus ortam eniochorũ gentẽ fere cõstat a dioscoride oppido heracleas distat a sebastopoli.lxx.passus anchemardi cerceta post eos sceri cephalotomi in intimo eo tractu phytis oppidum opulentissimum ab hemocis direptum est.a tergo eius epageritç sarmatharum populus in Caucasi iugis postque sauromathç ad hos confugerat mitridates Claudio principe:narrauitq; thalasis esse confines qui ab oriente Caspii maris fauces attingere siccariç estu recedente. In ora autem iuxta certetas flumẽ carusa cesum oppidũ biero & flumĩe ab heracleo.cxxxvi. Inde pmõtoriũ crunea quod supeiliũ arduũ tenẽt ortç ciuitas sindica ab biero.lxvii. p.d.flumen secberies.

INde ad bosphori cimmerici introitum.lxxxviii.d.sed ipsius peninsulç inter pontium & mçotium lacum excurrentis non amplior.lxvii.p.d.longitudo est latitudo nusq̃ infra duo iugera eonem uocant ora ipsius bosphori utrinq; ex asia atq; Europa curuantur in mçotim oppida in aditum bosphori primo hermonosa:dein çepe milesiorum monstra coelia & phanagoria ac pene desertum ac primos ultioq; in hostio cimmerium:quod antea cimmerion Vocabatur.

INde mçotis lacus in Europa dictus a cimmerio accolunt maeotici alisernis seneis & cisignis psida in tanaim amnem gemino ore influentem incolunt sarmatç medorum ut ferunt soboles.& ipsi in multa genera diuisi primo sauromatae cinea gratumeiç.Vnde amazonũ connubia:dein nena zeicoite cizicrini esenai cothobaci ceterezige tindarici sagete thirce usq; ad solitudines saxosis conuallibus asperas ultra quas arempbei qui ad riphços pertinent montes:tanaim ipsum scythç sinum uocãt mçotim temerundam:quo significant matrem maris.oppidum in tanais quoque hostio fuit:tenuere finitia primo cares.dein elazomeni & meoni postea põticapẽses sunt:qui circa mçotim ad ceraunios montes has tradũt gentes a littore napras supra quç esse donas colchis iunctos montium cacumibus.dein camacas oranos auctacas mazachas cantiochatas agamathas pycos rimolos acacomarcos & ad iuga Caucasi catalas imaducos ramos antlachias tnidios carastaseos antiandas lauguonem amnẽ ex montibus catheis:in quem defluit opharus:ibi gentes caucadas opharetas amnes

menotatum imitiē ex mōtibus cissis inter bogdeos carnasos cardeos accisos gabros gregarios circaq; fontē imici simitios & a prçarte osahi influxisse eos scytbas aucetas aterneos asampatos: ab bis tanaitas & napeos uiritim deletos. Aliqui flumē occariū labi per canticos & sapheos tradūt tanai uero transisse satarcaos bertideos spōdelicos simaetas anasos sisos catbecassitagoras caronos neripos agādeos meādareos satbarceos spaleos.

PEracta est iterior ora qui amnes accolęq; nūc reddatur ingēs in mediterraneos sinus: in quo multa aliter ac ueteres proditurum me non eo inficias. Anxia perquisita cura rebus nuper in eo situ gestis a Domitio Corbulone regibusq; inde missis suppliciibus: aut regum liberis obsidibus. Ordiemur autem a cappadocū gēte longissima hęc ponticarum omnium introrsus recedens miorem armeniā maioreq; et comagenem lęuo suo latere transit. Dextro uero omnes in Asia dictas gētes fluis superfusas populis: magnoq; impetu scandens ad ortum solis & tauri iuga transit lycaoniam pissidiam Cilitiam uadit super ātiochiq; tractum & usq; ad cyrestrica eius regionem parte sua: quę uocatur catabonia contendit. Itaq; ibi longitudo asiq. xii. l. p. efficit: latitudo. dcxl. m.

ARmenia autem maior incipit a pariedris montibus euphrate amne ut dictum est aufertur cappadociq: & qua discedit euphrates messopotamiq haud minus clara amne tygri utrunq; fundit ipsa & initium messopotamiq facit iter duos amnes situm terrę quę interest. Ibi tenēt arabes soroei sic finem usq; ad madiabenem pfert Ab ea transuersis iugis inclusa latitudinem in lęua pandit ad cyrum amnē trāsuersa araxem: longitudinem uero ad minorem usq; armeniam ab sato amne in pontum defluente: & pariedris montibus qui fundunt ad sarum discreta ab illa: quibus orit in eniochis mtibōus: quos alii corassicos uocauere: araxes eodē mōte: quo euphrates vii. m. p. interuallo auctusq; amne usi & ipse ut plures extimauere de cyro defert in caspiū mare oppida celebrantur in minore cęsarea zanicopolis. In maiore arsamote euphrati proximum tygri. n gratio certa. In excęlso autem tygrāocerta. At in campis iuxta araxem artaxata: uniuersię magnitudinem aufidius quinquagies centena milia prodidit Claudius cęsar logitudinem ab abscusa ad confinium caspii maris. xiii. m. p. latitudinem dimidium eius a tigranocerta ad hyberiam diuidit: quod certum est in pręfecturis quas strategias uocāt quasdā ex bis: uel singula regna quondā barbaris nominibus. cxx. claudunt eam ab oriente montes: sed nō stati ceraunī nec adyabene regio: quod itereſt spacii cepheni tenēt. Ab bis iuge ultra adiabeni tenēt: per cōualles autem proximi armeniq sunt menouardi moschenī ad dyabenem tygris & montes imunii cingunt: a lęua eius regio medorum est: & prospectus caspii maris ex oceano hoc ut in loco dicemus infunditur: totumq; caucasis montibus cingitur. Incolę per confinium armeniq nunc dicentur.

PLaniciem omnem a Cyro usq; albanorum gens tenet: mox hyberum discreta ab bis amne acazane in cyrum caucasis montibus defluente prçualent oppida albaniq cabalaca hybernię pharnasus iuxta flumen neoris regio thasię & triarę usque ad parthedoros montes: ultra sunt colchicę solitudines: quarū a latere ad ceraunios uerso armeno calybes habitant & moschorum tractus ad hyberum amnem in cyrū defluentem & infra eos sucasani & deinde macerones ad flumē asparcum: sic plana et deuexa obtinentur. Rursus ab albaniq confinio tota montiū fronte gentes siluaq; fere infra lupeinoq; mox diduri & sodi.

AB bis sunt portę caucasię magno errore a multis caspię dictę. Ingens naturae opus montibus interruptis repente ubi fores abditae ferratis trabibus subter medias amne diriedoris fluēte citraq; in rupe castello: quod uocat cumania cōmiuto ad arcendas transitu gentes innumeras: ubi loci terrarum orbe discluso ex aduerso maxime hermasti oppidi hyberū a portis caucasis per mōtes gurdinios uallī suaui

indomitę gentes: auri tamen metalla fodiunt. Ab his ad portum usq; enicoz pluria genera mox accorum. Ita se habet terrarum sinus e clarissimis aliqui inter pōtum & caspium mare. ccclxxv. m. p. non amplius interesse tradiderūt Cornelius nepos. ccl. m. tantis iterum angustiis infestatur asia. Claudius cęsar a cimmerico bosphoro ad caspium mare. cl. tradidit ea quę perfodere excogitasse nicanorem seleucum: quo in tempore a ptolemęo cerauno sit interfectus a portis caucasi ad pōtum. cc. m. p. esse constat fere.

INsulę in pōto planitęq; siue cyaneę siue symphlegades: deide apolloia timinias dicta: ut distigueretur ab ea: quę est in Europa. Distat a contiente. p. m. cingit tribus: & contra pharnaceam caceritbis: quam greci ariam dixerunt: sacramq; marti et in ea uolucres cum aduenis pugnasse pennarum ictu.

NVnc omnibus quę sunt asię interiora dictis ripheos montes transcendat aius. dextroque littore oceani incedat tribus hic partibus caeli alluens asiam scyticus a septentrione. ab oriente Eous a meridie indicus uocatur uarieq; per sinus & accolas in complura nomina diuiditur. Verum asię quoq; magna portio apposita septētrioi iniuria syderis rigens uastas solitudines habet ab extremo aquilone ad initiū ortūs estiui scythę sunt extra eos ultraq; aquilois initia hyperboreos aliq posuere pluribus i Europa dictos primum. Inde noscit promotoriū celticosllycarnus fluuius carābicis ubi laxata cum syderum ui ripheorum montium deficiunt iuga. Ibiq; arempheos quosdam accepimus: haud dissimilem hyperboreis gentem. Sedes sunt illis nemora alimenta bacę capillus iuxta foeminis uirisque improbo existimatur ritu clementes Itaq; sacros haberi narrant: inuiolatosq; esse etiam feris accolarum populis: nec ipsos modo: sed illos quoq; qui ad eos profugiūt: ultra eos plane iam scythę cimerii cisiāti georgi & amazonum gens: hęc usq; ad caspium & hyrcanum mare. Nanq; id erūpit e scythico oceano in diuersa asię plurimis nomibus accolarū appellatū celeberrimus duobus caspio & hyrcano non minus hoc esse q̄ pontum euxinum clytarchus putat Eratosthenes ponit & mensuram ab ortu & meridie per cadusię & albanię oram. v. mille. cccc. stadia: inde paratiacos babarbos hyrsanos ad hostium zoni fluminis. iiii m. d. cccc. p. ab eo ad hostium laxatisum mille. cccc. quę summa efficit. xv. m. lxxv. p Artbemidorus hinc detrahit. xxv. p. agrippa caspium mare gentesq; quę circa sunt et cum his armeniam determinatas ab oriente oceano seuco: & ab occidente caucasi iugis: a meridie tauri a septentrione oceano scythico latere qua cognitum est. ccccxc. m. in longitudinem: in latitudinem. ccxc. m. prodidit. Non desunt uero qui eius maris uniuersum circuitum a freto. xxv. p. tradunt. Irrumpit autem arctis faucibus et in longitudie spaciosis: atq; ubi cepit in latitudie pandi lunatis obliquat cornibus uelut ad męotium lacum ab ore discedēs silicis. Vt auctor est. M. Varro similitudie primus sinus appellatur scythicus. Vtrinq; enim accolunt scythę & per āgustias iter se cōmeāt. hic nomades & sauromathę multis noibus: illinc abezenon paucioribus ab introitu dextro mucronem ipsum faucium tenentium: dein scytharum populis dein per oram albani: ut ferūt a Iasone creati. ante quos mare quod est albanū noiat hęc gens superfusa montibus caucasis ad cyrum amnem armenię confinium atque hyberię descēdēs: ut dictū ē sup maritia eius udiorūq; gentē sarmatę utidorsi aroteres prętenduntur: quorum a tergo indicatę iam amazones & sauromatides flumia per albaniam decurrūt in mare casos & albanos. dein cābises in caucasis ortus mōtibus mox cyrus in coraticis: oram omnem a caso praelatis rupibus accessum gargie per. cccexxv. p. auctor est. Agrippa a cyro caspium mare uocari incipit: accolunt caspii. Corrigendus est error in hoc loco multorum etiam: qui in armenia res proxie cum Corbulone gessere. Nanq; hi caspasias appellauere portas hyberiae: quas caucasias diximus uocari situsq; depicti & inde missi hoc nomen inscriptū habent: & neronis

principis comminatio ad caspias portas tendere dicebatur: cum peter & illas que per byberiam in sarmatas tendunt. Vix ullo propter oppositos montes aditu ad caspiũ mare. Sunt autem alię caspiis gentibus iunctae: quod dignosci non potest. nisi in in comitatu rerum Alexandri magni. Nanq; persarum regna. quę nunc partborum intelligimus inter duo maria perficum & hyrcanicũ caucasis iugis attollunt. Vtriq; per deuexa latera armenię maiori a frontis pte: quę uergit in comagenem cepheniae ut diximus copulatur et a diabeni ad syriorum initium: cuius pars est arbilitis: ubi Darium Alexander debellauit proxima syrię. Totam eam macedones migdoniam appellauerunt a similitudine: oppida alexandria. Item antiochia quã nisibin uocant. Abest ab artaxata. decl. m. p. fuit & nimis imposita tygri ad solis occasum spectans quondam clarissima. Reliqua uero fronte: qua tendit ad caspium mare atrapatene ab artemia otene regione discreta araxe oppidum eius gazea: ab artaxata. cccl. m. passus totidem ab ecbatanis medorum quorum pars sunt atrapeni.

Ecbatha caput medie est Seleucus rex condidit a seleucia magna. dccl. m. p. a portis uero caspiis. xx. m. Reliqua medorum oppida fiscazaga apaia regione cognoiatę Causa portarum nominis eademq; supra interruptis angusto trãsitu iugis ita ut uix singula meent palustra a longitudine. viii. m. p. toto opere manufacto dextra lęuaq; ambustis similes impendent scopuli sitiente tractu per. xxxviii. m. passus angustias impendit deriuatus salis e cautibus liquor atque eadem emissus. Pręterea serpętium multitudo nisi hyeme transitum non sinit.

Diabenis connectuntur carduci quondam dicti: nũc cordueni profluẽte tygri hyspratice paredonti appellati: qui tenent caspias portas his a latere altero occurrunt Altero deserta parthię & citeni iuga mox eiusdem parthię amoenissimus situs qui uocatur coara: duę urbes ibi parthorum oppositę quondam medis cauliope & alia in rumpeis satis quondam ipsius parthię caput becatompilos: abest a portis. cxxxiii. m. p. ita parthorum quoq; regna foribus discluduntur. Egressos excipit protinus ges caspia ad littora usq; qua nomen portis & mari dedit lęua mõtuosa ab ea gente retro ad cyrum amnem producuntur. cxx. m. p. Ab eo amne si subeatur ad portas. dcc. m. hunc enim cardinem Alexandri magni itinera fecere. Ab his ad indiae principium stadia. xv. m. dclxxx. m. pręstendunt ab ęthera oppido: quod appellant zariasta. iii. m. dcc. passus. Inde ad Iraxassem amnem quinque milia.

A Caspus ad orientẽ uersus regio est a pauortene dicta: & in ea fertilitatis inclytę locus claxerum mons: gentes papyri cinaarie cistaurici hyrcani a quorum littoribus idem mare hyrcanium uocari incipit a flumine syderi citra id amnes maziris straor omnia ex caucaso. Sequitur regio marciana apricitatis iclytę sola in eo tractu uitifera undiq; inclusa montibus amoenis ambitu stadiorum mille quingẽtorum difficilis aditu propter barenosas solitudines per. cxx. m. p & ipsa contra parthię tractũ sita in qua Alexander alexandriam condiderat: qua diruta a barbaris Antiochus Seleuci filius eodem loco restituit seleuciam. Nam interfluente Amargo qui corriuatur in zotalocis maluerat illam antiochiam appellari. Vrbis amplitudo circuit. lxx. stadiis In hac orodes Rõanos classiãa clade captos deduxit. Ab huius excęlsis p iuga caucasi protenditur ad bactros usq; gens mardorum fera sui iuris. Ab eo tractu gentes oceaí comori berorige barma tortopice marcomani marsi areni. Radruani. fluia mandrũ chridinum: ultraq; corasini gandari arassini nasecreani arsilogi: quos greci cadusios appellauere. matiani: oppidũ heraclea ab Alexandro conditũ: quod deide subuersũ ac restitutum Antiochus achada appellauit. In lacu cayro franate. cxii. dribices: quorum medios fines secat oxus amnis ortus in dicto lacu: tagomoci batheni sarapare bactri

quorum oppidum zariaſtres: quod poſtea bactrum a flumine appellatum eſt gens hęc obtinet aduerſa montis parapanaſi & aduerſos fontes indi. Includitur flumine ocho: ultra ſogdiam oppidum panda: & in ultis eoꝝ finibus alexãdria ab Alexandro magno conditum oppidum. Arae ibi ſunt ab Hercule & a libero patre ibi cõſtitutę. Item cyro & Semiramide atq; alexandro finis omnium eorum ductus ab illa parte terrarũ includente flumíe laxate: quod ſcythę ſcythim appellãt. Alexander militeſq; eius tanaim putauerunt eſſe. Tranſgreditur eum amnẽ demonas. Seleuci & antiochi regum dux: quem maxime ſequimur in his araſq; apollinis didimeo ſtatuit.

VLtra ſunt ſcytharum populi perſę illos ſagas uniuerſos appellauere a proxima gente antiqua aramios: ſcythę ipſi perſas icorſaros & caucaſum montem graucaſum hoc eſt niue candidum multitudo populorũ innumera & quę cum parthis ex ęquo degit. Celeberrimi eorũ ſacemas ſategede beſedones aſteterini niciperſti tomodeti biſtiedones came camace beucate chotieriantes tampſace arini aſpianta catidiaſi otaci Ibi napei interiſſe dicũtur a pellęis: nobilia apud eos fluia mandrageũ & caſpaſum nec in alia parte maiorem auctorum inconſtantiã credo propter innumeras uagaſq; gentes: hauſtũ ipſius maris dulcẽ eſſe: & Alexander magnus prodidit &. M. Varro talem perlatã Pompeio res iuxta gerenti mitridatico bello magnitudine haud dubia influentium fluminũ uicto ſale: adiicit. Idem Pompeii edicto exploratũ in bactros vii. diebus ex India peruenirí ad Iachrum flumen: quod moxum influat: & ex eo p caſpium in cyrum ſubuectos & unum pluris dierum terreno itinere ad phaſim in pontum indicaſſe poſſe deuehi merces. Inſulae in toto eo mari multae uulgata una maxime tazata a caſpio mari ſcythicoq; oceano in eum curſus inflectitur ad orientẽ conuerſa littorum fronte. Inhabitabilis eius prima pars a ſcythico promontorio ob niues proxima inculta ſęuitia gentium. Anchropophagi ſcythae inſident humanis corporibus ueſcentes. Ideoq; iuxta uaſtę ſolitudies feraꝝq; multitudo haud diſſimilẽ hominum immanitatem obſidens: iterum deinde ſcythę iterumq; deſerta cũ beluis uſq; ad iugũ incubans mari quod uocant tabim. Nec ante dimidiã ferme lõgitudinẽ orę eius quę ſpectant ad ſtidon orientem inhabitatur illa regio: primi ſunt hominũ qui uocantur oſſeres: latine ſiluarum nobiles perfuſam aquam depectentes frondiũ caniciem. Vnde geminus foeminis noſtris labos redordiendi fila: rurſuſq; texendi tam multiplici opere tam longinquo orbe petitur: ut in publico matrona trãſluceat Seres mites quidem ſed & ipſis perſimiles. Cętum reliquorum mortalium fugiunt eum commercia expetant: primum eorum noſcitur flumen pſitaras proximũ cũbra Tertium lanos: a quo promontorium criſe ſinus cyrnaba flumẽ atianos ſinus & gẽs hominum atacorũ apricis ab omni noxio afflatu ſecluſa collibus: eadẽ qua hyperborei degũt tẽpie: de his priuati cõdidit uolumẽ hamometus: ſicut hecataeus de hyperboreis Abathocaris gentes tuni & focari etiã indoꝝ caſiri itrorſus ad ſcythas uerſi humanis corporibus ueſcuntur. Nomades quoq; indię uagantur hic qui ab aquilone cõiungi ipſis ciconas dixere & briſaros: ſed ũde plane conſtẽt gentes hemodi mõtes aſſurgũt Indoꝝq; gens incipit non eo tantum mari adiacẽs: uerũ & a meridiano: quod ídicũ appellauimus: quę pars orientis aduerſa recto protẽditur ſpacio ad flexum & initio indici maris. xviii. m. lxxv. m. p. colligit. Deinde qua flectitur in meridiem. xxiiii. m lxxv. m. p. ut Eratoſthenes tradit uſq; ad Indũ amnen: qui eſt ab occidente finis ídię Complures autem totam ipſius longitudinem. xl. dierũ noctium q; uehfico nauiũ curſu determinauere: & a ſeptentrione ad meridiem. xxviii. l. p. Agrippa lõgitudinis xxxiii. latitudinis. xiii. prodidit. Poſſidonius ab eſtiuo ſolis ortu & ad hybernium exortum metatus eſt eã aduerſam gallię ſtatuẽs quã ab occidẽte eſtiuo ad occidẽtem hybernum metabatur totam a fauonio. Itaq; aduerſo eius uenti afflatu iuuari Indiã ſalubremq; fieri haud dubia ratione docuit: alia illius cęli facies: alii ſyderum ortus

binę estates in anno binę messes: media inter illas hyeme etesiarum flatu. Nrã uero bruma leues ibi aure mare nauigabile gentes & urbes innumerabiles: si quis omnes persequi uelit. Etenim patefacta est non modo Alexandri magni armis regumque qui successere: & circumuectis in hyrcanum mare & caspium Seleuco & Antiocho prefectoq; classis eorum patrocle. Verum & aliis auctoribus grecis qui cum regibus idicis morati sunt: sicut megasthenes & dionysius a philadelpho missus ex ea causa uires quoq; gētiũ prodidere. Non tamē est diligētię locus adeo diuersa & ieredibilia traduntur. Alexandri magni comites in eo tractu indię: quē bi subegerant scripserũt v. oppidorum fuisse nullum colligi minus gentium. viii. m. Indiamq; tertiã partem esse terraꝝ omniũ multitudinem populoꝝ innumerã probabili sane ratione. Indi eni gentiũ prope soli nũq̃ migrauere finibus suis: colligunt a libero prē ad Alexãdꝝ magnum reges eorum. clii. annis. vi. ccccii. adiiciunt & menses tres. amnium mira uastitas proditur Alexandrum magnum nullo die minus stadia sexcenta nauigasse Indo nec potuisse ante menses. v. enauigare adiectis paucis diebus: & tamē miorem gange esse constat. Seneca etiam apud nos tentata Indię commentatione. lxx. amnes eius prodidit gentes duo de. xx. centumq; par labor sit montes ennumerare. Iũgunt inter se himaus hemodus paropanissus caucasus .p. .ã. .R. .a qbus tota decurrit in planiciem immensam: & egypto similem. Verũ ut terrena demostratio itelligat Alexandri magni uestigiis insistamus diognetus & betomus itinerũ eius mēsores scripsere a portis caspiis hecatonphilon parthorum quot milia diximus esse. p. Inde alexandriam quam urbem idem rex condidit. d. lxxv. a prophicasi andragaꝝ. cxcviii m. caracostiorum oppidum. dlxv. hortospanum. clxxv. Inde alexandri oppidum. l. in quibusdam exemplaribus diuersi numeri reperiuntur: hanc urbem sub ipso caucaso esse positam: ab ea ad flumen copheta & oppidum indoꝝ peucodaum. ccxxvii. Inde ad flumen indum & oppidum taxilli. lx. ad hydaspem fluuiũ clarũ. cxx. ad hypasim non ignobiliorem. xxviii. ccclxxx. qui fuit Alexandri itinerum terminus exupato tamen amne arisq; in aduersa ripa dicatis: epistolę quoq; ipsius regis consentiũt his. Reliqua inde seleuco nicanori peragrata sunt ad syderum. clxviii. Iomanem amnẽ tãtundẽ exēplaria aliq̃ adiciũt. v. m. p. Inde ad gangẽ. cxii. ad rodasam. clxviii. m. alii cccxxv. In hoc spacio produnt ad calimpaza oppidum. clxvii. d. alii. cclxv. Inde ad confluentem ioannis amnis & gangis. dcxxv. pleriq; adiiciunt. xiii. d. oppidumque palymbotra. cccxxv. ad hostium gangis. dccxxxvii. d. gentes quas memorare non a montibus hemodis: quorum promontorium himaus uocatur incolarum lingua muscosum significante: isauricos iruci & per iuga critotophagi. multarumq; gentiũ cognomen bragmane: quorum macocaligne flumina primas & casmas quod in gāge influit ambo nauigabilia: gentes caligmae mari proximae & supra mandei mulli quorum mons mallus finis qui tractus est ganges.

Ganges hunc alii incertis fontibus ut nilum rigantemq; uicina eodem modo alii in scythicis montibus nasci dixerũt. Influere in eũ. xxx. amnes ex his nauigabiles prēter iam dictos ebrenacam ramnum bouam casuagã sonũ: alii cũ magno fragore ipsius statim fontis erumpere: deiectumq; per scopulos & abrupta ubi primũ moles planicies contingat in quodam lacu hospitari. Inde lenem fluere ubi minimum. viii m. passus: latitudine ubi modicum stadiorum centum altitudie nusq̃ miore. p. xx.

INdię nouissime gentes gandaligum calingarum regio parthalis uocat. Regi. lx. m. peditum equites mille elephanti. dcc. in procinctu bellorum excubant. Nanq; uita mitioribus populis indorum multipartita degitur tellurem exercent militiam alii capessunt: merces alii suas euehunt: externas inuehunt resp. optimi ditissimique temperant. Iudicia reddunt: regibus assident. Quintum genus celebratę illic & ,ppe

in religionem uersę sapientię deditum: uoluntaria semper morte uitã accenso prius rogo finit. Vnum super hęc est semiferum ac plenũ laboris imensi a quo supradicta continentur. Venandi elephantos domãdiq; his arant inuehũtq; hęc maxie nouere pecuaria: his militant: dimicantq; pro finibus. Delectum in belua uires & ętas atque magnitudo faciunt. Insula in gange est magnę amplitudinis: gentem cõtinẽs unam modrogalingam nomine. Vltra siti sunt modubae melinde uberae cum oppido eiusdẽ nois magifico: modresi peticalces assuri fassule tholebrore micole abalicalute Rex horum peditum. l. m. equitum. iii. m. elephãtos. cccc. in armis hab&. Validior deinde gens andare plurimis uicis. xxx. oppidisq; muris turribusq; muniunt. Regi prębet peditum. c. m. equitum. ii. m. elephantos mille fertilissimi sunt auri daredes et eboris & argenti: sed omnium in India prope non modo in hoc tractu potentiam claritatemq; antecedunt farsi amplissima urbe ditissimaq; palibothra. Vnde quidam ipsam gentem palibothros uocant: imo uero tractum uniuersum a gange. Regi eorũ peditum. dc. m. equitum. xxx. m. elephantorum. viii. m. per omnes dies stipẽdiant. unde conectatio ingens opum est. Ab his interiore situ nomades & suari: quorum mons maleus: in quo umbrę ad septentrionem cadunt byeme: estate in austrum per senos menses septẽtriones eo tractu semel anno apparere nec nisi. xv. diebus Bethõ auctor est: hoc idem pluribus locis indię fieri megasthenes: austrinumpolum. Indi dramasa uocãt. Amnes Iomanes per gangem per palibothros decurrit. Inter oppida mecora & carisobora: a gange uersa ad meridiem plaga tinguntur sole: populi iam quidem infecti: nondum ęthiopum modo exusti: quantũ ad Indum accedũt tantũ colore praeferunt. Indus statim apresiorum gente: quorum in montanis pigmaei traduntur. Arthemidorus inter duos amnes. xxi. interesse tradit.

INdus sinus ab icolis appellatus ĩ iugo caucasi mõtis: quod uocat paropaissus aduersus solis ortũ effusus & ipse. Vnde. xx. recipit amnes: sed clarissimos hydaspẽ quattuor alios afferentẽ cãtabam tres per se uero nauigabiles acesynum & hinsepm: quadam tantum aquarũ modestia nusq̃ latior. l. stadus aut altior. xv. p. amplissiam insulam efficiens: quę presiane nominatur: & aliam minorẽ quę patale ipse per. xii. m. el. m. p. paucissimis auctoribus nauigatur: & quodam solis comitatu in occasum uersus oceano infunditur mensuram ore ad eum ponam. ut inuenio generatim: q̃q̃ nullę inter se congruant ab hostio gangis ad promontorium galingon & oppidum dandagula. dc. xxv. p. ad tropina. xii. m. xxv. m. Ad perimule promontorium ubi est celeberrimum indię emporium. dccl. m. p. Ad oppidum in isulã quã supradiximus patalam. dc. m. xx. m. p. gentes montanę inter eam & iomanem cesice triboni silurẽs Deinde megale: quorum regi. d. m. elephanti peditum & equitũ numerus incertus chrisei parasange tringriferas statentes armant peditum. xxx. m. elephantorum. ccc. equites. dcccc. m. bos indos includit montium corona circundatos & solitudinibus dc. m. xxv. m. infra solitudines clari sure. Itezq; solitudines per. clxxxv. m. p. plerunq; barenis ãbientibus haud alio modo q̃ insulas mari. Infra deserta hęc malte coresinge maroercoz gemoz. Iam hi montũ qui perpetuo tractu ad oram oceani pertinent incolę liberi & regũ expertes multis urbibus montanos obtinent colles nareę: deide quos claudit mõs ãplissimus idicoz capitalia huius icolę alio latere late auri & argẽti metalla fodiunt. Ab his oratę quoz regi elephanti quidẽ. x. sed amplae uires peditũ uaratarate: & hi sub rege elephantos nõ alũt fiducia equitũ peditũq; d. m. odõberores salabastrę & oratę urbe pulchra fossis palustribus muita per quas crocodili humani corporis auidissimi aditum: nisi ponte non dant. Et aliud apud illos laudat oppidũ automula impositũ littori. v. amniũ in unũ cõfluẽte concursu emporio nobili. Regi eorum elephanti mille. dc. m. peditũ. el. m. equitum. v. m. pauperior carmarum rex elephantos. lx. paruasq; reliquas uires hab&. Ab his panclea sola indorum regnata

foeminis unam herculi sexus eius genitam ferant: ob id gratiorem regnoq; donatam
prçcipue ab ea deducentes originē iperitant. ccc. m. oppidis peditū. cl. m. elephātis.
d. m. post hanc trecentarum urbiū seriem derage posinge butegogarei umbrç nereç
brangosi nobunde concende nesei palatrite salobri aseolonsete patala īsulā attigētes
Acirius extremo littore ad caspias portas. xviii. xxv. produntur. hinc deinde accolūt
Indum aduersus eos uidente demōstratione athebolinge galitalute dimurii megari
ordale mese abisuri silem mox deserta. M. ccl. m. quibus exuperatis organige aborte
brasirte & ab his solitudines prioribus pares dein phoropboges arbe marogo matre
britçq; quarum. xii. nationes singulisq; hinc urbes. Aseni trium urbiū incolç caput
eorum Bucephala. Alexandri regis equo cui fuerat hoc nomen ibi sepulto cōditum
montani super hos caucaso subiecti soseade sondre transgressisq; indum & cū eodē
currentibus sambrie sambracem bisambrite orasandi senitaxie cū urbe celebri. Iam
in plana dimisso tractu cui uniuerso nomen amande populi quattuor peucolitae
arsagalitae gerete assoi: etenim pleriq; ab occidente non indo amne determinant. sed
adiiciunt quattuor satrapias gedrosos arochotas arrios paropanisdas.

VLtimo fine cophete fluuio: quç omnia arriorū esse aliis placē: necnō & nysam
urbem pleriq; indiç ascribunt montemq; merum libero patri sacrum. Vnde origo
fabulç iouis foemine editum. Item aspaganos gentē uitis & lauri & buxi pomoq;
omnium in grçcia nascentium fertilē quç memorāda ac prope fabulosa de fertilitate
terrç & genere frugum aruorumq; ut ferarum uolucrum & aliorum aialiū tradūtur
quçq; suis locis in reliqua parte operis commendabuntur quattuor uero satrapiae:
mox paulo ad taprobanem insulam festinātē animo: sed ante sunt aliç patale: quam
significauimus in ipsis faucibus indi triquatra figura. ccxx. m. p. latitudine. Extra
hostium indi crynse & argyre fertiles metallis ut credo. Nam quod aliqui tradidere
aurum argentumq; his solum esse haud facile crediderim. Ab his. xx. m. p. latitudīe
crotabe atabea. xii. bibaga ostreis ac conchyliis referta: deinde coralyba. viii. m. passus
a supradicta: multçq; ignobiles.

TAprobanem alterum orbem terrarum diu esse existimatum est. Anthicthonū
appellatione: ut liquer & insulam esse Alexandri magni aetas resq; praestitere
Onesicritus classis eius prefectus elephantos ibi maiores bellicosioresq; q̄ in India
scripsit gigni. Megasthenes flumine diuidi incolasque palaeogonos appellari: auri
margaritarumq; grandium fertiliores q̄ indos. Eratosthenes & mensuram prodidit
longitudis. vii. m. stadiorū: latitudis. v. m. nec urbes esse: sed uicos septingentos.

INcipit ab eo mari iter ortum occasumq; solis indiç prętenta & quondā credita.
xx. m. dierum nauigatione a presiana gente distare: mox quia papyraceis nauibus
armamentisq; nili peteretur ad nostrarum nauium cursus. vii. dierū interuallo taxata
mare interest uadosum senis non amplius altitudinis passibus: sed certis canalibus
ita profundum: ut nullç ancorae sidant. Ob nauibus utriq; prorç per angustias aluei
circumagi sit necesse magnitudo alterna milia ad forum Sydeū in nauigando nulla
obseruatio: septentrio non cernitur. Sed uolucres secum uehunt emittentes sępius
meatumq; earum terras petentium comittantur: nec plus q̄ ternis mensibus anno
nauigant. Cauent a solsticio maxie. c. dies: tunc illo mari byberno hactenus a priscis
memorata nobis diligenter in noticiam Claudii principatu contigit etiam legatis
ex illa īsula aduectis. Id accidit hoc modo annii plocamii: qui maris rubri uectigalia
fisco redemerat libertus circa arabiam nauigans aquilonibus raptus prēter carmaniā
xv. die hypparos portum eius inuectus hospitali regis clementia sex mensiū tēpore
imbutus alloquio percunctanti postea narrauit. Romanos & cęsarem miū immodū
inauditos iusticia ille suspexit quod paris pondere denarii essent in captiua pecunia:

cum diuersae imagines indicarent a pluribus factos & hoc maxime sollicitatus ad amiciciã legatos: quattuor misit pricipe eoꝝ rachia. Ex his cognitũ. d. m. esse oppida: portum contra meridiem appositum oppido pallesimundo omnium ibi clarissimo ac regia. cc. plebis stagnum intus megisba. cccl xxv. m. p. ambitu. Insulas pabuli tãtũ fertiles complexum Ex eo duos amnes erumpere pallesimundum iuxta oppidum eiusdem nominis influentem in portum tribus alueis quinq; stadiorum arctissimo xv. amplissimo. Alterum ad septentriones indiamq; uersum cyndara noĩe proximũ esse indię promontorium: quod uocatur coliacum quatridui nauigatione medio in cursu solis insula incurrente mare in colore puiridi. Pręterea fructuosum arboribus iubas eorum gubernaculis deterrentibus septentriones uergiliasq; apud nos ueluti in nouo cęlo mirabantur. Ne lũam quidẽ apud ipsos: nisi ab. viii. in. xvi. supra terrã aspici fatentes canopum lucere noctibus. Sydus ingens & clarum: sed maxime mirabis erat contra umbras suas in nostrum caelum cadere: non in suum: solemq; a lęua oriri in dextrã occidere potius q̃ e diuerso. Idẽ narrauere latus ĩsulę quod prętẽderet indię. x. stadiorum esse ab oriente byberno ultra montes hemodos. Seras quoq; ab ipsis aspici noctes etiam commercio patrem rachię commeasse eo: aduenis ibi feras occursare: ipsos uero excedere hominum magnitudinẽ rutilis comis cęruleis oculis oris sono truci nulli commercio linguę. Cętera eadem quę nostri negociatores fluis ulteriore ripa merces positas iuxta uenalia tolli ab his si placeat pmutatio ab his nõ aliter odio iustiore luxuriae: q̃ si perducta mens illuc usq; cogitet quid & quo petat et quare. Sed ne taprobane quidem q̃uis extra orbem a natura relegata nostris uitiis caret: aurum argentumq; & ibi in precio marmor testudis simile margaritę gẽmęq; in honore multo prestantiores & totius luxurię nrẽ cumulus ipsoꝝ opes maiores eẽ dicebant: sed apud nos opulentię maiorem usum. Seruum nemini: non indie autẽ interdiu somnum: ędificia modice ab humo extantia: annonã nunq̃ augeri: non fora litesue esse eo coli herculem: eligi regem a populo senecta clementiaque liberos non habẽtem: & si postea gignat: abdicari ne fiat hereditariũ regnũ Rectores ei a populo xxx. dari: nec nisi plurium sententia: q̃q̃ capite damnari. Sic quoq; appellationem esse ad populũ. lxx. iudices dari: si liber & bi reum amplius. xxx. his nullã esse dignationẽ graiissimo probro regi cultum liberi patris. Cęteris arabum regem si quid deliquat morte mulctari: nullo interueniente: sed aduersantibus cunctis & commercia etiam sermonis negantibus festa ueneratione absumi gratissima cum ignibus elephãtisq; constare: agros diligenter coli. Vitis usum non esse: pomis abundare: esse in piscatu uoluptatem testudinum maxime: quarum superficie familias habitantium contegi tanta reperiri magnitudine. Vitam hominum. c. annis modicam. Hęc comperta de taprobane. iiii. satrapię: quas in hunc locum distulimus. Ita se habent.

APproximis Indo gentibus mõtana capi sene ãbit capisam urbẽ quã diruit Cyrus Aracosia cum oppido & flumine eiusdem nominis: quod quidam cyram dixere a semiramide conditum. Amnis berimadus prefluens paralestem: racosioꝝ proxius his a meridie ad partem arachotaꝝ faciunt dexendrosos: a septẽtrione paropanisidas Carcana oppidũ sub caucaso: quod postea teorogonis dictũ: hęc regio est ex aduerso bactrianorum. Deinde eius oppidum Alexandria a conditore dictũ: sindraci dãgale parapiane cantazes mazi Ad caucasum cadrusi oppidum ab Alexandro conditum Infra hęc omnia ora ab indo arriana regio ambusta feruoribus desertisq; circundat multa tamen interfusa opacitate cultores congregat circa duo maxime fluia Tholerõ et arosapen oppidum artaco. Anarius amnis qui prefluit Alexandriã ab Alexandro conditam. Pat & oppidum stadia. xxx. multoq; pulchrius sicut antiquius arcacabene Iterum ab Antiocho munitum stadia. l. m. Dein dorsigingus amnis pharracotis opradus protasa oppidum zerasparũ drange eriete zarange gerusi oppida peuculis

lymphorca mecoricũ deserta amnis manecina agu:rigens flumen bozim gens urbi flumen nauigabile pomannis pandorum finibus. Item cambirus suarorum hostio portuosus: oppidũ cõdigrama flumẽ cophesim fluunt in eum uauigabilia sed clarus parospus & sodinus.

unciaꝫ faciunt:longissimus dies est ęquinoctialium horaꝫ.xiiii.atq; dimidię cũ.xxxi. unius horę parte.Quarto subiacẽt circulo quę sunt ab altero latere imaui cappadociae austrina gallacia mysia sardis zimyrna sipilus tbinolus mons lydia caria Ionia trallis colophon ephesus miletos samos chios ycarium mare cycladum septentrio athenae megara corynthus scythion achaya patrae Isthmus epyrus septentrionalia Siciliae Narbonensis gallię exortiua hispanię maritia a carthagine noua & inde ad occasum Gnomoni.xxi.pedũ respondent umbrę.xiii.pedũ lõgissimus dies habet ęqnoctiales horas.xiiii.& tertias duas unius horę.Quinto continẽtur segmẽto ab introitu caspii maris bactri hyberia armenia mysia phrygia bellespõtus troas tenedos abidos scepsis ilium ida mons cizicum lampsacum sinope hamysum heraclea.In põto paphlagonia lemnus imbrus thasus cassandria thessalia macedonia larissa amphipolis thessalonice pella edesus beroea pharsalia caristy Euboea boetum chalcis delphi acarmania Iolia etholia apollonia brundusium Tarentũ turi locri regiũ lucaĩ neapolis puteoli tuscũ mare corsica baleares hispania media gnomonis.vii.pedes umbris.vi.magnitudo diei summa horaꝫ ęquinoctialiũ.xv.Sexta cõprehensio qua cõtinẽtur urbs Roma ãplectit̃ caspias gentes caucasum septẽtrionalia armenię apolloniã supra rhindacũ Nicoẽdiã Niceã calcedonẽ bizãciũ lysimacheã cheronessum malancũ sinũ abderã samothraciã maroniã enũ bessiã thraciã mediã peoniã illyrios durachiũ camisiũ apulię extia cãpaiã et hetruriã pisas lucã lunã genuã ligurią ãtipoli marsiliã narbonẽ theraconẽ hispaniã theraconensem mediam & inde per lusitaniam.Gnomoni pedes.viiii.umbrae.viii. longissima spacia horaꝫ ęquinoctialiũ.xv.addita.viii.parte unius horę:aut ut rigidio placuit quinta.Septima diuisio ab altera parte caspii maris ora incipit. Vadit super calatim bosphoꝫ boristhenẽ sthomos thracię aduersa triballos illyrici reliq̃ adriaticũ mare aquilegiam altinũ uenetiam rucetiam patauiũ ueronam cremonam rauennam anconã picenũ marsos pelignos sabinos ũbriã ariminũ bononiã placẽtiã mediolanũ omnia quę appennino transq; alpes galliam aquitaniã Viennam pyreneũ celtiberiã umbilico.xxxv.p.umbrę.xxxvi.ut tamen in parte uenecię exequitur umbrã gnomoi amplissima dies horaꝫ ęquinoctialiũ.xv.& quintaꝫ partiũ horaꝫ trium. Hactenus et antiquoꝫ exacta celebrauimus sequẽtiũ diligẽtissime quod superest terraꝫ tribus assignauere segmẽtis.A tanai per męotim lacũ & sarmathas usq; boristenẽ:atq; ità p dacos pardalos partẽq; germanię gallias oceani littora amplexi:quod ess& horaꝫ.xvi. Alteꝫ per hyperboreos & britãniam horaꝫ.xvii.postremũ scythicũ a ripbęis iugis in thylem in quo dies continui oriũtur ut diximus noctesque per uices. Idem & ante principia quę fecimus posuere circulos duos:primũ p se ĩsulã meroẽ & ptolemaidẽ in rubro mari ad elephantoꝫ uenatus conditam:ubi longissimus dies.xii.horaꝫ cẽt dimidia hora amplior secundum per sienem egypti euntẽ:qui esset horaꝫ.xiii.Idẽq; singuli singulis dimidia horarũ spacia usq; ad ultimũ adiucere circulis.Et hactenus de terris.

VNDVS ET IN EO TERRAE GENTES maria insignia ĩsulę urbes ad hunc modũ se habẽt. Aiantium in codẽ natura nullius prope partis contẽplatione mior est:& siquidem cum omnia exequi humanus nequeat animus principium iure tribuetur homini:cuius causa uidet̃ cũcta alia genuisse natura magna & sęua mercede contra tanta munera sua:ut non sit satis extimare parẽs melior homini:an tristior nouerca fuerit.Ante omnia unum animantiũ cunctoꝫ alienis uelat opibus.Cęteris uaria tegumenta tribuit testas cortices coria spinas uillos

ſetas pilos plumam pennam ſquamas uellera truncos etiã arbores quę cortice iterdũ gemino a frigoribus & a calore tutata eſt. hominem tantum nudum & in nuda hũo natali die abicit ad uagitus ſtatim & ploratum. nullũq; tot aialiũ aliud ad lachrymas et has protinus uitę principio. At hercule riſus pręcox illi & celerrimus ante. xl. diẽ nulli datur ab hoc lucis rudimento: quę ne feras quidem inter nos genitas uincula excipiunt & oĩm mẽbroꝝ nexus: idq; feliciter natũ iacet maibus pedibuſq; deuictus flens aial cęteris imperatuꝝ: & a ſupplicius uitam auſpicat̃ unã tantũ ob culpã: quia natum eſt. Heu dementiã ab his initiis exiſtimantiũ ad ſuperbiam ſe genitos: prima roboris ſpes primũq; temporis munus quadrupedi ſimilem facit. quando hominis inceſſus: quãdo uox: quãdo firmũ cibis os q̃diu uertex palpitans ſumme inter cũcta aĩalia imbecillitatis indiciũ. Iam morbi tot atq; medicinę tot contra mala excogitatę et hę quoq; ſubinde nouitatibus uitę: & cętera ſentire naturã ſuam: alia pernicitatem uſurpare: alia prepetes uolatus: alia nare. hominẽ nihil ſcire ſine doctrina: non ĩgredi non ueſci: non fari breuiterq; non aliud naturę ſponte q̃ flere. Itaq; multi extitere qui non naſci optimum cenſerent: aut q̃ociſſime aboleri. Vni aĩantium luctus eſt datus uni luxuria: & quidem innumerabilibus modis ac per ſingula mẽbra: uni ambitio. uni auaritia: uni immenſa cupido uiuendi: uni ſuperſtitio: uni ſepulturae cura: atq; etiã poſt ſe de futuro: nulli uita fragilior: nulli reꝝ omniũ libido maior: nulli pauor confuſior: nulli rabies acrior. Deniq; cętera animantia in ſuo genere probe degunt. Congregari uidemus & ſtare contra diſſimilia. leonum feritas inter ſe non dimicat. ſerpentiũ morſus non petit ſerpẽtes: nec maris quidẽ beluę ac piſces: niſi in aduerſa genera ſęuiunt. At hercule homini plura ex homine ſunt mala.

ET de uniuerſitate quidem generis humani magna ex parte in relatione gentiũ diximus. Neq; enim ritus moreſq; nunc tractamus. Innumeri ſunt: totidemq; pene quot ſunt cętus hominum. Quedam tamen haud omittenda duco maximeq; lõgius a mari degentium. In quibus prodigioſa aliqua & incredibilia multis uiſum iri haud dubito. Quis enim ęthiopas anteq̃ cerner & credidit? aut cui non miraculo eſt cum primũ in noticiã uenit: q̃ multa fieri non poſſe prius q̃ ſint facta iudicant̃. Naturę uero reꝝ uis aut maieſtas in omnibus mẽmẽtis fide car & ſi quis modo partes eius. ac non totam complectatur animo ne pauones ac tygrium pantheraꝝq; maculas & tot animalium picturas cõmemorem paruum dictu: ſed immẽſum extiatione. Tot gentium ſermones: tot linguę: tanta loquendi uarietas: ut externus alieno pene nõ ſit homis uice. Iam in facie uultuq; noſtro cum ſint. x. aut paulo plura mẽbra nullas duas in tot milibus hoĩm indiſcretas effigies exiſtere: q; ars nulla in paucis numero pręſt & affectando. Nec tamen ego in pleriſq; coꝝ obſtringam fidem meam modo. potiuſq; ad auctores relegabo: qui dubiis reddentur omnibus: modo ne ſit faſtidio grecos ſequi tanto maiore eorum diligentia uel cura uetuſtiore.

ESſe Scytharum genera & quidem plura quę corporibus humanis ueſcerentur indicauimus. Id ipſum incredibile fortaſſe ne cogitemus. In medio orbe terrarum ac ſicilia & italia fuiſſe gentes huius mõſtri cyclopas & leſtrygonas & tranſalpes nupie hominem ĩmolari gẽtium eaꝝ more ſolitum: quod paulo a mãdendo abeſt. Sed & iuxta eos qui ſunt ad ſeptentrionẽ uerſi haud procul ab ipſo aquilonis exortu ſpecuq; eius dicto: quem locum geſdyton appellant produntur: arimaſpi quos diximus uno oculo in fronte media iſignes: quibus aſſidue bellum eſſe cum griffis: circa metalla feraꝝ uolucri genere: quale uulgo traditur eruente ex cuniculis auꝝ mira cupiditate et feris cuſtodientibus & arimaſpis rapientibus multi: ſed maxie illuſtres Erodotus et Ariſteas Proconeſſius ſcribunt. Super alios auẽt antropophagos ſcythas in quadã conualle magna imai montis regio eſt quę uocat̃ abarimon. in qua ſilueſtres uiuunt

homines auersis post crura plantis eximię uelocitatis passim cum feris uagãtes: hos in alio non spirare cęlo: ideoq; ad finitios reges nõ pertrahi: neq; ad Alexãdꝝ magnũ pertractos. Beton itineꝝ eiusdem Alexandri mẽsor, prodidit priores anthropophagos quod ad septentrionẽ esse diximus. x. dierũ itinere supra boristhenem amnẽ ossibus humanorũ capitum bibere: dentibusq; cum capillo pro monilibus ante pectora uti. Isigonus niceensis. Idem in albaia gigni quosdam glauca oculoꝝ acie a puericia statim canos qui noctu plusq̃ iterdiu cernãt. Idẽ itiere dieꝝ. x. supra boristhenẽ. Sauroãthas tertia die cibum capere semper. Erates pergamenus in bellesponto circa parũ genus hominũ fuisse tradit: quos ophyogenes uocat serpentiũ ictus cõtactu leuare solitos et manu imposita uenena extrahere corpori. Varro etiam nũc esse paucos ibi: quoꝝ saliuę contra serpentium ictus medentur. Similis & in africa psilorum gens fuit: ut Agatharchides scribit a Psilo rege dicta: cuius sepulchrum in parte syrtium maiorũ est: hoꝝ corpori ingeritũ fuit uirus ex italię serpentibus: cuius odore sopirẽt eas. Mos uero liberos genitos protinus obuiciendi sęuissimis eaꝝ eoq; genere pudicitiã cõiugũ experiendi non profugientibus adulterino sanguine natos serpentibus: hęc gens ipã quidem prope internicione sublata est a nasamoibus qui nũc eas tenẽt sedes. Genus tamen hominum ex his qui profugerant: aut cum pugnatum est abfuerant. hodieq; remanẽ & in paucis. Simile & in italia marsoꝝ gẽs durat quos a circes filio ortos fert: et ideo inesse his uim naturalẽ eam: & tamen omnibus hominibus contra serpẽtes iest uenenum: feruntq; ictos saliuę: ut contactũ aquę feruẽtis cõfugere: quod si in fauces penetrauerit etiam mori. idq; maxime hũani ieiuni oris. Supra nasamonas cõfinesq; illis inachias ãdrogynas esse utriusq; naturę iter se uicibus cocũtes. Callipbanes tradit Aristoteles adicit dextram mammam his uirilẽ: lęuam muliebrẽ esse. In eadẽ africa familias quasdam efascinantium Isigonus & Nymphodorus tradũt: quaꝝ laudatiõe intereant probata: arescant arbores: emoriant infantes. Esse eiusdẽ generis in triballis illyriis adicit Isigonus qui usu quoq; efascinant interimantq; quos diutius iucant iratis pręcipue oculis: quod eorum malũ facilius sentire puberes. Notabilius esse q̃ pupillas binas in oculis singulis habeant: huius generis foeminas in scythia esse quę niuę uocant prodit Apolloides phylarchus & in ponto tibioꝝ genus multosq; alios eiusdẽ naturę quoꝝ notas tradit i oculo altero geminã pupillã: i altero eq effigie. cosdẽ prętera nõ posse mergi. nec uestę qdẽ degrauatos. haud dissimile his gẽus pharmacũ in ęthiopia prodidit Damon: quoꝝ sudor tabem contactis corporibus afferat: foeias quidem omnes usu ubiq; nocere quę duplices pupillas habeant. Cicero quoq; apud nos auctor est adeo naturę cum feraꝝ more uescendi humanis uisceribus in homine genuisse: gignere etiam in toto corpore: & in quoꝝdam oculis quoq; uenena placuit ne quid usq̃ mali esset quod in hoie non esset: haud procul urbe Roma in phalisciorum agro familię sunt paucę quę uocant hyrpię. quę sacrificio ãnuo. quod fit ad mõtem soracte apollini super ambustam ligni struem ambulantes non adurantur & ob id perpetuo senatusconsulto militię omnium q; aliorum oneꝝ uacationẽ habẽt. quoꝝdam corpore partes nascuntur ad aliqua mirabiles. sicut Pyrrho regi pollex in dextro pede cuius tactu lienosis medebat. Hũc cremari cum reliquo corpore nõ potuisse tradũt cõditumq; loculo in templo. pręcipue india ęthiopumque tractus miraculis scatent Maxima in India sunt aimalia indicio sunt canes. grãdiores cęteris. Arbores quidem tantę proceritatis tradũtur. ut sagittis superari nequeãt. hoc facit ubertas soli. tẽpies cęli aquarũ abũdãtia. si libeat credere. ut sub una ficu turmę cõdãtur equitũ. barũdies uero tãtę proceritatis. ut singula iterno dia alueo nauigabili ternos iterdũ boies ferãt multos ibi quia cubita lõgitudie cõstat excedere. Nõ expuere nõ capitis nõ dẽtiũ aut oculorum ullo dolore affici. raro aliaꝝ corporis partium tam moderato solis uapore durari. Philosophos eorũ quos gymnosophistas uocãt. ab exortu ad occasum pstare contuentes solem immobilibus oculis feruentibus barenis toto die alternis pedibus

insistere. In monte enim: cui nomen est milo homines esse aduersis plantis octenos digitos in singulis pedibus habētes auctor est Megasthenes. In multis aūt mōtibus genus hominum capitibus caninis ferarum pellibus uelari pro uoce latratum edere unguibus armatū uenatu & aucupio uesci: hoꝝ supra. cxx. fuisse traditur. Ethesias scribit in quadam gente indię foeias semel in uita parere: genitosq; confesti canescere. Item genus hoim qui monosebeli uocarentur singulis cruribus mire pernicitatis ad saltum: eosdēq; sciopedas uocari: quod in maiori estu humi iacentes resupini umbra se pedum protegant. Non longe eos a trogodytis abesse: rursusq; ab his occidentem uersus quosdam sine ceruice oculos in humeris habentes. Sunt & satyri subsolais in montibus indoꝝ: catarcludoꝝ dicit regio perniciissimū aial: tanq̄ quadrupedes tam recte currentes humana effigie propter uelocitatem: nisi senes aut ęgri non capiūtur. Coramandaꝝ gentem uocant taurum siluestrem sine uoce stridoris horrendi hirtis corporibus oculis glaucis dentibus caninis. Eudoxus in meridiais indię uiris plātas esse cubitales foeminis adeo paruas esse: ut strutopodes appellentur. Megasthenes gentem inter nomades & indos narium loco tantum foramia habētem: anguiū mō loripedem uocatam. Scythas ad extremos fines indię ab oriente circa fonte gangis astamoꝝ gētem sine ore corpore toto hirtā uestiri frōdiū lanugie: alitu tātum uiuētē et odore quem naribus trahant: nullum illis cibū: nullumq; potum: tātum radicum floꝝq; uarios odores: & siluestrium maloꝝ: quę secum portāt lōgiore itiere: ne desit olfactus grauiore paulo odore haud difficulter examinari. Super hos extrema in pte montiū sphitami pigmęiq; narrāt trinas spitamas lōgitudie: hoc est ternos dodrātes non excedētes salubri cęlo: sēperq; uernāte mōtibus ab aquilone oppositis: quos a gruibus infestari Homerus quoq; prodidit: fama est ifidētes arietum capraꝝq; dorsis armatos sagyttis ueris tempore uniuerso agmie ad mare descēdere & oua pullosque eaꝝ alitum cōsumere ternis expeditiōem eam cōficiēmēsibus aliter futuris gregibus non resisti. Calas coꝝ luto pēnisq; & ouoꝝ putaibus cōstrui. Aristoteles in cauernis uiuere pigmęos tradit. Cętera debis ut reliqui: cyrnos indoꝝ genus Isogonus tradit annis centeis quadrageis uiuere. Item ęthiopas macrobios etiam feras existimant: & qui athon mōtem incolūt: hos quidem quia uiperis carnibus alant. Itaq; nec capiti nec uestibus coꝝ noxia corpori inesse aialia. Onesicritus quibus in locis indię ūbrae non sint corpora hominum cubitorum quinū: & biarum palmaꝝ existere: & uiuere annos. cxxx. nec senescere: sed ut medio ęuo mori. Crates pgamenus idos qui cētos annos excedāt gymnestas appellat non pauci macrobios. Ethesias ex his gētem quę appellatur pandere in cōuallibus sitam annos ducenos uiuere: in iuuenta candido capillo qui in senectute nigrescat: e contra alios quadragenos non excedere annos iunctos macrobiis: quoꝝ foeminae semel pariant: idq; Agatharchides tradit: pręterea lo uistis eos ali & esse pernices mandoꝝ nomē his dādit Clytarchus et Megasthenes trecentosque eorum uicos annumerāt foeminas septimo ętatis anno parere: senectā quadragesimo anno accedere. Arthemidorus in Taprobane insula longissimam uitam sine ullo corporis langore traduci. Viros indorum quosdam cum feris coire: mixtosq; & semiferos esse partus. In colignis eiusdem indię gentes quiquēnes cōcipe foeminas octauū uitę annū non excedere: & alibi cauda uillosa boies nasci pnicitatis eximię: alios auribus totos contegi. Scythas ab indis arabis fluuius disterminat: hi nullum alium cibum nouere: q̄ piscium quos unguibus dissectos sole torreant atq; ita panem ex his faciunt: ut refert Clytarchus. Trogodytas super ęthiopiā uelociores esse equis Pergamenus Crates. Item aethiopas octona cubita longitudine excedere. Syrbotas uocari gentem eam nomadum ęthiopum secundum flumen astragum ad septentrionem uergentium gens menisminorum appellata. Abest ab oceano dierū itinere. xx. aialium quę cinocephalos uocamus lacte uiuit. Equarum armēta pascit maribus interemptis pręterq̄ sobolis causa. In africę solitudinibus hominum species

obuiq; ſubinde fiunt: momenteq; euaneſcunt. hęc atq; talia ex hoim genere ludibria ſibi: nobis miracula ingeiosa fecit natura. & ſingula quidem quę facit in dies & ꝓpe horas quis ennumerare ualeat? Ad detegendam eius poteſtatē ſatis ſit inter prodigia poſuiſſe gentes hinc ad confeſſa in homine pauca.

TErgeminos naſci certum eſt in oratiorum curiatiorumq; exemplo ſupra inter oſtenta adducitur prętérq̃ in ęgypto: ubi foetifer potu nilus amnis proxie ſupręmis annis Diui Auguſti fauſta quędam e plebe hoſtiq; duos mares & totidem foeminas enixa famem quę ſecuta eſt protēdit baud dubie reperit̃: & in peloponeſo bīos q̃ter enixa: maiorēq; partem ex omni eius uixiſſe partu: & in ęgypto ſeptenos utero ſimul gigni auctor eſt Trogus: gignūtur in utriuſq; ſexus: quos hermaphroditos uocāus olim androgynos uocatos & in prodigiis habitos: nunc uero in delicis Pompeius magnus in ornamentis theatri mirabiles fama poſuit effigies: ob id diligentius magnorum artificum ingeniis elaboratas. iter quas legit̃ eutbyche a. xx. liberis rogo illata. Traſillis enixa. xxx. partus. Alcipe elephātium q̃q̃ ad iter oſtenta eſt. Nanq; & ſerpentem peperit inter initia maſici belli ancilla. multiformes pluribus modis iter monſtra partus eduntur. Claudius cęſar ſcribit hippocentaurum in Theſſalia natum eodem die interiiſſe: & nos principatu eius allatum illi ex ęgypto in melle uidimus. Eſt iter exēpla in utez̄ ꝓtinus reuerſus ifans ſagūcti āno deleta ab hānibale eſt.

EX foeminis mutari in mares nō eſt fabuloſum. Inueius in ānalibus. C. licinio Craſſo. C. Caſſio Longino cōſulibus caſini pucz̄ factum ex uirgine ſub parentibus iuſſuq; aruſpicum deportatum in inſulam deſertam. Licinius Mutianus prodidit uiſum a ſe argis ariſtontem: cui nomē arecuſe fuiſſe nupſiſſe etiam mox barbam & uirilitatem proueniſſe. uxoremq; duxiſſe. Eiuſdem ſortis & zimirnē pucz̄ a ſe uiſum ipſe in Africa uidi mutatum in marem nuptiarum die. L. conſicium ciuē triſditanū Editis geminis rarum eſſe aut puerperę aut puerperio prętérq̃ alteri uitam. Si uero utriuſq; ſexus editi ſint gemini rariorē utriq; ſalutem. Foeias celerius gigni q̃ mares ſicuti celerius ſeneſcere. Sępius uero in utero moueri mares & in dextra fere geri pte in lęua foeminas. Cęteris animantibus ſtatutum & pariendi & partus gerendi tēpus eſt homo toto anno & incerto gignitur ſpacio.

ALius ſeptimo mēſe alius octauo & uſq; ad initia. xi. ante ſeptimū mēſem haud unq uitalis eſt. Septimo nō niſi pridie poſtero ue plenilunii die: aut iterluio cōcepti naſcūtur. Tranſlaticium in ęgypto eſt & octauo gigni iam quidem & in italia tales partus eſſe uitales. Contra priſcorum opiniones: uariāt hęc pluribus modis. Veſcilia C. Lucii: poſtea Pomponii atq; orſici clariſſimorum ciuium coniunx: ex his quattuor partus enixa ſeptimo ſemper menſe. Genuit Suillium ruffum. xi. corbulonem. vii. utrunq; conſulem: & poſtea Ceſoniam. C. principis cōiugem octauo in quo menſiū numero genitis intra. xl. diem maximus labor: grauidis aūt. iiii. &. viii. mēſe letales in his abortus. Maſurius auctor eſt. L. papyrium prętorem ſecundo cohęrede lege agente bonorum poſſeſſionem contra eum dediſſe cum mater partū. xvi. menſibus dicer& tuliſſe. quoniam nullum certum tempus pariendi ſtatutum uideretur.

ACōceptu decimo die dolores capitis oculorum uertigines tenebręq; & faſtidiū in cibis redundatio ſtomachi indices ſunt hominis icboati: melior color marē ferēti et facilior partus. Motus in utero. xl. die. Contra oia in altero ſexu. Ingeſtabile onus crurum & inguinis lenis tumor. Primus aūt. lxxxx. die motus: ſed plurimū lāgoris in utroq; ſexu capillum germinante partu: & in pleiliunio quod tempus editos quoq; infantes prręcipue infeſtat. Adeoq; inceſſus atq; omne quicquid dici poteſt in grauida

refert: ut falsioribus cibis usae carentē unguis edit partū: & si respirauere difficilius euitat. Ofcitatio quidē in enixu letalis est sicut sternutasse a coitu abstinuum

MIseret atq; etiam pudet extimantem q̄ sit friuola animalium superbissimi origo cum pleuq; abortus causa fiat odor ab lucernaꝫ extinctu his principiis nascūt tyranni Carnifex his aius: tu qui uiribus corporis fidis: tu qui fortunę mūera amplexaris & te ne alumnum quidem eius extimas sed partū. Tu cuius in victoria semp est mens tu qui te deum credis: aliquo successu tumes tanti tamen perire potuisti: atque etiam hodie minoris potes quantulo serpentis ictus dente: aut etiā ut Anacreon poeta acio uuepasse: aut fabius senator in lactis haustu uno pilo strangulatus. Is demū pfecto uitam equa lance pensitabit: qui semper fragilitatis humanę memor fuerit.

IN pedes procedere nascētem contra naturā est: equo argumēto eos appellauere agrippas ut egre partos qualiter. Magrippā fecit genitū unico ppe felicitatis exēplo in omnibus ad hunc modum genitis: q̄q̄ is quoq; aduersa pedum ualitudine misera inuenta exercitato quo inter arma & ad morte obnoxio accessu ifeliciore stirpe omni Sed per utrasq; agrippias maxie quę. C. & Domicium Neronem principes genuere totidem faces generis humani. Pręterea breuitate cui quinquagesimo uno raptus ano i tormētis adulteroꝫ cōiugis socerique pręgraui seruitio luisse pręposteri ortas augurū extimat. Neronem quoq; paulo ante principē & toto principatu suo hostē generis humai pedibus genitum scribit parēs eius agrippina ritu naturę hoiem capite gigni mos est: pedibus efferri.

SVlpicatius enecata parēte gignūt: sicut Scipio africanus prior natus primusq; Cęsar ē: ob cęsum matris uteꝫ dictus: qua de causa & cęsones appellati. Simili modo natus & Manilius: qui Carthaginem cum exercitu intrauit.

VOpiscos appellabant e geminis qui recenti utero nascerentur altero interempto abortu. Nanque maxima & si rara uno circa hoc miracula existunt.

PRęter mulierem pauca animalia coitum nouere grauida. Vnum quidem oino aut alterum superfoetat. Extat in monumētis medicoꝫ: & quibus talia cōsectari curę fuit uno abortu. xii. puerperia egesta. Sed ubi paululum tēporis inter duos cōceptus intercessit uterq; est perfectus ut in Hercule & Iphide fratre eius apparuit: & in ea quę gemio partu alterum marito similem: alteꝫ adultero genuit. Item in proconesia ancilla quę eiusdem diei coitu alterum domio similem: alteꝫ procuratori eius. Et in italia quę unum iusto partu. v. mensium alterum edidit. Rursus in alia quę septem mensium edito puerperio insecutis mensibus gemios enixa est. Iam illa uulgata est uarie ex integris truncos gignit: ex truncis integros eadēq; parte truncos signa quędā neruosq; & cicatrices etiā regenerari. iiii. partu dacoꝫ origis nota in brachio redditur

IN lepidorum gente tres intermisso ordine obductu membrana oculo genitos accepimus. Similes quidem alios auo: & ex geminis quoq; alterum patri alteꝫ mri Annoque post genitum maioris similem fuisse ut geminum: quasdam sibi similes semper parere: quasdam uiro: quasdam nulli: quasdam foeminam patri marem sibi. Indubitatū exemplū est Nicei nobilis pictoris brzātii geniti: qui adulterio ęthiopis nata matre: nihil a caeteris colore differente: ipse in auum degenerauit aethiopem. Similitudinum quidem in mente reputatio est: & in qua credantur multa fortuita pollere: usus auditus & memoria: haustęq; imagines sub ipso conceptu. Cogitatio etiam utriusllibet animum subito sibi transuolans effingere similitudinē aut misere existimatur. Ideoq; plures in homine q̄ in caeteris omnibus animalibus differentiae

quoniam uelocitas cogitationum animiq; celeritas & ingenii uarietas multiformes notas imprimat cum cęteris animātibus immobiles sint animi: & similes omnibus singuli cuiq; in suo genere. Antbiocho regi syrię e plebe nomine Artemius in tantū similis fuit: ut laodice conūx regia necato iam antbiocho nimium imperium per eū commendatiois regniq; successiois pegerit. Magno Pompeio Iubius quidā e plebe et publitius: etiam e seruitute liberatus indiscreta prope specie fuere similes illud os probum reddentes ipsumq; honorem eximię frontis: qualis causa patri quoque eius menogenis coci sui cognomen imposuit strabonis a specie oculoꝝ nomen habentis uiciū imitata. Et in seruo Scipioīs Serapione inerat suari negociatoris uile mācipiū Eiusdem fāilię Scipioīs post eum nomē saluito mimus dedit: sicut sphiter secūdanū tertianūq; Pamphilius collegio Lentuli & Metelli consulum. In quo perq̄ iportune fortuitum hoc quoq; fuit duoꝝ simul cōsulum in scena imagines cerni: e diuerso. L. Plancus orator Histrioni rubrio cognomē iposuit. Rursus Curioi patri burbaleius Itemq; messalę censorio menogenes perinde histriones. Surę equidē pro cōsulibus: etiam rictum in loquēdo contractionēq; linguę & sermoīs tumultū. Non imaginē piscator quidam in sicilia reddidit. Cassio seruo celebri oratori armētarii mirmilonis obiecta similitudo est. Orianius mango. M. Antoio iam triumuiro eximios forma pueros alterum in Asia genitum: alteꝝ transalpes ut geminos uendidit tanta unitas erat. Postq̄ deinde sermone pueroꝝ detecta fraude a furente īcrepitus Antonio est. Inter alia magnitudinem precii conquerente. Nam ducentis erat mercatus sestertiis. Respondit uersutus ingenii mango id ipsum se tanti uēdidisse: quoniā non est mira similitudo in ullis eodē utero editis diuersaꝝ quidē gentiū natales tā concordi figura reperiri super omnē esse taxationem adeoq; tēpestiuam admirationem intulit: ut ille proscriptor animatus modo & cōtumelia furēs nō aliud in cēsu magis & in fortūa sua ducer&.

ESt quędam priuatim dissotiatio corpoꝝ & inter se sterilis: ubi cum aliis iunxere gignūt: sicut Diuus Augustus & liuia. Item alii alięq; tantū foemias generant aut mares: pleꝝq; & alternāt: sicut gracchoꝝ mater duodecies. Agrippina germanici nouies: aliis sterilis est iuuēta: aliis semel in uita datur gignere. Quędam non pariūt partus quales si quādo medicīa & cura uicere foemīā fere gignūt. Diuus augustus in reliqua exēploꝝ raritate neptis suę nepotē uidit natū quo excessit anno. M. syllanū qui cum asiam obtiner& post consulatū Neronis principis successione eius ueneno interemptus est. Q. Metellus macedoīcus cum. vii. liberos relinquer&. xi. nepotes reliquit: nurus uero generosq; & omnes qui se patris appellatione salutarēt. xxvii. In actis tempoꝝ Diui Augusti inuenitur. xii. consulatu eius quē. L. Sylla collega ad. iii idus aprilis gessit. C. Crispinum bilarum ex ingenua plebe tesulana cum liberis. viii In quo numero filię duę fuerunt nepotibus. xxvii. pronepotibus. xxix. neptibus. viii praelata pompa cum omnibus in capitolio Imolasse.

MVlier post quinquagesimum annum non gignit maiorq; pars. xl. profluuium genitale sistit: Nam e uiris Masinissam regem posit. lxxxvi. annos generasse filiū quē Methimathnum appellauerit. Claꝝ est Catone censoriū. lxxx. exacto ex filia Salois clientis sui: qua de causa alioꝝ eius liberoꝝ propago luciniani sunt cognominati: bi salonai. ex quibus uticēsis fuit. Nuper etiā. L. Volusio Saturnio in urbis pręfectura extincto notum est Corneliam scipionum gentis Volusium Saturninum qui fuit cōsul post. lxii. ānos genuisse & usq; ad. lxxv. apud ignobiles uulgares repit generatio

SOlum autem animal menstruale mulier est inde unius utero quas appellauere molas. Ea est caro informis inanimata ferri ictum & aciem respuens: mouet sistitq; menses. & ut partus alias lętalis: alias una senescens aliquando aluo citatior excedēs

ſimile quiddam & uiris in uentre gignitur: quod uocant ſyron: ſicut appio capitoni prętorio uiro. Sed nihil facile reperit̃ mulieꝫ profluuio magis mõſtrificũ. Aceſcũt ſuperuentu muſta: orti ſterileſcunt: iactae fruges moriuntur. Inſita exuruntur ortoꝫ germina & fructus arboꝫ: quibus inſidere decidunt. Speculoꝫ fulgor aſpectu ipſo hebetatur: acies ferri perſtringitur eboriſq; nitor. Aluei apium moriunt̃ ęs etiam ac ferrum rubigo protinus corrumpit odorq; dirus aera & in rabiem aguntur guſtato eo canes: atq; inſanabili ueneno morſus infigitur: quietiã bituminũ ſequax: alioquĩ et lenta natura in lacu Iudeę: qui aſphaltites uocatur certo tempore anni ſupernatãs nequit ſibi auelli ad omnẽ cõtactũ adhęrẽs pręterq̃ filo quod tale uirus infecerit: etiã formicis aĩali minimo ineſſe ſenſum eius ferunt abicique geſtatas fruges nec poſtea repeti: & hoc tale tantũque oibus triceis diebus malũ in muliere exiſtit: & trimeſtri ſpacio largius: quibuſdam uero ſępius mẽſe ſicut aliquibusnũq̃ ſed tales nõ gignũt quando hęc eſt generãdo homĩ materia germine e matricibus: coaguli modo hoc in ſe ſe reglomerante: quod deinde tempore ipſo aĩatur corporaturq;. Ergo cũ grauidis fluxerit iualidi aut nõ uitales partus edũtur: aut ſamioſi auctor eſt Nigidius.

IDem lac foeminę non corrumpi alẽti partum: ſi ex eodem uiro rurſus cõcepit arbitratur. Incipiẽte aũt hoc ſtatu: ac deſinẽte cõceptus facillimi tradunt̃ foecũditatis in foemĩs pręrogatiuã accipimus inunctis medicamine oculis ſaluiam infici.

CAeterum editis primores ſeptimo menſe gigni prius q̃ in ſupera fere parte haud dubium eſt coſdẽ. vii. decidere anno alioſq; ſuffici quoſdã etiã cũ dẽtibus naſci ſicut. M. Curium: qui ob id dẽtatus cognoiatus eſt: & .CN. Papyrium Carbonem pręclaros uiros: in foeminis ea res inauſpicati fuit exempli regũ tẽporibus: cũ ita nata eſſet Valeria exitio ciuitati in quã delata eſſet futura reſponſo auruſpicum uaticinãte Seſſapã etiã illa tẽpeſtate florẽtiſſimã deportata eſt ueridico exitio cõſecuto. Quaſdã concreto genitali gigni infauſto omine Cornelia gracchoꝫ mater indicio eſt. Alii qui uice dẽtium cõtinuo oſſe gignuntur: ſicuti pruſię regis bityniioꝫ filius ſuperna parte oris. Dentes aũt tãtum iũcti ſunt ignibus nec cremãtur cum reliquo corpore. Idẽq; flamis indomiti cauantur tabe pituitae: candorẽ trahũt quodã medicaie: uſu atterũt̃ multoq; primũ in aliquibus deficiũt. Nec cibo tãtum & alimẽtis neceſſarii: quippe uocis ſermoniſq; regimẽ primoris tenẽt cõcentu quodam excipientes ictum linguae ſerieq; ſtructurę atq; magnitudine mutilantes mollienteſue: aut hebetãtes uerba & cum defluxere explanationem omnem adimentes: quin & augurium in hac credit̃ eſſe parte: triceni bini uiris attribuũtur: excepta Turduloꝫ gente: quibus plures fuere longiora promitti uitę putãt ſpacia: foemĩs minor numerus: quibus in dextra parte gemini ſuperne a canibus cognoiati fortunę blandimẽta pollicent̃: ſicut in agrippia Domicii Neronis matre. Contra in lęua homĩem priuſq̃ genito dente cremari mos gentium non eſt. Sed mox plura de hoc commemorans hiſtoria decurret.

RIſiſſe eo die quo genitus eſt & unum hominem accepimus zoroaſtem. Eidem cereboꝫ ita palpitaſſe ut ipoſitã repeller & manũ futurę pręſagio ſcientię.

IN trimatu ſuo cuiq; dimidiam eſſe menſuram ſaturę certum eſt. In plenum autem cuncto mortalium generi minorem in dies fieri propemodum obſeruatur Raroſq; patribus proceriores conſumente ubertatem ſeminum exuſtione. In cuius uices nunc uergat ęuum. In creta terręmotu rupto monte inuentum eſt corpus ſtãs xlvi. cubitorum: quod alii Orionis alii Octionis fuiſſe arbitrantur. Horeſtis corpus oraculi iuſſu refoſſum. vii. cubitorum fuiſſe monumentis credit̃. Iam uero ãte ãnos prope mille uates ille Homerus non ceſſauit minora corpora mortalium: q̃ priſca

conqueri. Neuii pollionis amplitudinē annales non tradūt: sed quia populi cōcursu pene ēremptus esset prodigii uice fuit: procerissimum hominum ętas nostra Diuo Claudio principe Gabbaram noīe ex Arabia aduectum. viiii. pedum & totidē ūciarū uidit: fuere sub Diuo Augusto semipede addito: quorum corpora eius miraculi grā in conditorio salustianorum asseruabantur ortorum pisoni: & secundille erant noīa Eodem pręside minimus homo duos pedes & palmum conopas nomīe in deliciis Iulię neptis eius fuit & mulier Andromeda liberta liuię augustę: mannium maxīm et. M. Tullium equites Romanos binum cubitoꝝ fuisse auctor est. M. Varro: & ipi uidimus in loculis asseruatos. Sesquipedales signi quosdam longiores in trimatu et implentes uitę cursum haud ignotum est. Inuenimus in monumentis salaminae Euthimeis filiū in tria cubita triēnio accreuisse icessu tardū: sensu hebetē & iā puberē factum uoce robusta absumptum cōtractione mēbroꝝ subita triennio circūacto. Ipi uero pridem uidimus eadē ferme oīa prēter pubertatem in filio Cornelii taciti equitis Romani belgicę gallię rationes procurantis. Eutrapelos grēci uocāt eos. In latio non habent nomen.

QVod sit homini spacium a uestigio ad uerticem id esse sparsis manibus inter longissimos digitos obseruatum est: sicuti uires quibusdā dextra parte maiores quibusdam ęquas utraq; aliquibus lęua manu prēcipuas: nec id unq̄ in foemis: mares prēstare pōdere: & defuncta uiuētibus corpora oīm aīaliū: & dormiētia uigilantibus uiroꝝ cadauera supia fluitare: foeiaꝝ prona uelut pudori defunctaꝝ parcēte natura.

COncretis quosdam ossibus ac sine medullis uiuere accepimus signum eorum esse: nec sitim sentire: nec sudorem emittere: q̄q̄ & uoluntate sciamus sitim uictam equitēq; Romanū Iuliū uiatorē e uocātioꝝ gēte foederata in pupillaribus annis a quā subter cutē fuisse morbo ꝓhibitū humore a medicis: naturam fecisse consuetudine atq; in senecta caruisse potu: necnon & alii sibi multa imperauere.

FErunt Crassum auū Crassi in parthis interempti nunq̄ risisse: ob id agelastum uocatum: sicut nec flesse multos. Socratē claꝝ sapiētia eodē semper uisum uultu nec hylari magis aut turbato. Exit hic animi tenor aliquādo in rigorē quēdam torpitatēq; naturę durā & inflexibilē affectusq; hūanos adimit quales apathis grēci uocāt: multos eius generis expti quod muꝝ sit auctores maxīe sapiētię Diogenē Cynicū Pyrrhonē Heraclytū Timonē hūc quidē etiā in totius odiū generis hūani euectū: sed hęc pua naturę insignia in multis uaria cognoscuntur: ut in Antonia drusi nunq̄ expuisse in Pomponio consulari poeta nunq̄ ructasse: quibus natura concreta sunt ossa qui sunt rari admodum cornei uocantur.

COrpore neruosos esse uesco sed eximiis uiribus tribitanum in gladiatorio ludo Samnutium armatura celebrem. filiumq; eius militem. CN. Pompeii & rectos et transuersos cancellatum toto corpore habuisse neruos in brachiis etiam maibusq; auctor est Varro prodigiosa uirium elatione. Atq; etiam hostē ab eo ex prouocatiōe dimicantē inermi dextra uno digito supatū: & postremo correptū in castra trālatum At Iulius ualens meruit in prētorio Diui Augusti centurio uehicula cum cuiceis onusta donec examinarentur sustinere solitus. carpenta apprehēsa una manu retiere obnixus contra nitētibus iumētis & alia mirifica facere quę isculpta monimēto eius spectantur. Ideo. M. Varro Rusticellus inquit hercudes appellatus mulum suum tollebat. Fusius Saluius duo cētenaria pondera pedibus totidē maibus & duocenaria duo humeris contra scalas ferebat. Nos quoq; uidimus atlantum nomīe prodigiosę ostentationis quinquagenario thorace plumbeo indutum cothurnisq; quingētorum pondo calciatum per scęnam ingredi. C. Milonem athletam cum constitisset. nemo uestigio educebat: malū tenēti: nemo digito corripiebat. Cucurrisse mille. cxl. stadia

ab Athenis Lacedęmonem biduo phylippidem magnum erat:donec canisti cursor Lacedęmonius & Philonius Alexandri magni asityone belym uno die mille.cccv. cucurrerunt.Nunc quidem incirco quosdam.clx.passuum tolerare non ignoramus nuperq; Fonteio & Visciano consulibus annos.viii.genitum puerum a meridie ad uesperum.lxxv.m.p.cucurrisse.cuius rei admiratio ita demum solida perueniret si quis cogit& nocte ac die longissimũ iter uehiculis tribus Tiberiũ Neronẽ emẽsum festiantẽ ad drusum frẽm ęgrotũ in germania.In ea fuerunt.cc.m.p.

OCulorum acies uel maxime fidem excedentia inuenit exempla.In nuce inclusã iliada Homeri carnẽ in mẽbrana scriptum tradit Cicero.Idem fuisse qui prouider& cxxx.m.p.huic & nomẽ.M.Varro reddidit strabonẽ uocatũ:solitũ aũt punico bello a lilybęo Sicilię promõtorio exeũte classe a carthagis portu etiã numerꝫ nauiũ dicere Calicrates ex ebore formicas & alia tam parua fecit aialia:ut partes eorꝫ a cęteris cerni non possent.Mermecides quidem in eodẽ genere iclaruit quadrigã ex eadẽ materia quam musca iteger& alis fabricatã & nauẽ quã apicula pennis absconder&.

AVditus unum exemplum habet mirabile pręliũ quo Sybaris deleta est eo die quo gestũ erat auditũ Olympię.Nam cymbricę uictorię cursores quoq; Romaĩ qui persicã uictoriã ipõ die quo cõtigit nũciauere uisus & auditus nuinũ fuere pręsagia.

PAcientia corporis:ut est crebra:sors calamitatum:innumera documenta pepit clarissimũ in foeis leue meretricas exẽplum quę torta non indicarit Harmodium & Aristogitonẽ tyrãnicidas. In uiris Anaxarchides:qui simili de causa cum torqueret preresam dentibus linguam unamq; spem indicii in tyrannos expuit.

MEmoria necessarium maxime uitę bonum cui pręcipue fuerit haud facile dictu est tam multis gloriã eius adeptis.Cyrus rex oibus in exercitu suo militibus nomina reddidit L.Scipio populo Romaõ Cyneas Pyrrhi regis legatus senatui & equestri ordini Romę postero die q̃ aduenerat.Mitridates duaꝫ &.xx.gẽtiũ rex totidẽ liguis iura dixit:pro concione singulis intus sine interprete affatus. Carneades quidem in gręcia quę quis exegerit uoluĩa in bibliothecis legẽtis mõ repręsentauit.Ars postrẽõ eius rei facta & iuẽta est a Simoide medico:cõsumata a metrodoro Scepsio ut nihil non iisdẽ uerbis redderet auditũ:nec aliud est ęque fragile in hoĩe morboꝫ & casus iniurias atq; etiã metus sẽtit:alias pticulati alias uniuersa ictus lapide oblitus ẽ lrãs tãtũ e pręalto tecto lapsus:mris & affiniũ propiquoꝫq; cepit obliuionem. Alius ęgrotus seruoꝫ etiã sui uero nois Messala coruius orator. Itaq; sępe deficere tẽtat & meditat uel qeto corpe & ualido:somno quoq; serpẽte ãputat:ut ianis mẽs quęrat ubi sit loci

ANimi uigore praestantissimum arbitror. C.Iulium Caesarem dictatorem:nec uirtutem cõstantiãq; nũc cõmemoro:nec sublimitatẽ omniũ capacẽ:quę ęlo cõtinet sed proprium uigorẽ celeritatẽq; quodã igne uolucrẽ.Scribere & legere simul dictare et audire solitum accepimus. Epistolas uero tantarũ rerũ quaternas pariter librariis dictare:aut si nihil aliud ager& septeãs dictare.Idẽ signis collatis qnq̃gies dimicauit solus.M.Marcellum transgressus:qui undeq̃dragies dimicauit. Nam pręter ciuiles uictorias undecies cẽtum & nonagita duo milia hoim occisoꝫ pręliis ab eo nõ eqdẽ in gloria posueri tãtam etiã coactã hũani generis iniuriã:quod ita esse confessus est ipse belloꝫ ciuilium stragem non prodendo:ut iustius Pompeio magno tribuatur octingentas.xlvi.naues piratis ademisse. Caesari proprium & peculiare fuit:praeter supradicta clemẽtię ĩsigne:qua usq; ad poenitẽtiã oẽs superauit.Idem magnanitatis prębuit exemplum:cui comparari non possit aliud. Spectacula enim edita effusasq;

opes: aut operum magnificentiam in hac parte ennumerare luxurie fauentis est. Illa fuit uera & incomparabilis inuicti animi sublimitas captis apud pharsaliā Pompeii magni scrineis epistolaꝫ itezq; apud tapsum Scipionis ea oia optia cōcremasse fidē atq; non legisse.

VErum ad decus imperii Romani non solum ad uiri unius uictoriam pertinet Pompeii magni titulos omnes triūphosq; in hoc loco nūcupari ęquato nō mō Alexandri magni reꝫ fulgore: sed etiā Herculis prope ac liberi patris. Igitur Sicilia recuperata unde primum Syllanus in reipublicę causa exoriēs auspicatus est. Africa uero tota subacta & in ditionē redacta magniq; noīe spoliū inde capto eques Rōānus id quod antea nemo curru triūphali uectus est & stati ad solis occasum transgressus excitatis in pyreneo trophęis oppida octoginta. lxxvi. ab alpibus ad fines hispaniae ulterioris in ditionē redacta uictorię suę ascripsit. & maiore animo Sertorium tacuit belloq; ciuili quod oia cōcutiebat extrema exticto itezꝫ triūphales currus eques rōānus induxit. Totiēs iperator ātēq̄ miles: postea ad tota maria & deide solis ortus missus hos retulit patrię titulos more sacris certaibus uicentiū. Neq; enim ipsi coronantur sed patrias suas coronant. Hos ergo honores urbi tribuit in delubro Mineruę: quod ex manubiis dicabat. CN. Pompeius magnus Imperator bello. xxx. annoꝫ confecto fusis: fugatis: occisis: ī deditionē acceptis hoīm cēties uigeties: semel. lxxxiii. milibus depressis: aut captis nauibus. dccxlvi. oppidis castellis mille quīgētis. xxxviii. in fidē receptis terris a męotis lacu ad rubꝫ mare subactis uotum merito Mineruę. Hoc est breuiariū eius. Ab oriente uero triūphi quē duxit ad. iii. kl. Octobris. M. Pisone. M. Messala consulibus prefatio hęc fuit. Cum oram maritimam prędoibus liberasset: & imperium maris populo Romano restituisset. Ex Asia ponto Armenia Paphlagonia Cappadocia Cilitia Syria Scythis Iudeis Albanis hybernia insula Creta basternis: & super hęc de regibus Mitridate atq; Tigrane triumphauit. Summa summaꝫ in illo gloria fuit: ut ipse in concione dixit: cum de rebus suis disserer&. Asiam ultimam prouinciaꝫ accepisse candēq; mediā patrię reddidisse. Si quis e contrario simili modo uelit percensere Cęsaris res quis maior illo apparuit. Totum profecto terrarū orbem enumer&: quod infinitum esse conueni&.

CAeteris uirtutū generibus uarie & multi fuere prestātes. Cato primus portiae gentis tres summas in homine res praestitisse existimatus est: optimus orator: optimus imperator: optimus senator: que mihi omnia etiā si non prius acta: tamen clarius fuisse in Scipione ęmiliano uidentur. Dempto prętera plurimoꝫ odio quo Cato laborauit. Itaq; sit ꝓpriū Catois q̄ter & quadragesies causam dixisse nec quēquā sępius postulatum & semper absolutum.

FOrtitudo in quo maxime extiterit immensę quęstionis est utique si recipiatur poetaꝫ fabulositasq; qua Ennius Titus cecilium teucꝫ fratremq; eius pręcipue miratus propter eos sextūdecimū adiecit annalē L. Sitinius dētatus: qui Tribunus plebis fuit Spurio Tarpeio. a. Ternio consulibus haud multo post exactos reges: uel numerosissima suffragia habet. Centies uities pręliatus: octies ex ꝓuocatione uictor xlv. cicatricibus aduerso corpore insignis nulla in tergo. Idem spolia caepit. xxxiii. donatus hastis puris duo de. xx. phaleris. xxv. torquibus tribus & lxxx. armillis. clx. coroīs. xxxvi. ciuicis. xiiii. aureis. viii. muralibus tribus: obsidionali una fisco ęris. xxx captiuis. xx. milibus. Imperatores. viii. ipsius maxime opera triumphantes secutus Prętera quod optim in operibus eius reor uno ex ducibus Tito Thyberio Romulio ex cōsulatu ad populum cōiuncto male acti Imperii eius militaris. haud miora forēt mallii capitolini decora ui pdidisse& illa exitu uitę ante. xvii. annos bina ceperat spolia Primus omnium eques coronam muralem acceperat. vi. ciuicas. xxxvii. dona. xxiii. cicatrices aduerso corpore. Publium Seruilium magistrum equitum seruauerat. Ipse uulneratus humerum femur super omnia capitolium summamq; rem in eo solus a

gallis seruauerat si non regno suo seruass&. Verum in his quidē sunt uirtutis opera magna: sed maiora fortunę. M. Sergio ut equidem arbitror nemo quenq̃ hominum iure prętulerit: licet pronepos Catilina gratiam nomini deroget: secundo stipendio dexteram manum pdidit: stipēdiis duobus ter & uicies uulneratus est: ob id neutra manu neutro pede satis utilis: uno tantum seruo plurimis postea stipendiis debilis miles bis ab hannibale captus. Neq; enim cum quolibet hoste res fuit bis uinculoꝝ eius, pfugus i. xx. mēsibus nullo nō die in catheis aut cōpedibus custoditus. Sinistra manu sola quater pugnauit duobus equis īsidēte eo suffossis dexterā sibi fecit ferreā eaq; religata pręliatus Cremonā obsidione exemit: placentiam tutatus est: duodena castra hostiū in gallia cępit: quę omnia ex oratione eius apparēt habita: cū in prętuno e sacris arceret a collegis ut debilis: quos hic coronarum aceruos cōstructurus hoste mutato? Etenī plurim refert in quę cuiusq; tēpora uirtus īciderit: quas trebia ticiusue aut trāsimenus ciuicas coronas dedere? quę canis corona merita ūde fugisse uirtutis summū opus fuit? Ceteri profecto victores hoim fuere. Sergius uicit etiam fortunā Ingeioꝝ glorię quis posset agere delectū per tot disciplinaꝝ genera & tātā reꝝ opeꝝq; uarietatem: nisi forte Homero uate graeco nullum felicius extitisse conuenit sine operis fortuna: sine materia existimetur.

Itaq; Alexander magnus etenim insignibus iudiciis optime citraq; inuidiam tam superba censura peragitur inter spolia Darii persarum regis unguentoꝝ seruio capto: quod erat de auro margaritis gemmisque preciosum uarios eius usus amicis demōstrantibus quādo tedebat unguēti bellatorē & militia sordidum. Imo hercule inquit librorꝝ homeri custodię detur ut preciosissimū hūani animi opus q̃ maxime diuiti opere seruaret. Idem pindari uatis familię penatibusq; iussit parci cū Thebas raper&. Aristotelis philosophi patriā suā cōdidit: tantęq; reꝝ claritati tam benignum testimoniū miscuit. Archilochi poetę iterfectores apollo arguit delphis. Sophoclem tragici cothurni principem defunctum sepelire liber pater iussit obsidētibus moenia lacedemoniis: Lysandro eoꝝ rege in quiete sępius admoito: ut pateret hūani delicias suas requisiuit. Rex qui supremū diē Athenis obiisset: nec difficulter ex his quē deus significass& intellexit pacemque funeri dedit.

Platoni sapientię antistiti Dionysius tyrannus alias sęuiciae superbięque natus uectam naue misit obuiā. Ipse quadrigis albis egredientē in littore excępit. xx. talētis unā orationē Isocrates uēdidit. Eschines atheniensis summus orator: cū accusationem qua fuerat usus rhodiis legiss&: legit & defensionē demosthenis: qua i illud depulsus fuerat exiliū: mirātibusq; tum magis fuisse muraturos dixit: si ipsum orātē audiuisset calamitati testis ingēs factus inimici. Tucididem imperatorē athenienses in exilium egere: reꝝ cōditorē reuocauere: eloquētiam mirati: cuius uirtutes dānauerāt. Magnū et menandro in comico socco: testimoniū regū egypti & macedoniae cōtigit classe: & per legatos petito maius ex ipso regię fortunę pręlata litteraꝝ cōsciētia: perbibuere & Romani proceres etiā exteris testimonia. CN. Pompeius cōfecto mitridatico bello intraturus Possidonii sapiētię professione clari domū fores percuti de more a lictore uetuit fasces lrāꝝ ianuę summisit is cui se oriēs occidēsq; summiserat. Cato cēsorinus in illa nobili triū sapiētię procerū ab athenis legatione audito Carneade q̃ primum legatos eos cēsuit dimittēdos: quoniā illo uiro argumētāte quid ueri esset haud facile discerni posset quanta moꝝ cōmutatio. Ille semper alioqui uniuersos exitiali nomine expellendos censuit grecos.

At pronepos eius Vticensis Cato unū ex Tribunatu militū phylosophū alterum in Cypria legatione reportauit. Eandemq; linguā ex duobus Catoibus in illo abiecisse in hoc importasse mirabile est. Sed & nostrorum gloriā pēseamus. Prior africanus

Quinti Ennii ſtatuam ſepulchro ſuo imponi iuſſit. claꝫq; illud nomen: immo uero ſpolium ex tertia orbis raptum parte in cinere ſuppręmo in poetę titulo legi. Diuus auguſtus carmina Virgilii cremari contra teſtamēti eius uerecundiā uetuit: maiuſq; ita uati teſtimoniū contigit q̄ ſi ipſe ſua probauiſſ& .M. Varronis bibliotheca quae prima in urbe ab aſinio pollione manubiis publicata Romę eſt unius uiuētis poſita imago eſt haud mīore ut equidem reor gloria principe oratore & ciue ex illa ĩgeiozꝫ quę tunc fuit multitudine uni hanc coronā dante q̄ cum eidem magnus Pompeius piratico ex bello naualem dedit. Innumerabilia deinde ſunt exempla romana ſi pſeq libeat cum plures una gens in quocūq; genere eximios tulerit q̄ cęterę terrę. Sed quo et te. M· Tulli piaculo taceam? quo ue maxime excellentem inſigni prędicem? quo potius q̄ uniuerſi populi & illius gētis āplissio teſtionio & tota uita tua ad cōſulatū tantum operibus electus. Te dicente legem agrariam: hoc eſt alimenta ſua abdicarūt tribus. Te ſuadente roſcio theatralis ſeditionis auctori leges ignouerunt: notatoſq; ſe ignominię diſcrimine ęquo animo tulerūt. Te orāte proſcriptozꝫ liberos honores petere puduit. Tuum Catilina fugit ingenium. Tu. M. Antoniū proſcripſiſti. Saluę primus omnium patēs patrię appellate. primus in toga triumphum. linguęq; laureā merite: & facūdię latiazꝫq; litterazꝫ parēs ęquę ut dictator Cęſar hoſtiſq; quondā tuus de te ſcripſerit: omnium triumphozꝫ lauream adepte: maiorem quāto plus eſt ĩgenii Romani terminos in tantum promouiſſe: q̄ imperii.

REliquis animi bonis pręſtitere & cęteros mortales ſapientia ob id Cati coniculi apud romanos cognoiati: apud gręcos ſocrates oraculo apollis pythii pręlatus cūctis

RVrſus mortales oraculorum ſocietatem dedere chiloi lacedęmoio tria pręcepta eius delphis cōſecrādo aureis litteris quę ſunt hęc noſſe ſe quēq̄: & nihil nimiū cupe comitemq; aeris alieni: atque litis eſſe miſeriam: quin & funus eius cum uictore filio Olympiae expiraſſ& gaudio tota graecia proſecuta eſt.

DIuinitas & quaedam caelitum ſocietas nobiliſſima ex foeminis in Sibylla fuit Ex uiris in Melampode apud gręcos: apud Romanos in Martio.

VIr optimus ſemel a condito ęuo iudicatus eſt Scipio Naſſica adiurato ſenatu Idem in toga candida bis repulſa notatus a populo. In ſumma ei in patria mori non licuit: nō hercle magis q̄ extra uicula illi ſapiētissio ab apollie iudicato Socrati.

DVdiciſſima foemina ſemel matronarū ſententia iudicata eſt Sulpitia Paterculi filia uxor Fuluii Flacci electa ex cētum pręcipuis quę ſimulacꝫ Veneris ex ſibyllinis libris dedicar&. Itezꝫ religioſis expimēto a Claudia inducta romā deum matre.

PIetatis exempla ĩfinita quidē toto orbe extitere: ſed Romę unū cui cōpari cūcta non poſſint: humilis in plebe: & ideo ignobilis puerpa ſupplicii cauſa carcere ĩcluſa matre cum impetraſſ& aditū a Iaitore ſemper excuſſa: ne quid iferr& cibi deprehēſa eſt uberibus ſuis alēs eā. Quo miraculo matris ſalus donata filię pietati eſt. Ambęq; perpetuis alimētis & locus ille eidem conſecratus eſt deę. C. quintio & .M. Attilio conſulibus templo pietatis extructo in illius carceris ſede: ubi nūc Marcelli Theatrozꝫ eſt. Gracchozꝫ pater anguibus prehēſis in domo cum reſponderetur ipſum uicturū alterius ſexu interempto: immo uero inquit meū necate. Cornelia enim iuueis eſt & parere adhuc poteſt: hoc erat uxori parcere & rei. p. conſulere. Idq; mox conſecutum eſt. M. Lepidus apuleię uxoris charitate poſt repudiū obiit. p. Rutilius morbo leni impeditus nunciata fratris repulſa in cōſulatus petitione ilico expirauit. p. catienus

phylotimus patronũ adeo dilexit:ut hęres oĩbus boĩs ĩstitutus ĩ rogũ eius se iacer&.

experti. quamobrem in amnes mersos insidiari uenientibus. Moxq; illigata manu in aurem morsum defigere: quoniam his tantum locis defendi non possit manus dracones esse tantos: ut totum sanguinē capiāt. Itaq; elephātos ab his ebibi: siccatosq; considere & dracones inebriatos opprimi commoriq̃ue.

GEnerat Dracones ęthiopia in dicis pares uicenum cubitorum. Id modo mirum unde cristatos Iuba crediderit asachei uocantur Aethiopes apud quos maxie nascūt narraturq; in maritimis eoꝝ quaternos quiosq; quosq; inter se errātiū modo īplexos erectis capitibus uelificantes ad melior pabula Arabię Vehi fluctibus.

MEgasthenes scribit in India serpentes in tantam magnitudinem adolescere ut solidos hauriāt ceruos tauroſq;. Metrodorus circa syndacū amnē in pōto supuolātes q̃uis alte perniciterq; alites haustu raptas absorbeant. Notatum est in punicis bellis ad flumē bagradam a regulo Imperatore balistis tormentisque ut oppidum aliquod expugnata serpēs. cxx. pedū lōgitudis: pellis eius maxilleq; usq; ad bellū. Numātinū durauere Romę in templo: faciūt his fidē in italia appellate boes in tantā āplitudinē exeuntes: ut Diuo Claudio principe occisae in uaticano solidus in aluo spectatus sit infans: alūtur trimo bubali lactis succo. Vnde nomen traxere. Ceteroꝝ aialium quę modo conuecta ūdiq; Italię contigere sępius formas nihil attin& scropulose referre.

PAucissima Scythia gignit īopia fruticum pauca cōtermia illi germaia. Insignia tamē boum feraꝝ genera iubatos bissontes excellentiq; ui & uelocitate uisos: quibus imperitum uulgus bubaloꝝ nomē īpoit: cum id gignat Africa uituli potius ceruice quadā similitudine septētrio fert: & equoꝝ greges feroꝝ uros dictos: sicut asinorum Asia & Africa. Pręterea alcem iumēto similē ni proceritas auriū & ceruicis distinguat Itē natā in sardimauia scadiauia īsula: nec ūq̃ uisam in hac urbe: multis tamē narratā maclim haud dissimilē illis & nullo suffragiū flexu. Ideoq; non eubantem & acclinē arbori in somno: eaq; incisa ab insidiis capi: alias uelocitatis memoratę labrum eius superius pręgrāde. Ob id retro graditur in pascendo. ne in priora tēdens inuoluatur Tradūt in poenia ferā: quę bonasus uocatur equina iuba: cętera tauro similē cornibus ita in se inflexis: ut non sint utilia pugnę. Quapropter fugam sibi auxiliari redente in ea fimum interdū & trium iugeꝝ lōgitudīe: cuius cōtactus sequētes ut ignis aliqs comburat. Miꝝ pardos pantheras Leones & similia condito in corpis uagīas ūguiū mucrone: ne refringantur bebetenturque ingredi aduersisq; falculis currere: nec nisi in appetendo prętendere.

LEoni pręcipua generositas tunc cum & colla armosque uestiunt iubae. Id enim ętate contingit e leone conceptis: quos uero Pardi generauere semp īsigni hoc caret. Simili modo foeię: magna his libido coitus: & ob hoc maribus ira. Africa hęc maxie spectat īopia aquaꝝ ad paucos amnes cōgregātibus se feris. Ideo multiformes ibi aialiū partus: uarie foeis cuiusq; generis maribus aut ui aut uoluptate miscētibus Vnde etiam uulgare gręcię dictum semper aliquid noui africā afferre. Odore pardi coitum sentit in adultera Leo: totaq; ui consurgit in poenā. Iccirco aut ea culpa flumie abluitur: aut longius comitatur. Semel autem edi partū lacerato unguium acie utero in enixu uulgus credidisse uideo. Aristoteles diuersa tradit uir qnem in his magna secutus in parte prefandum reor Alexandro magno rege inflamato cupidie aialium naturas noscēdi: delegataq; hac commentatione Aristoteli summo in omni doctria uiro aliquot milia hominum in totius Asię Gręcięq; tractu parere iussa omniū. quos uenatus aucupia piscatusque alebāt: quibusq; uiuaria armenta alucaria piscię auiaria in cura erant: ne quid usq̃ genitum ignoraretur ab eo quos percunctando. L. ferme Volumia illa pręclara de animalibus condidit: quę a me collecta in arctum cum his

que ignorauerat: queso ut legentes boni consulāt in uniuersis rerum naturę opibus me hoq; clarissimi regū omniū desyderio cura nostra breuiter peregrinantes. Is ergo tradit Lęenā prio foetu parere. v. catulos ac p ānos singulos mius ab uno sterilescere informes mimasque carnes magnitudie mustellaꝝ esse initio semestres uix ingredi posse: nec nisi bimestres moueri. In Europa aūt iter Achelōū tātū mestūq; ānes leōes esse: sed lōge uiribus prestātiores his: quos Africa aut syria gignit. Leonū duo genera cōpactile & breue crispioribus iubis hos pauidiores esse q̄ lōgo simpliciq; uillo eos contēptores uulneꝝ. Vrinā mares crure sublato reddere ut canes graue odorem: nec mius balitū raros in potu uesci alternis diebus. a saturitate interi triduo cibis carere quo possint in mādendo solida deuorare: nec capiēte auiditatē aluo cōiectis in fauce unguibus extrahere. aut si fugiēdū in sacietatē habēt uitā his lōgā doc& argumētoq; pluris dētibus defecti reperiātur. Polibius Aemiliani comes in senecta hoiem ab his appeti refert: quoniā ad persequēdas feras uires nō suppetāt. Tunc obsidere africae urbes eaq; de causa crucifixos uidisse cum Scipione: quia cęteri metu poenę similis absterrētur. Eadem noxa Leoni tātumq; ex feris clemētia in supplices prostratis peit & ubi seuit i uiros potius q̄ i foeias freit. In ifantes nō nisi magna fame. Credit libya intellectū perueire ad eos precū: captiuā certe getulię reducē: multoꝝ audiui in siluis impetū a se mitigatū alloquio ausę se dicere foeiam profugā infirmā supplicē aīalis omniū generosissimi. cęterisq; imperātis: indignā eius gloria prędam. Varia circa hęc opinio ex ingeio cuiusq; uel casu mulceri alloquiis feras: quippe ubi etiam serpentes extrahi cantu: cogiq; in poenā. Veꝝ falsum ne sit uita decreuerit. Leonū animi index cauda: sicut & equoꝝ aures. Nanque & has notas generosissimo cuiq; natura tribuit Immota ergo placido clemēsq; blandiētiq; similis: quod raꝝ est: crebrior enī iracūdia cuius in pricipio terra uerberatur. In cremēto terga ceu quodā icitamēto flagellantur Vis summa in pectore: ex omni uulnere sine ungue īpresso sine dente ater profluit sanguis. Idem satiati inoxii sunt. Generositas in periculis maxie deprehēditur non in illo tantūmodo quod spernēs tela diu se terrore solo tuetur: ac uelut cogi testatur Coarctaturq; non tanq̄ periculo coactus: sed tāq̄ amentia iratus. Illa nobilior animi significatio quālib& magna canū & uenātum urgēte ui cōtēptum restitāsq; cedit in campos & ubi spectari potest. Idem ubi uirgulta siluasq; penetrauerit acerrio cursu fertur uelut abscondēs turpitudinē: loco: dum sequitur: isilit saltu: quo in fuga non utitur. Vulneratus obseruatione mira percussorē nouit: & in quātalib& multitudie appetit. Eum uero qui tela quidē miserit: sed nō uulnerauerit correptū rotatumque sternit: nec uulnerat. Cum pro catulis foeta dimicat: oculoꝝ aciem traditur defigere in terrā ne uenabula expauescat. Cęteꝝ dolis carēt & suspitione: nec limis intuentur oculis: aspiciq; simili modo nolūt. Creditū est a moriēte humū morderi lachrymāq; leto dari. Atq; hoc tale tāq̄ sęuū aīal rotaꝝ orbes circūacti cursusq; ianes & galliaceoꝝ cristę cātusq; etiā magis terrēt: sed maxie ignes egritudiem fastidii tātum sentit in q̄ medetur ei cōtumelia in rabiē agēte annexaꝝ lasciuia simiaꝝ giustatus. Deide sanguis in remedio est. Leonū simul pugnā magnā plurimū Romę priceps dedit scenola. P F. in curruli ędilitate, C. autem iubatoꝝ primus omnium. L. Sylla qui postea dictator fuit in prętura post eū Pompeius magnus i circo i his iubatoꝝ. cccxv. Cęsar dictator quadringētos: capere eos ardui erat operis quōdā maxieq; principatu Claudii. Casus rationē docuit pudendam pene talis ferę nomie pastoris getuli sacro cōtra ingruētis impetum obiecto: quod spectaculum in barenā protinus translatum est uix credibili modo torpescente tāta illa feritate q̄uis leui intectu operto capite ita ut deuiciatur nō repugnās uidelic& omnis uis constat in oculis. Quo minus mirum sit a Lysimacho Alexandri iussu simul incluso strangulatum Leonem. Iugo subdidit eos primusq; Romę ad currum iunxit. M. Antonius: etquidem Ciuili bello cum dimicatū ess& in pharsalicis campis non sine ostēto quodam tempore illo generosos spiritus iugū

ſubire ꝓdigio ſignificãte. Nam quod ita uectus eſt cũ mima citharida ſupra mõſtra etiã illaꝫ calaitatũ fuit. Primus aũt hominũ manu Leonẽ tractare auſus & oſtendere manſuefactum Hanno clariſſimus poenoꝫ tradit dãnatuſq; illo argumẽto: quoiam nihil nõ perſuaſurus. Vir tam artificis ingenii uidebatur & male credi libertas ei cui in tãtum ceſſiſſ& etiam feritas. Sunt uero & fortuita eorum quoq; clemẽtiq; exempla Mentor ſyracuſanus in Syria Leone obuio ſupplicitẽr uolutãte attoitus pauore cum refugiẽti ũdiq; ſeſe fera opponer& & ueſtigia lamber& adulãti ſimilis animaduertit in pede eius tumorem uulnuſq;: & extracto ſurculo liberauit cruciatu. pictura caſum hũc teſtatur ſyracuſis. Simili modo helpis ſamius natiõe in africam delatus naue: & iuxta littus cõſpecto Leone hiatu miaci arborẽ fuga petit. Libero patre iuocato: quoiã tum prẽcipuus uotorum locus eſt cũ ſpei nullus eſt. Sed neq; ꝓfugiẽti cũ potuiſſ& fera iſtiterat: procũbẽs ad arborẽ hiatu quo terruerat miſeratiõem petebat. Os morſu auidiore ihẽſerat dẽtibus cruciabatq; inedia. Tum poenã in ipſis eius telis ſuſpectãtẽ ac uelut mutis precibus orãtem. dũ fortuitu fidẽs nõ eſt cõtra feram multoq; diutius miraculo q̃ metu ceſſatum eſt. digreſſus tãdem euellit prẽbẽti: & q̃ maxime opus eẽt accõmodãti. Tradũtq; q̃ diu nauis ea i littore ſtetit rettuliſſe grãm uenatus aggregãdo Qua de cauſa Libero patri tẽplum in ſamo Helphis ſacrauit: quod ab eo facto grẽci euchen Dionyſii appellauere. Miremur poſtea ueſtigia hominum itelligi a feris: cum etiam auxilia ab uno aialiũ ſperẽt. Cur enim non ad alia iere aut ũde medicas manus hominis ſciunt: niſi forte uis malorum etiam feras omnia experiri cogit.

AEque memorãdum de Panthera tradit Demetrius phyſicus. Iacentẽ in media uia bois deſyderio repẽte apparuiſſe patri cuiuſdam phylim aſſectatoris ſapiẽtiq; illũ pauore cẽpiſſe regredi: tamẽ feram circũuolutari nõ dubie blãdiẽtem ſeſeq; cõflictantẽ moerore. qui etiam in Panthera intelligi poſſ&. Foeta erat catulis procul in foueam delapſis. Primum ergo mirationi fuit non expaueſcere proximũ & curam intendere Secutuſq; qua trahebat ueſtem ũguiũ leni iniectu ut cauſam doloris itellexit ſimulq; ſalutis ſuę mercedem exemit catulos: eaq; uſq; proſequẽte extra ſolitudies deductus lęta atq; geſtiẽte: ut facile apparer& gratiam referre. & nihil inuicem imputare: quod etiam in homine rarum eſt. Hęc fidem & Democrito affeꝫt qui Thoãtem in arcadia ſeruatum a Dracone narrat: eum nutrierat puer dilectum admodum parẽſq; ſerpẽtis naturam & magnitudiem metuẽs in ſolitudies tulerat: in quibus circũuẽto latronũ inſidiis agnitoq; uoce ſubueit. Nam de iſantibus ferarum lacte nutritis cum eſſent expoſiti produntur. ſicut & de conditoribus noſtris a lupa magnitudie fatoꝫ accepta fieri ęquius q̃ ferarum natura arbitror. Panthera & Tygris macularum uarietate ꝓpe ſolę beſtiarum ſpectantur. Cęteris unus ac ſuus unicuq; generis color eſt. Leonum tantum in Syria niger: pantheris in candido breues maculaꝫ oculi ferunt colore eaꝫ mire ſollicitari quadrupedes cunctas: ſed capitis toruitate terreri: quãobrem ocultato eo reliqua dulcedine inuitatas corripiunt. Sunt qui tradãt in harmo bis ſimilẽ lunę eſſe maculam creſcẽtem in orbes & cauantẽ pari modo cornua nũc uariare: & pardos qui mares ſunt appellant in eo omni genere creberrimo. In Africa Syriaq; quidã ab his Pantheras ſolo cãdore diſcernũt. Nec adhuc aliã differẽtiã inueni. Senatuſcõſultũ fuit uetus ne licer& africanas in Italiam aduehere. Contra hoc tulit ad populũ. CN. Aufidius tribunuſ plebis permiſitq; circenſium gratia importari primus hic ſcaurus ędilitate ſua uarias. cl. uniuerſas milit: deĩ Pompeius magnus quadrigẽtas. x. Diuus Auguſtus quadringentas. xx. Idem. Q. Tuberone Paulo Fabio maximo cõſulibus. iii. nõn mart. Theatri marcelli dedicatiõe tygrim primus omnium Romę oſtendit.

TYgrim Hyrcani & Indi ferunt aimal uelocitatis tremendę & maxime cognitae dum capitur. Totus enim foetus qui ſemper numeroſus eſt ab inſidiãte rapit: equoq;

maxime pernici atque in recentes ſubinde tranſfertur. At ubi uacuum cubile reperit
foeta: maribus enim ſobolis cura non eſt. fertur praeceps odore ueſtigans: raptor
appropinquãte fremitu abicit unũ ex catulis illa tollit morſu & pondere etiam otior
acta remeat: iterumque cõſequitur: ac ſubinde donec in nauim regreſſu irrita feritas
ſeuit in littore. Camelos inter armẽta paſcit oriẽs: quoꝝ duo genera bactriꝰ & arabiꝰ
differunt: q̃ illi bina habẽt tubera in dorſo. & hi ſingula & in pectore alteꝝ: cui incubãt
Dentium ſuperiore ordĩe ut boues carẽt in utroq; genere. Omnes autem iumentoꝝ
in his terris dorſo fungũtur atq; etiam equitatus in prĕliis uelocitas inter equos: ſed
ſua cuiq; mẽſura ſicuti uires: nec ultra aſſuetum procedũt ſpacium. Nec plus iſtituto
honere recipiũt. Odium aduerſus equos gerũt naturale. Sitim & quatriduo tolerant
implẽturq; cum bibẽdi occaſio eſt: & in prĕteritum & in futuꝝ obturbata ꝓcultatiõe
prius aqua: aliter potu nõ gaudẽt. Viuũt quiquageis ãnis quidam & centeis: utcunq;
rabiem & ipſi ſentiũt. Caſtrandi genus etiam foemias quĕ bello parantur inuentum
eſt: fortiores ita fiũt coitu negato. Horum aliqua ſimilitudo in duo trãſfertur aĩalia
Nabuna ĕthiopes uocãt collo ſimilem equo pedibus & cruribus boui Camelo capite
albis maculis rutilum colorem diſtinguentibus. Vnde appellata Camelopardalis
Dictatoris Cĕſaris circẽſibus ludis primũ uiſa Romĕ. Ex eo ſubĩde cernitur aſpectu
magis q̃ feritate conſpicua: quare etiam onifere nomen inuenit.

Pompeii magni primum ludi oſtenderũt chaum quem galli rufrum uocabãt
effigie lupi pardorum maculis. Idem ex ĕthiopia quas uocãt Cephas quarum pedes
poſteriores pedibus bũanis & cruribus priores maibus fuere ſimiles: hoc aĩal poſtea
Roma non uidit.

Iſdem & Rinoceros unius in nare cornu qualis ſaepe uiſus. Alter hic genitus
boſtis Elephanto cornu ad ſaxa limato prĕparat ſe pugnĕ in dimicatione: aliũ
maxĩe petẽs: quẽ ſcit eẽ molliorẽ: lõgitudo ei par crura multo breuiora: color buxeus

Yncas uulgo frequenter & ſpingas fuſco pilo mammis in pectore geminis
ĕthiopia generat: multaque alia mõſtro ſimilia pennatos equos & cornibus armatos
quos pegaſos uocãt. Crocotas uelut ex cane & lupo cõceptos omnia dẽtibus frãgẽtes
protinuſq; deuorata cõficientes uentre. Cercophitecos nigris capitibus pilo aſinino
diſſimiles cĕteris uoce: indicos boues: indi unicornes tricorneſq; uocãt. Leucocrotem
perniciõſiſſimam feram: aſini fere magnitudĩe cluibus ceruinis collo cauda pectore
leois capite melium biſulca ũgula ore ad aures uſq; reſciſſo dẽtium locis oſſe ppetuo
hanc ferã bũanas uoces tradũt imitari. Apud eoſdẽ eſt & quĕ uocat̃ eale magnitudĩe
eq fluuiatilis: cauda elephãti: colore nigra: uel fulua maxillas apri maiora cubitalibus
cornua habẽs mobilia: quĕ alterna in pugna ſiſtũtur uaria atq; inflexa aut obliqua: ut
cũq; ratio mõſtrauit. Sed atrociſſimos habet tauros maiores agreſtibus uelocitate ãte
omnes colore fuluo: oculis cĕruleis: pilo in cõtrarium uerſo rictu ad aures debiſcẽte
iuxta cornua mobilia tergoris duritia ſilicis omne reſpuẽs uulnus: feras oẽs uenãtur
Ipſi non aliter q̃ foueis capti feritate ſemper intereũt. Apud eoſdem naſci Ethesias
ſcribit quam mãthicoram appellat triplici dẽtium ordĩe pectiatim coeũtium facie &
auriculis hominum: oculis glaucis: colore ſanguineo: corpore leonis: cauda ſcorpiois
modo ſpicula infigentem. Vocis ut miſceatur fiſtulĕ & tubĕ concentus uelocitatis
magnĕ: bũani corporis uel prĕcipue appetẽtem. Habet india & boues ſolidis ũgulis
unicornes: & feram noĩe axim humili pelle pluribus cãdidioribus maculis ſacrorũ
liberi patris. Orſei indi ſimias candentes toto corpore uenãtur. Aſperrimam autem
feram habẽt monocerotem reliquo corpe equo ſimilẽ capite ceruo pedibus elephãto
cauda apro mugitu graui. Vno cornu nigro media fronte cubitorum duũ eminente
hanc feram uiuam negant capi. Apud heſperios ĕthiopas fons eſt tygris ut plerique

extimauere nisi caput: argumenta quę dixius persuadēt. Iuxta hūc fera quę appellat̃ Catoblephas modica: alioquin cęteris membris iners: caput tātum praegraue aegre ferēs. Id deiectum semper in terrā: alias ĩternicio humaī generis omnibus qui oculos eius uidere cōfestim expirātibus. Eadem & basilisci serpētis est uis. Cyrenaica hunc generat prouicia. xii. nō amplius digitorum lōgitudine: candida in capite macula ut quodam diademate insigne: sibilo oēs fugat serpētes: nec flexu multiplici ut reliquę corpus impellit: sed celsus & erectus in medio incedēs necat frutices nō cōtactas mō Verum & afflatas exurit: herbas: rumpit saxa: talis uis malo est creditum quondam ex equo occisum hasta: & per eam subeūte ui: nō equitem modo: sed equum quoque assumptum: huic tali monstro sępe eni erectum cōcupiuere reges uidere. Mustellarū uirus exitio est: adeo naturę nihil placuit esse sine pari. Interficiūt eos cauernis facile cognitis sola tabe necāt. Illę simul odore moriūtur quę & naturę pugnā cōficiunt.

SEd in Italia quoq; credit̃ Luporum uisus esse noxius: uocemq; homini: quem priores cōtemplētur adimere ad prę sens. Incertos hos paruosq; Africa & Aegyptus gignūt: asperos trucesq; frigidior plaga: homies in lupos uerti: rursusq; restitui sibi falsum esse cōfidēter existimare debemus: aut credere omnia quę fabulosa tot sęculis conceperius. Vnde tamen ista uulgo ĩfixa sit fama in tātam ut maledicti uersipelles habeant: indicabitur. Euanthes ĩter auctores grecię nō spretus tradit arcadas scribere ex gēte Antei cuiusdam sorte familię lectum ad stagnum quoddā regionis eius duci uestituq; in quercu suspenso tranare atq; abire in deserta: transfigurariq; in lupum: & cum cęteris eiusdem generis cōgregari per annos. viii. Quo in tempore si homini se abstinuerit reuerti ad id stagnum: & cum tranauerit effigiem recipere ad pristinum habitum addito. viii. ānorum senio. Id quoq; Fabius eandem recuperare uestē. mirū est quod procedat Graeca credulitas. Nullum tam impudens mendacium est ut teste careat. Item copas qui olympionicas scripsit narrat demenetum parrhasium in sacrificio quod arcades Ioui lyceo humana etiā tum hostiam faciebant imolati pueri exta degustasse & in lupum se conuertisse. Eundem. x. āno restitutum. cum athletice restitisset pugilatu: victoremq; victoria olympia reuersum. Quin & caudę eius aiālis creditur uulgo messe amatorium uirus exigui in uillo eumq; qui capiat̃ abiicere: nec idem pollere nisi uiuenti direptum. Dies quibus coeat: toto anno non amplius. xii. Eundem in fame uesci terra. Inter auguria ad dexteram cōmeātium pręciso itinere si pleno id ore fecerit nullum omniū prestātius. Sūt in eo genere qui ceruarii uocāt̃ qualem e gallia in Pompeii magni barena spectatum diximus: huic quāuis in fame mandēti si respexerit obliuionem cibi surripere aiunt: digressumq; quęrere aliud.

QVod ad serpentes attin& uulgatum est colorem eorum plerasque terras habere in quā ocultentur. innumera esse genera. Cerastes corpore eminere. Cornicula sępe quadrigemina. quorum motu reliquo corpore occulto sollicitēt ad se aues. Geminū caput amphesibenę: hoc est ad caput & ad caudam tāquā parum esset& uno ore fundi uenenum. alis squamas esse. alis picturas omnibus exiciale uirus. Iaculū ex arborū ramis uibrari. nec pedibus pauēdas tantum serpentes. sed & missili uolare tormento Colla aspidum intumescere nullo ictus remedio. pręterq̃ si confestim partes cōtactę amputētur. Vnus huic tam pestifero animalis sensus. uel potius affectus est cōiugia ferme uagantur. nec nisi cum compari uita est. Itaq; alterutra interempta incredibilis ulcionis cura alterius prosequitur interfectorem unumq; eum in quantolib& populi agmine notitia quadam infestat. perrumpit omnes difficultates: permeat spacia: nec nisi amnibus arcetur. aut perceleri fuga. Non est fateri rerum natura largius mala an remedia genuerit. iam primum bebetes oculos huic malo dedit. Eosq; non in fronte ne aduerso cernere. sed in temporibus· Itaq; excitat̃. sed sępius auditu q̃ usu.

HAbet deinde internicuum bellum cum hichneumone:notum est animal hac gloria maxie in eadem natum egypto mergit se limo sepius siccataq; sole. Mox ubi pluribus eodem modo se cortis loricauit in dimicationē pgit in ea cauda se attollens ictus irritos aduersus excipit donec obliquo capite speculatus inuadit in fauces:nec hoc cōtētus aliud haud mius debellat aīal.

CRocodilum habet nilus quadrupes malum in terra pariter ac flumine infestū Vnū hoc aīal terrestre linguę usu caret unum superiore mobili maxilla iprimit morsum alias terribili pectinatim stipante se dentiū serie magnitudie excedit pleraq; duo de xx cubita. Parit oua quanta anseres transferensq; ea extra eum locum semper incubat prediuinatione quadam ad quem summo auctu eo āno egressurus est nilus Nec aliud animal ex minori origine in maiorem crescit magnitudinem. Vnguibus autem armatus est contra omnes ictus cute inuicta dies in terra agit noctes in aqua temporis utrinq; ratione hunc saturum cibo piscīū & semp esculento ore in littore somno datū parua auis quę trochilos ibi uocatur. Rex auiū in Italia inuitat ad hiatū pabuli sui gracia os eius primum ad sultim repurgans. Mox dentes & intus fauces quoq; ad hanc scabendi dulcedinem quā maxime hiantes in qua uoluptate somno pressum conspicatus hichneumon per easdem fauces ut telum aliquod immissum erodit aluum. Similis crocodilo:sed mior est hichneumone est in nilo natus stincos contra uenena precipuum antidotum. Idem ad iflamādam uiroz uenerem. Verum in crocodilo maior erat pestis q̄ ut uno eēt eius hoste cōtēta natura. Itaq; & delphini immeātes nilo:quorum dorso tanq̄ ad hunc usum cultellata inest pēna abigētes eos preda:ac uelut in suo tātum amne regnātes:alioqui ipares uiribus ipso astu iterimūt Callēt eīm in hoc cūcta animalia:sciuntq; nō modo sua cōmoda:uerum & hostium aduersa norunt:suę occasioīs tela noz:t:partesq; diffidētium in bellis. In uētre mollis est tenuisq; cutis crocodilo. Ideo se ut territi mergūt:delphiniq; subcūtes aluū illa secāt spina. Quin & gens hominū est hunc beluę aduersa in ipō nilo in iteriori tyri Insula quam habitat appellata mēsura eorum parua:sed presentia aīmi in hoc tātum usu ira terribilis. Hęc cōtra fugaces belua est fugax cōtra serpentes. Sed aduersum ire soli ii audēt:qui & flumini inatāt dorsoq; equitātium modo ipositi hiātibus resupīo capite ad morsum addita mox claua a dextera lęuaq; tenētes extrema eius utrinque ut frena in terram agunt captiuos ac uoce etiam sola territos cogunt euomere recētia corpora ad sepulturam. Itaq; ei uni īsulę crocodili nō ānatāt:olfactuq; eius generis hominum ut psillorum serpētes fugātur. hebetes oculos hoc animal dicit̄ habere in aqua:extra acerrimi usus:quattuorq; mēses hyemis semper inedia trāsmittere in specu. Quidā hoc unum q̄ diu uiuat crescere arbitrantur. Viuit autem longo tempore.

MAior altitudine in eodem nilo belua hippotamus editur ungulis binis quales bubus dorso equi & iuba & hinnitu rostro resimo cauda torta & dentibus aprorum aduncis:sed minus noxiis. Tergoris ad scuta galeasq; ipenetrabilis pręterq̄ si humore madeat:depascitur segetes destinatione ante ut ferūt determiatas in diem:& ex agro ferentibus uestigiis ne quae reuertenti insidiae comparentur.

PRimus eum &.v.Crocodilos Romę edilitatis suę ludis.M.Scaurus tēporario Eurippo ostendit. Hippotamus in quadā medēdi parte etiā magister existit. Assidua nanq; sacietate obesus exit in littus recenti harundinum cęsura speculatur:atque ubi acutissimam uidit stipitem imprimens corpus uenam quandam in crure uulnerat: atq; ita ,pfluuio sanguinis morbidum alias corpus exonerat:& plagam rursus limo obducit.

SImile quiddam & uolucris in eadem egypto monstrauit: quę uocat̃ ibis rostri aduncitate per eam partem semper ruens qua reddi ciborum bonera maxime salubre est. Nec hęc sola multis ab aĩalibus repta sunt usui futura boĩm: dictamum herbam extrahendis sagyttis Cerui monstrauere percussi eo telo pastuq; herbę eius electo: idē percussi a phalagio quod est aranei genus: aut aliquo simili cancros edēdo sibi medentur. Est & ad serpentium ictus prĕcipua qua se lacerti quotiens cum his conseruere pugnam uulnerati refouent. Chelidoniam usui saluberrimam birūdies monstrauere uexatis pullorum oculis illam edentes. Testudo cuniculę quā bubulā uocant pastu uires contra serpentes refouet. Mustella ruta in murium uenatu cum his dimicatione conserta. Ciconia origano. Edera Apri in morbis sibi medentur: & caneros uescendo maxime mari eiectos. Anguis hiberno situ membrana corporis obducta foeniculi succo impedimentum illud exuit: nitidusq; uernat. Exuit autem a capite primum: nec celerius q̃ uno die ac nocte repplicans ut extra fiat membranae quod deerat intus. Idem hyberna latebra usu obscurato marathro herbę se affricans oculos inūgit: ac refouet. Si uero squamę obtorpuere: spinis se iuniperi scabit. Draco uernam nauseā: siluestris lactucę succo restrigit. Pantheras per carnes fricatas acoĩto uenenū idem barbari uenantur. Occupat illico fauces eoꝝ angor: quare pardaliāches id uenenum appellauere quidam. At fera contra hoc excrementis boĩs sibi medetur & alias tam auida eorum: ut a pastoribus ex industria in aliquo uase suspensa altius q̃ ut saltu queat contingere iaculādo ea petēdoq; defigi: & postremo expir&. Alioqn uiuacitatis adeo lente: ut eiectis iterraneis diu pugn&. Elephas cameleone cōcolori frōde deuorato occurrit oleastro huic ueneno suo. Visi cū mādragorę mala gustauere formicas lambunt. Ceruus herba cinara uenenatis pabulis resistit. palumbes graculę merulę perdices lauri folio annuū fastidium purgāt. Columbę Turtures & galliacei herba quę uocatur helsine. Anates anseres cęteręq; aquaticę herba siderite. Grues & similes iunco palustri. Coruus occiso Camelcone qui etiam uictori noc& lauro ĩfestū uirus extinguit.

MIlia prĕterea utpote cum plerisq; animalibus eadem natura rerum cęli quoque obseruatione & uentorum & imbrium & tempestatū prĕsagia alia aliis dederit quod prosequi immensum est eque S. q̃ reliqua. Cum singulis hominum societate Siquidem & picula permonēt non fibris modo extisq; circa quod magna mortaliū portio hęr&. Sed alia quadam significatione ruinis iminētibus musculi prĕmigrāt aranęę cum telis primę cadunt. Auguria quidem periculis artem fecere apud roānos & sacerdotum collegium uel maxime sollenne est. in terra locis rigētibus & uulpes animal: alioquin solertia dirum: amnes gelatos lacusq; non nisi ad eius itum reditūq; transeat. Obseruatum est eam aurem ad glaciem apposita cōiectare crassitudinē gelu:

NEc minus clara exitii documenta sunt etiam contēnendis aĩalibus. M. Varro auctor est a cuniculis suffossum in hispania oppidum: a Talpis in Thessalia a ranis ciuitatē ĩ gallia pulsā: ab locustis ĩ Africa. Ex gyaro cycladū ĩsula: amicleos a muribus fugatos. In Italia amyclas a serpētibus deletas. Citra ginamulcos ethiopas late deserta regio est a scorpioĩbus solifugis gente sublata: & a scolopendris abactas otrisienses auctor est Theophrastus. Sed ad reliqua ferarum genera redeamus.

HIenis utranq; esse naturam & alternis annis esse mares: alternis foeminas fieri parere sine mare uulgus credit. Aristoteles negat collum & iubam & unitatem spinę porrigi: reflectiq; circūactu nisi totius corporis nequit. Multa prĕterea mira tradūt̃ sed maxime sermonem humanum inter pastoꝝ stabula assimulare: nomēq; alicuius addiscere quem euocatum foris lacer&. Item uomitionē boĩs imitari ad sollicitādos canes quos inuadat: ab uno animali sepulchra erui inquisitione corpoꝝ. Foeminam

raro capi oculis mille esse uarietates: colorumque mutationes. Preterea umbre eius contactu canes obmutescere: & quibusdam magicis artibus omne animal quod ter lustrauerit in uestigio herere: huius generis coitu lęena in ethiopia parit corocotram similiter uoces imitantem hominum pecorūq; acies: ei perpetua in utraq; parte oris nullis gingiuis dente continuo: quę ne contrario cursu hebetetur: capsarum modo includitur. Hominum sermones imitari & mãticarum in ethiopia auctor est Iuba hienę plurimę gignuntur in Africa: quae & Asinorum siluestrium multitudinem fundit. Mares in eo genere singuli foeminarum gregibus imperitant. Timẽt libidis emulos: & ideo grauidas custodiunt: morsuq; natos mares castrant. Contra grauidae latebras petunt: & parere furtim cupiunt: gaudentq; copia libidinis. Easdem partes sibi ipsis pontici ãputãt fibri periculo urgente. Ob hoc se peti gnari. Castorem uocãt medici: alias animal horrendi morsus. Arbores iuxta flumia: ut ferro cedit hominis parte comprehensa non anteq̃ fracta cõcrepuerit ossa morsus resoluit. Cauda pisciũ bis. Cetera species lutre: utrunq; aquaticum: utriq; mollior pluma pilus.

RAnae quoque rubetae: quarum & in terra & in humore uita plurimis refertae medicaminibus. Deponere ea assidue ac resumere pastu dicũtur uenena tantũ semp sibi reseruantes. Simul & uitulo marino uictus in mari ac terra. Simile hybris est ingenium: euomit fel suum ad multa medicamia utile. Item coagulum ad coitiales morbos. Ob ea se peti prudens Theophrastus auctor est. Angues eo mõ & stelliões senectutem exuere. Itaque protinus deuorant pereripientes comitiali morbo remedia eosdem pestiferos in Graecia: innoxii morsus esse in Sicilia.

CEruo quoq; est sua malignitas q̃q̃ placidissimo animalium urgente ui canum ultro confugiunt ad hominẽ: & in pariendo semitas minus cauẽt humais uestigiis tritas: q̃ quę secrete ac feris opportunę. Conceptus earum post arcturi sydus octonis mensibus ferunt. Parturiunt enim & gemios: a conceptu. Separãt se: at mares relicti rabie libidinis seuiunt: fodiunt scrobes. Tunc rostra eorum nigrescunt: donec aliqui abluant imbres. Foeminę autem ante partum purgantur herba quadã quę sisel dicit̃ faciliore ita utentes utero: a partu duabus herbis quę rhamo & siserlis appellantur pastę redeunt ad foetum. Illis imbui lactis primos uolunt succos quacunq; de causa editos partus exercent cursu: & fugam meditari docent: ad prerupta ducunt: saltumq; demõstrãt. Iam mares soluti desyderio libidis auide petũt pabula: ubi se prepingues sensere latebras querunt: fatentes incõmodũ pondus. & alias semp in fuga acquescũt stantesq; respiciunt. Cum prope uentum est rursus fuge presidia repetentes: hoc fit intestino dolore tam infirmi: ut ictu leui rumpatur intus: fugiunt autem latratu canum audito. aura semper secunda. ut uestigia cum ipsis abeant. Mulcentur fistula pastorali & cantu cum erexere aures acerrimi auditu. cum remisere surdi. Cetera animal simplex & omnium rerũ miracula stupens in tantum. ut equo aut buccula accedẽte propius hominem iuxta uenantem non cernãt. aut si cernãt. arcum ipsum sagyttasq; mirentur. Maria transnatãt gregati nantes recto ordie & capita iponẽtes precedẽtũ clunibus uicibusq; ad terga redeũtes. Hoc maxie notatur a Cilicia Cypro transeũtibus nec uident terras. sed in odore earum natant. Cornua mares habent: soliq; aimalium omnibus annis statuto ueris tempore amittũt. Ideo sub ipã die q̃ maxie in uia petũt latent amissis uelut inermes. Sed & hi bono suo inuidentes. dextrum cornu negant inueniri ceu medicamento aliquo preditum. Idq; mirabilius fatendum est. cum & in uitularis mutent omnibus annis defodi ab his putant. Accẽsis autem utrisq; odore & comiciales morbi deprehenduntur. Indicia quoq; etatis in illis gerunt singulos ãnis adicientibus ramos usq; ad sexennes. Ab eo tempore similia reuiuiscunt. nec potest etas discerni. sed dentibus senecta declaratur. aut enim paucos. aut nullos habẽt. Nec

in cornibus imis ramos alioquin ante frōtem promiere solito iunioribus nō decidūt
castratis cornua. nec nascuntur. Erumpunt autē renascētibus tuberibus primo aride
cutis similia. eadem teneris increscunt ferulis harundineas in pāniculas molli plūata
lanugine q̄ diu carent. His noctibus procedūt ad pabula increscētia solis uapore durāt
Ad arborē subinde experientes: ubi placuerit robur in aperta prodeūt. captiq; iā sunt
edera in cornibus uiridante: & ex attritu arboꝝ ut in aliquo ligno teneri dū expiūt
innata. Fuit aliquando & candido colore: qualem fuisse traditur. Q. Sertorii ceruam
quam esse fatidicam hispaię gētibus persuaserat. Et his cū serpēte pugna. Inuestigāt
cauernas nariumq; spiritu extrahunt renitentes. Ideo singulare abigendis serpētibus
odor adusto ceruino cornu. Contra morsus uero pręcipuū remediū coagulo hinnuli
in matris utero occisi. Vita Ceruis in confesso longa post centū annos qbusdā captis
cum torquibus aureis: quos Alexander magnus abdiderat adoptis iā cute in magna
obesitate. Febrium morbos non sentit hoc aial: quin & medetur: huius timori q̄sdā
modo principes foemias scimus omnibus diebus matutinis carnem eam degustare
solitas: & lōgo ęuo caruisse febribus: quod demū existiant ratū si uulnere uno itereāt

ESt eadem specie barba tantum & armorum uillo distās quē tragelaphon uocāt
nō alibi q̄ iuxta pbasim amnē nascēs. Ceruos africa ꝓpemodū sola nō gignit.

AT Chameleontem & ipsa quanq̄ frequentiorē india: figura & magnitudo erat
lacerti: nisi crura essent recta: & excelsiora latera uentri iunguntur: ut piscibus & spi
simili modo emi & rostꝝ ut in paruo haud absimilis uillo cauda ꝓlōga in tenuitatē
desinens: & implicās se uiperinis orbibus. Vngues adunci motus tardior ut testudi
corpus asperum ceu crocodilo: oculi in recessu cauo tenui discrimine praegrandes &
corpori concolores: nunq̄ eos operit: nec pupillae motu: sed totius oculi uersatione
circumaspicit. Idem celsus hianti semp ore: solus animalium: nec cibo: nec potu alit
nec alio q̄ aeris alimento. Contra caprificos fere innoxius alioquin & coloris natura
mirabilior: mutat nanque eum subinde & oculis & cauda & toto corpore: redditque
quencunq; proxime attingit pręter rubrum candidumq;. Defuncto pallor est: caro
in capite & maxillis & ad cōmissuram caudę admodū exigua: nec alibi toto corpore
sanguis in corde: & circa oculos tantū: uiscera sine splene: hybernis mēsibus lat& ut
lacerta.

MVtat colores Scytharum Tarandrus nec aliud ex his quę pilo uestiuntur. nisi
in Indis lycaon. cui iubata tradit ceruix. Nam Thoas lupoꝝ id genus ꝓcerius
longitudine breuitate crurum dissimile. Velox saltu. uenatu uiuens innocuum boi
habitum non colorem mutant. per hyemes hirti ęstate nudi. Tarandro magnitudo
quę boui est. caput maius ceruio. nec absimile. cornua ramosa. Vngula bifida: uillus
magnitudīe ursorum. sed cū libuit sui coloris esse asini similis. Tergori tanta duricia
ut thoraces ex eo faciant. Colores omnium arborum fruticum florum liquorumq;
reddit metuens in quibus lat&. Ideoq; raro capitur. Mirum esset habitum corpori
tam multiplicem dari. mirabilius etiam uillo.

HYstrices generat India & Africa spina contectas heriaceoꝝ genere. Sed hystrici
longiores aculei. Et cum intendet cutem missiles in ora urgentium figit canū
et paulo longius eiaculatur. hybernis autem se mēsibus condit. quę natura multis &
ante omnia ursis.

VRsorum coitus hyemis initio. nec uulgari quadrupedum more. sed ambobus
cubantibus complexisq;. Dein secessus in specus separatim in quibus pariunt
xxx. die ad plurimum quinos. hi sunt candida iformisq; caro paulo muribus maior
sine oculis sine pilo. Vngues tantum prominent. hanc lambendo paulatim figurāt
nec quieq̄ rarius homines q̄ parientem uidere ursam. Ideo mares quadrageis diebus

latent: foeminę quaternis menſibus. Specus ſi non habuere ramorum fruticumque congerie ędificat impenetrabiles imbribus molliq; fronde cõſtratos. Primis diebus bis ſeptenis tam graui ſomno premũtur: ut nec uulneribus quidem excitari queant. Tunc mirum immodum ueterno pigueſcunt. Illi ſunt adipes medicaminibus apti contraq; defluuium capilli tenaces ab his diebus reſidunt: ac priorum pedum ſucco uiuunt: foetus rigentes apprimẽdo pectori foueẽt nõ alio incubitu q̃ ad oua uolucres miꝝ dictu credit. Theophraſtus per id tempus coctas quoq; urſoꝝ carnes ſi aſſeruẽt̃ inereſcere. Cibi tunc nulla augumẽta: nec niſi humoris minimũ in aluo inueneris. Sanguinis exiguas circa cor tantum guttas: reliquo corpori nihil ieſſe procedũt uere. Sed mares prępingues: cui rei cauſa nõ prompta eſt: quippe nec ſomno quidẽ ſagiatis pręter. xiiii. dies ut diximus. Exeuntes herbam quandam tamarim nomine laxandis inteſtinis: alioquin concretis deuorant: circaq; ſurculos dentium praedomantes ora. Oculi eorum hebetantur crebro: qua maxime de cauſa fauos expetũt ut cõuulneratũ ab apibus os leu& ſanguinis grauediem illam. Inualidiſſimũ urſo caput quod leoni fortiſſimum. Ideo urgente ui prącipitaturi ſe ex aliqua rupe manibus cooperto capite iaciuntur: ac ſępe in harenis collo infracto examinantur. Cerebro ueneficium ineſſe hiſpani credunt. Occiſorumq; in ſpectaculis capita concremãt teſtato. Quoniã potũ in urſinam rabiem agat. Ingrediuntur & bipedes arborẽ auerſi repunt: tauros ex ore cornibuſq; eorum pedibus omnibus ſuſpenſi in pondere fatigãt. Nec alteri animaliũ in male ficio aſtutia ſolertior. Aialibus notatũ eſt. M. Piſone. M. Meſſala cõſulibus ad. xiiii. kl. octobris Domicium Aenobarbium ędilem currulem Vrſos Numidicos fuiſſe. c. & totidem uenatores ęthiopas in circo dediſſe. Miorꝝ adiectum numidicos fuiſſe: cum in Africa Vrſum non gigni conſt&.

COnduntur hyeme & pontici mures dumtaxat ibi: quorum palatum in guſtu ſagaciſſimum. Auctores quonãmodo intellexerũt miror. Condũtur & alpini: qbus magnitudo media eſt: ſed hi pabulo ante in ſpecus cõuecto cũ quidã narrẽt alternos marem ac foeminam ſupra ſe cõplexo faſce herbę ſupios cauda mordicus apprębẽſa inuicem detrahere ad ſpecum. Ideoq; illo tempore detrito eſſe dorſo. Sunt his pares & in ęgypto ſimiliter reſident in clunes: & in binis pedibus gradiũtur: prioribuſq; ut manibus utuntur.

PRęparãt hyemi herinacei cibos ac uolutati ſupra iacẽtia poma afixa ſpinis. unũ non ãplius tenentes ore portant in cauas arbores. Idem imitationes aquilois in auſtrum condentes ſe in cubile pręſagiunt. Vbi uero ſenſere uenantem contracto ore pedibuſq; ac parte omni inferiore qua raram & inocuã habẽt lanuginẽ: cõuoluũt̃ in formam pilę ne quid comprębendi poſſit pręter aculeos. In deſperatione uero ex ſe urinam reddunt tabificam tergori ſuo ſpiniſque noxiam propter hoc ſe capignari. Quamobrem exinanita prius urina uenari ars eſt & tum prącipua dos tergoris: alias corrupto fragilis putribus ſpinis atq; deciduis etiam ſi uiuat ſubtractus fuga. Ob id nõ niſi in nouiſſima ſpe maleficio illo pfundit̃. Quippe & ipſe odore ſuũ ueneficiũ differt. Ita parente ſibi terminumq; ſupprąmum operiente: ut ferme ante captiuitas occup&: calidę poſtea aquę aſpſu reſoluit̃ pila: apprębẽſuſq; pes alter e poſterioribus ſuſpendioſa fame necat. Aliter non eſt occidere & tergori parcere. Ipſum animal nõ ut rentur plerique uitę hominum ſuperuacuũ eſt: ſi nõ ſint: illi aculei fruſtra uellez mollicies in pecude mortalibus data. hac cute expoliũtur ueſtes. Magnum fraus & ibi lucrum. Monopollium inuenit de nulla re crebrioribus ſenatuſcõſultis. nulloq; non principe addito querimoniis prouincialibus.

VRinę & duobus aliis animalibus ratio mira Leontophonon accepimus uocari paruum: nec alicubi naſcens q̃ ubi leo gignit̃. Quo guſtato tanta illa uis eſt: ut cęteris

quadrupedum imperitans ilico expiret. Ergo corpus eius aduſtum aſpergunt aliis carnibus polentę modo: inſidianteſq; ferę necant: quę etiam in cinere tam contraria ē feris. Haud immerito igitur odit Leo uiſumq; frangit & citra morſum exiimat. Ille contra urinam ſpargit prudens: hanc quoq; leoni exitialem.

Lyncum humor ita redditus ubi gigniuntur glaciatur areſcit ue in gēmas: carbūculis ſimiles & igneo fulgētes colore ligurīū uocatas: atq; ob id ſuccio a pleriſq; ita geērari prodito. Nouerūt hoc ſciuntq; lynces: & inuidentes urinā terra operiunt: eoq; celerius ſolidatur. Illa alia ſolertia in metu melibus ſafflatę cutis diſtētu ictus hominum & morſus canum arcent: prouident tempeſtatem & ſciri obturatiſq; qua ſpiraturus eſt uētus cauernis ex alia pte aperiūt fores. De cętero ipſis uilloſior cauda pro tegumēto eſt: ergo in hyeme aliis prouiſum pabulum aliis pro cibo ſomnus.

SErpentium uipera ſola dicit terra cōdi. Cętęrę arborū aut ſaxorū canis & alias uel ānua fame durāt: algore mō dēpto oia ſeceſſus tempore ueneno orba dormiunt.

SImili modo & Cocleę illę quidem iterum & ęſtatibus adhęrētes maxime ſaxis aut etiam iniuria aquae reſupinatae: auulſaeque non tamen exeuntes.

IN Balearibus uero inſulis Canaticae appellatae non prorepunt e canis terrae: neque herba uiuunt: ſed uuae modo inter ſe cohaerent.

ESt & aliud genus minus uulgare adhęrente operculo eiuſdem teſte ſe operiens obruta terra ſemper hęc & circa maritimas tatum alpes quondam effoſſę coepere iam erui: & inueliterno: omnium tamen laudatiſſimae in baſtiphalea inſula.

LAcertae minutiſſimum genus Cocleis negant ſemeſtrem uitā excedere Lacertę Arabiae cubitales. India uero in Nyſa monte. xxiiii. in longitudine pedum colore fuluei aut puniceі aut Ceruleі.

EX his quoq; aialibus quę nobiſcū degūt multa ſūt cognitu digna fideliſſimūq; ante omnia homini Canis atq; Equus. Sed pugnaſſe aduerſus latrones canem pro domino accepimus: cōfectumq; plagis a corpore non receſſiſſe uolucres & feras abigentem. Ab alio Epiro agnitum in conuentu percuſſorem domini laniatumque ex latratu coactum ut cogeretur fateri ſcelus. Garamantha regē canes ducēti ab exilio redeuntem pręliantes contra reſiſtentes comitati fuerunt propter bella. Colophanti Item q; caſtabalenſes cohortes canum habuere. Hę primę dimicabant aciem nūquā detractantes: hęc erant fidiſſima auxilia: nec ſtipendiorum indiga. Canes defendere cymbris cęſis domos eorum plauſtris impoſitas. Canis Iaſone lycio interfecto cibum capere noluit: inediaq; conſumptus eſt. Is uero cui nomen hyrcani reddidit durides accēſo regis Lyſimachi rogo iniecit ſe flāmę. Similiterq; Hyeronis regis memorat & Pyrrhum Gelonis tyranni canem phyliſtus memoratur & nycomedis bitynię regis uxore eius cōſigula lacerata propter laſciuiorē cum marito iocū. Apud nos Volcatiū nobilē qui Caſſelliū ius ciuile docuit a ſturcone ſuburbano redeūtē cū aduеſpauiſſet canis a graſſatore defendit. Item Celium Senatorem aegrum Placentiae ab armatis oppręſſum nec prius ille uulneratus eſt q̄ cane interempto. Sed ſuper omnia in nrō aeuo actis populi Romani teſtatum Appio Iunio: & .P. Siluio Conſulibus: cum animaduerteretur ex cauſa Neronis germanici filii in Titum ſabinum & ſeruicia eius unius ex his canem: nec in carcerem abigi potuiſſe: nec a corpore receſſiſſe abiecto in gradibus gemitoriis moeſtos edentem ululatus magna populi Romani corona. Ex qua cum quidam ei cibum obieciſſet & ad os defuncti tuliſſe. Innatauit idem in tybeті cadauere abiecto: ſuſtentare conatus effuſa multitudine ad ſpectandam aialis fidem

Soli dominum nouere:& ignotum quoq; ſi repente ueniat intelligunt ſoli nomina ſua:ſoli uocem domeſticam agnoſcunt. Itinera q̃uis longa meminere nec ulli prēter hominem memoria maior. Impetus eorum & ſeuitia mitigatur ab homine cōſidēte humi. Plurima alia in his quottidie uita inuenit. Sed in uenatu ſolertia & ſagacitas prēcipua eſt. Scrutatur ueſtigia atq; perſequitur comitantem:ad feram inquiſitorem loro trahens:qua uiſa q̃ ſilens occultaſſe ſe q̃ ſignificās demōſtratio eſt cauda primū deinde roſtro. Ergo etiam ſenecta feſſos cēcoſq; ac debiles ſinu ferunt:uētos & odorē captantes protendenteſq; roſtra ad cubilia. Ex tygribus eos indi uolunt concipi:& ob id in ſiluis coitus tempore alligant foeminas:primo & ſecundo foetu nimis feroces putant gigni. Tertio demum educant:hoc idem e lupis galli:quorum greges ſuum quiſq; ductorem e canibus & ducem habent:& illum in uenatu comitātur:illi parēt. Nanq; inter ſe exercent etiam magiſteria. Certum eſt iuxta nilum amnem currentes lambere:ne crocodilorum auiditati occaſionem prēbeant. Indiam petenti Alexandro magno rex albanię dono dederat iuſitatę magnitudis unum:cuius ſpecie delectatus iuſſit urſos mox apros & deinde damas emitti:contemptu immobili iacenti eo:qua ſegnicie tāti corporis offenſus imperator generoſi ſpiritus eū iterimi iuſſit. Nūciauit hoc fama regi. Itaq; alterum mittens addidit mandata ne in paruis experiri uell& ſed in leone. Elephanteue:duos ſibi fuiſſe:hoc interēpto prēterea nullū fore. Nec diſtulit Alexander leonemq; fractum protinus uidit:poſtea Elephantum iuſſit iduci baud alio magis ſpectaculo delectatus:horrētibus quippe per totum corpus uillis ignti primum latratu intonuit. Mox in ceruicem aſſultans contraq; beluam exurgēs hinc & illinc artifici dimicatione:qua maxime opus eſt& iſeſtās atq; euitās donec aſſidua rotatum uertigine afflixit ad caſum eius tellure cōcuſſa. Canum generibus ānotatus partus iuſta ad pariendum annua ętas. Gerunt utero ſexagenis diebus gignunt cęcos & quo largiore aluntur lacte eo tardiorem uiſum accipiunt. Non tamen ultra unquā xx. diem unum:nec āte ſeptimū. Quidam tradūt ſi unus gignatur nono die cernere Si gemini.x. Idemq; in ſingulos adiici:totidemq; tarditatis ad lucē dies:& ab ea quę fit foemia exprimi par a geita clunes cerni. Optimus in foetu quidē qui nouiſſimus cernere incipit:aut quem primum fert in cubile foeta.

RAbies canum ſyrio ardente homini peſtifera ut diximus ita morſis letalia quę metū. Quapropter obuiam itur per.xxx.eos dies gallinaceo maxime fimo immixto canum cibis:aut ſi prēuenerit morbus piretro. Ad morſum uero unicum remediū oraculo quodā nuper reptū. Radix ſilueſtris roſę:quę cynoroda appellat̃ Columella auctor eſt. Si.xl.die q̃ ſit natus caſtret morſu cauda ſummiſq; eius articulis auferat̃ ſequēti neruo exempto.nec caudam creſcere:nec canes rabidos fieri. Canem locutū in prodigiis quod eqdē ānotaueri accepimus & ſerpentē latraſſe:cū pulſus eſt regno Tarquinius.

EIdem Alexandro equi magna raritas contigit Bucephalum eum uocarunt:ſiue ab aſpectu toruo:ſiue ab ſigni taurini capitis armo impreſſi. Sexdecim talētis fezt ex phyloico pharſali grege emptum tum etiā puero capto eius decore:nemiem hic alium q̃ Alexandrum regio inſtratus ornatu recepit in ſedē:alios paſſim reiciēs Idem prēliis memoratę cuiuſdā perhibetur operę. Thebaꝫ expugnatione uulneratus in alium tranſilire Alexandꝫ non eſt paſſus. Multa prēterea eiuſmodi propter quae Rex defuncto eo duxit exequias:urbemque tumulo circundedit nomine eius. Hęc Cęſaris dictatoris quenq̃ alium dorſo recepiſſe equus traditur. Idemq; ſimiles boīs pedes priores habuiſſe:hac effigie locatus ante ueneris geitricis ędem Fecit & diuus Auguſtus equo tumulum:de quo germanici Cęſaris carmē eſt. Agrigēti compluriū equorum tumuli pyramides habent. Equum adamatum a Semiramide uſq; in coitū Iuba auctor eſt. Scythici equitatus equoꝫ gloria ſtrepūt occiſo regulo ex ,puocatione

dimicante hostem: cũ ad spoliandũ uenisse & ab equo eius ictibus mortuq; cõfectum
Aliũ detracto oculoꝝ opimento: & cognito cũ mrẽ coitu petisse prerupta atq; exaiatũ
Equam eadem ex causa in reatino agro laceratamq; quadrigam iuenimus. Nanq; &
cognitionum intellectus his est: atq; in grege prioris anni sororem libentius etiam q̃
matrem equã comitantur. Docilitas tanta est ut uniuersus sibaritai exercitus eqtatus
ad symphoniẽ cantum saltatione quadam moueri solitus inueniatur. Idẽ praesagiũt
pugnam: amissos lugẽt dominos lachrymasq; interdũ desyderio fundunt. Interfecto
Nicomede rege equus eius iedia uitam finiuit. Phylarchus refert cẽtauretũ a galatbis
in prelio occiso antiocho potitum equo eius consedisse ouantem. At illũ indignatione
offensum domitis frenis ne regi posset & precipitem in abrupta isse exaimatumq; una.
Philistus a Dionysio relictum in ceno herente ut se uulsisset & secutũ uestigia domini
examine apum iube inherente: eoq; ostento tyrannidem a Dionysio occupatã. Ingenia
eorum inenarrabilia: iaculantes obsequia: experiuntur difficiles conatus corpore ipõ
usuq; inuitantium. Iam tela humi collecta porrigunt equiti. Nam in circo ad currũ
uincti nõ dubie intellectũ adhortationis & glorie fatentur. Claudii cesaris sectariũ
ludoꝝ circensibus excusso in carceribus auriga palmã equi curacẽ occupauere: primatũ
obtinuere opposita effundẽtes omnia que cõtra emulos debuissent pitissimo auriga
insistente facientes: cum puder & hominum artes ab equis uinci peracto legitimo
cursu ad metam stetere. Maius augurium apud priscos plebeis circensibus excusso
auriga ita: ut star & in capitolium cucurrisse equos: sedemq; ter lustrasse. Maximum
uero eodem peruenisse ab his cum palma & corona effuso ratũmena qui ibi uicerat
Vnde postea nomen porte est. Sarmathe longinquo acturi inedia pridie preparant
eos: potum tantum exiguum impartientes atq; ita per centena milia & quinquaginta
continuo cursu euntibus insident. Viuunt annis quidam quinquageis: foeie maiore
spacio. Eedem quinquennio crescendi finem capiunt: mares addito anno. Formae
equorum qualis maxime legi debeat: pulcherrime quidem Virgilio uate absoluta ẽ
Sed & nos diximus in libro de iaculatione equestri condito: & fere inter oẽs constare
uideo. Diuersa autem circa hec ratio queritur. Itaq; cum bimi in alio subiugant ipio
non ante quinquennes ibi certamen accipiũt. Partum in eo genere undeis mẽsibus
ferunt. xii. gignunt. Coitus uerno equinoctio. Bimo utrinq; uulgaris: sed a trimatu
firmior partus. Generat mas ad ãnos. xxxiii. utpote cum a circo post. xx. ãnũ mutãt
ad sobolem reparandam: q̃uis & ad. xl. durasse tradunt: adiutum modo in attollenda
priore parte corporis. Sed ad generandum paucis animalium mior fertilitas: qua de
causa interualla admissure dantur. Nec tamen. xv. initus eiusdem anni ual & tolerare
Equarum libido extinguitur iuba tonsa: gignunt annis omnibus ad. xl. Vixisse equũ
lxxv. annis proditur. In hoc genere grauida stans parit: preterq; eteras foetum diligit
Et sane equis amoris innasci uenefficium hippomanes appellatum in fronte caricae
magnitudie colore nigro: quod statim edito partu deuorat foeta: aut partũ ad ubera
non admittit. si quis preceptum habeat. Olfactum in rabiem id genus agitur amissa
parente in grege armenti reliquę foete educant orbũ. terrã attingere ore triduo ꝓxio
q̃ sit genitus negant posse. Carior quis quo acrius in bibendo nares mergit. Scythae
per bella foeminis uti malunt q̃ utinam cursu non ipedito reddãt. Cõstat in lusitaia
circa olisiponem oppidum & tagum amnem equas fauonio flante obuersas aialem
concipere spiritum. Idq; partum fieri & gigni pernicissimum ita sed triennium uite
non excedere. In eadem hispania gallica gens & asturia equini generis. hi sunt quos
thibeldones uocamus. miori forma appellatos. asturcões gignũt. quibus nõ uulgaris
ROmanis eam legionibus. C. Marius in ſecundo conſulatu ſuo proprie dicauit Erat & ãtea prima cũ quatuor aliis lupis minotauris equis apris: quę ſingulos ordines anteibant paucis ante annis ſola in acię portari ępta erat. Reliqua in caſtris relinquebant. Marius in totum ea abdicauit ex eo notatum non fere legiones unq̃ hybernaſſe caſtris ubi Aquilarũ nõ ſit iugum. Primo & ſecundo generi nõ minorũ tantum quadrupedum rapina: ſed etiam cum ceruis pręlia. Multum puluerem uolutatu collectum inſidens cornibus excutit in oculos pĕnis ora uerberãs donec pręcipitet in rupes: nec unus hoſtis illis ſatis eſt acrior eſt cum dracone pugna multoq; magis anceps etiam ſi in aere: oua hic conſectat Aquilę auiditate malefica. At illa ob hoc rapit ubicũque uiſum ille multiplici nexu alas ligat ita implicans ut ſimul decidant.

EST pcelebris apud Seſton urbem Aquilę gloria educatam a uirgine retuliſſe gratiam auis primo mox deinde uenatus aggerentem defuncta. Poſtremo in rogum accenſum eius iniecisſe ſeſe & ſimul cõflagraſſe: quam ob cauſam Incolę quę uocant eroeum in eo loco fecere appellatum Iouis & uirginis: quoniam illi deo auis aſcribitur.

VVlturũ pręualent nigri: nidos nemo attingit: ideo & fuere qui putarent illos ex aduerſa urbe aduolare falſo: nidificant in excęlſiſſimiſ rupibus. Foetus qdẽ ſępe cernunt fere bini. Vmbritius aruſpicũ in noſtro ęuo pitiſſimus parere tradit oua .xiii. duo ex his reliqua oua nidumque luſtrare mox abiicere. Triduo autem ãte aduolare eos ubi caſtra futura ſunt.

SAnqualem auem atque imuſulum augures Romaí magnę quęſtioni habent

Inmusulum aliqui uulturis pullum arbitrantur esse & sanqualem ossifragum Massurius sanqualē ossifragū dicit esse. Immusulū autem pullum Aquilę priusq̄ albicet caudam. Quidam post mutium augurē uisos non esse Romę confirmauere Ego quod uerisimilius in desidia rei⁊ omnium non arbitror agnitos

ACcipitrū genera xvi. iuenimus. Ex his ęgicū claudū altero pede ,psperimi augurii nuptialibus negociis & pecuarię rei. Triorche a numero testium: cui pricipatū in auguriis phemonę dedit buteonē hunc appellant Romani. Failia etiā cognoiata cum prospoan spicio inducis naui sediss& Epileū gręci uocant: qui solus omi tēpore appar& cęteri hyeme abeunt. Distinctio genei⁊ ex auiditate: alii non nisi circa arbores uolitant: alii non nisi e terra rapiūt auem: alii sedentē in sublimi: aliqui uolitātē in aperto. Itaq; & columbę nouere ex his pericula: uisosq; concidūt uel subuolāt cōtra naturā eius auxiliantes sibi. In insula Africę cirno in oceano accipitres totius massilię humi fętificant: nec alibi nascunt illis assuetis gentibus. In traebię partibus sup amphipolim homines & accipitres societate quadam aucupant: hi e siluis & harūdinetis excitant aues illi supuolantes deprimunt. Rursus captas aucupes diuidunt. Cum his traditum est missas in sublime ibi excipere eos: & cum tempus sit capturę clangore ac uolatus genere inuitare ad occisionem. Simile quidem lupi apud meothim paludem faciunt. Nam nisi partem ab piscantibus suam accepere: expansa eo⁊ retia lacerant. Accipitres auiū non edunt corda nocturinis accipiter cybindus uocat rarus etiam in siluis iterdiu minus cernens bellum iterne gerit cū aquila cohęrētesq; sępe prehenduntur

COccix ex Accipitre uidet fieri tēpore anni figuram mutans: quoniam tunc nō apparēt reliqui nisi per quam paucis diebus Ipseq; modico tēpore ęstatis uisus non cernitur postea. Est autem neq; aduncis unguibus solus accipitrum: nec capite similis illis: neq; ab alio q̄ colore ac uisu columbi potius. Quin & absumit ab accipitre: siquando una apparuere sola omnium auis a suo genere interempta mutat autem & uocem: & procedit uere: occultatur caniculę ortu: interdumq; parit in alieis nidis maxime palumbiū maiore ex parte singula oua quod nulla alia auis: raro bina Causa subiiciendi pullos putatur quod sciat se inuisam cunctis auibus. Nā minuta quoque infestant. Ita non fore tutam suo generi stirpem opinat ni fefellerit quia nullum facit nidum: alioquin trepidum animal educat egro subditū adulterato ęta nido ille auidus ex natura prępipit cibos reliquis pullis. Itaque pigueſcit & nitidus in se nutricem conuertit. Illa gaud& eius spetie miraturq; sese ipsam quod tale pepit suos cōparatione eius damnat ut alienos: absumiq; etiam se inspectāte patit donec corripiat: ipsam quoq; iam uolandi potens nulla tamē auium suauitate carnis comparatur illi

MIlui ex eodem Accipitrum genere magnitudine differunt notatum in his rapacissimam ac famelicam semper alitem nihil exculenti rapere umq̄ e funerū ferculis: nec olympię ex ara: ac nec ferentium quidem manibus nisi lugubri municipiorum imolantium ostento. Idem uident artē gubernādi docuisse caudę flexibus in cęlo monstrante natura: quod opus est& in profundo. Milui & ipsi hibernis mēsibus latent non tamen ante hyrūdines abeuntes. Tradunt autem & solsticiis affici podagra

VOlucrū prima distictio pedibus maxime constat: aut ei aduncos ungues habēt aut digitos: aut palmipedum i genere sunt uti anseres & aquatice fere aues aduncos ungues habentia carne tantum uescunt ex parte maxima.

COrnices & alio pabulo utique duriciam nucis rostro repugnātem: uolantes in altum in saxa tegulasq; iaciunt. iterum ac sępius donec quassatam perfringere

queant. Ipsa ales inauspicatę garrulitatis: a quibusdam tamen laudata. Ab arcturi sydere ad hyrundinū aduētū: notatur eam in mineruę lucis templisq; raro: alicubi omnino non aspici sicut Athenis. Prętera hęc sola etiam uolantes pullos aliq̄diu pascit inauspicatissima fętus tempore: hoc est post solsticiū. Cętere omnes ex eodem genere pellūt nidis pullos: ac uolare cogūt sicut corui q & ipsi non carne tantū alūt sed robustos quoq; fętus suos longius fugant. Itaq; p aruis iuicis nō plus bina coniugia sunt. Circa cranonem quidem Thessalię singula perpetuo geitores soboli loco cędunt. Diuersa in hac & supradicta alitę quędam corui ante solsticium generant. Itē nigrescunt sexagenis diebus siti anteq̄ maxime fici coquant antumno. Cornix ab eo tempore corripit morbo. Corui pariunt ut plurimū quinos: ore eos parere aut coire uulgus arbitrat: ideoq; grauidas si ederint coruinum ouum per os partum reddere atque in totum difficultate parere si tecto inferant. Aristoteles negat non hercule magisquā in egipto ibim. Sed illam exosculationem quę sępe cernit qualem in columbis esse. Corui in auspiciis soli uident intellectum habere significationū suarū Nam cum medi hospites occisi sunt omnes e peloponesso & attica regione uolauerunt: pessima eoy significatio cum glutiunt uocem uelut strangulati. Vncos ūgues et nocturnę aues habent ut noctua: bubo: ululę omnium hay hebetes iterdiu oculi Bubo funebris & maxime abhominatus publicis prępcipue auspiciis deserta incolit nec tantum desolata: sed dira etiam & inaccessa noctis monstry: nec cantu aliquo uocali: sed gemitu. Itaq; in urbibus aut omnino in luce uisus diy ostentū est priuatorū domibus insidentē plurimū scio nō fuisse feralē. Volat nūq̄ quo libuit: sed trāsuersus aufert. Capitolii cellam ipsam intrauit Sexto P. Elio bistro & L. Pedanio Consulibus: propter quod nouis martiis urbs lustrata est eo anno.

INausipicata est & incendiaria auis: propter quam sępe numero lustratam urbē in annalibus inuenimus sicut lucio Cassio & C Mario Consulibus: quo anno & bubone uiso lustrata est: quę sit auis ea: nec reperitur. nec traditur. Quidā ita interpretant incendiariam esse quacūq; apparuerit carbonem ferens ex aris uel altaribus alii spintburnicem eam uocant: sed hęc ipsa quę esset iter aues qui se scire dicer& nō inueni.

CLiuiam quoq; auem ab antiquis nominatam animaduerto ignorari. Quidam clamatoriā dicūt: labeo prohibitoriā et apud Nigidium subim appellatur auis quę Aquilay oua frangit.

SVnt prętera cōplura genera depicta in hetrusca disciplina: sed sęculis ulli non uisa: quę nunc defecisse mirū est: cū abundent etiam quę gula humana populatur.

EX ternoy de auguriis peritissime scripsisse Illaphis nomine putatur. Is tradit noctuam: bubonē: picum arbores cauantē. Trigonem cornicem a cauda de ouo exire: quoniam pondere capitum peruersa oua posteriorē partē corporum fouendā matri applicent.

NOctuay contra aues solers dimicatio maiore circūdante multitudine resupinę pedibus repugnant: collectęq; in arctum rostro & unguibus totę tegunt. Auxiliat accipiter collegio quodam naturę bellumq; partit. Noctuas sexagenis diebus hyemis cubare & viii. uoces habere tradit. Nigidius

SVnt & paruę aues uncoy unguium: ut pici: marcii cognomine insignes & in auspiciis magni: quo in genere arboy cauatores scandentes in surreptū felū modo. Illi uero & supini percussi corticis sono pabulum subesse intelligūt: pullos i cauernis educant auium soli: adactos cauernis corū a pastore cuneos admota quadā herba ab his labefactari credit uulgo. Trebius auctor est clauum uel cuneū adactū quantalibus ui arbori in qua nidum habeat statim exilire cum strepitu arboris cum

insederit clauo aut cuneo. Ipsi principales latio sunt in auguriis a rege qui nomen huic aui dedit. Vnum eorꝫ prescitum transire non queo. In capite prętoris urbaī L. Tuberonis in foro iura pro tribunali reddentis sedit ita placide ut manu prebēderet. Respondere uates exitium imperio portendi si dimitteret. At si exanimaret prętori: & ille protinus hanc concerpsit: nec multo post impleuit prodigium. Vescunt et glande in hoc genere pomisq; multę: sed quę carne tantū non uiuunt excepto milruo quod ipsum in auguriis diuꝫ est.

VNcos ungues habentes omnino non congregant & sibi quęq; prędant. Sunt autem omnes fere altiuolę pręter nocturnas & magis maiores omnibus: alę grandes: corpus exiguum: ambulant difficulter in petris raro consistunt: curuatura unguium prohibente. Nunc de secundo genere dicamus: quod in duas diuidit species: oscines & alites. Illaꝫ generi cantus oris: his magnitudo differentiā dedit. Itaq; precedent ordine omnes reliquas.

IN his pauonum genus cum forma tum intellectum eius & gloriam gēmatos laudatos expandit colores aduerso maxime sole: quia sic fulgentius radiat. Simul imbre quodam repercussus ęteris qui & in opaco clarius micant cōcauata quęrit cauda: omnesq; in aceruum contrahit pennaꝫ quos spectari gaud& oculos. Item cauda annuis uicibus amissa cum foliis arboꝫ donec renascatur alia cum flore pudibundus ac męrens quęrit latebram. Viuit annos xxv. Colores incipit fundere in trimatu. Ab auctoribus non gloriosum tantum animal hoc tradit: sed & maliuolum sicut ansęꝫ uerecūdum: quoniam has quoq; quidā addiderūt notas in his haud probatas mihi: pauonem cibi gratia Romę primus occidit orator hortensius exitiali cęna sacerdocii. Saginare primus instituit circa nouissimū pyrrhaticū bellum. M. Aufidius lurco: ex quo quęstu redditus his sestertia sexagena. M: habuit.

PRoxime gloriā sentiunt & hi nostri uigiles nocturni: quos excitandis in opa mortalibus rumpendoq; somno natura genuit. Norunt sydera & ternas distinguūt horas interdiu cantu: cum sole eunt cubitū: quartaq; castrēsi uigilia ad curas laboręq; reuocant: nec solis ortū incautis patiuntur obrepere: diemq; ueniente nūciant cantu Ipsum uero cantum plausu laterum: imperitant suo generi: & regnū in quacūq; sunt domo exercent dimicationem pariter hoc inter ipōs uelut ideo tela agnata cruribus suis intelligētium finis sępe cōmorientibus: quod si palma contingit: statim in uictoria canunt seq; ipsi principes testant. Victus occultat silens: egreq; seruiciū patitur & plebs tamē ęq; supba graditur ardua ceruice cristis celsa ęclūq; sola uolucrum aspicit crebro in sublime caudam quoq; falcatam erigens. Itaq; terrori sunt etiā leonibus dominis ferarū generosissimis. Iam ex his quidam ad bella tantum & pręlia assidua nascuntur: quibus etiam patrias nobilitarūt. Rhodum aut Tanagrā secūdus est bonos habitus meliciis & chalcidicis ut plane dignę aliti tantum honoris phibeat. Roāna purpura. hoꝫ sunt tripudia solistima: hi magistratus nostros quotidie regunt domusq; ipsi suas claudunt ac referant: hi fasces Romanos impellūt aut retinent. Iubent acies ac prohibent uictoriaꝫ toto orbe partarum auspices hi maxime terrarum imperio imperitant. Ex his etiam fibris quę aut aliter opimae uictimę diis gratę habent ostenta ex se & prępositi eorꝫ uespertiniq; cantus. Nāq; totis noctibus canendo hoeciis nobilem illam aduersus lacedęmonios pręsagiuere uictoriam ita coniecta interpretatione: quoniā uicta ales illa non caner&. Desinūt canere castrati: quod duobus fit modis lumbis adustis candēte ferro aut imis clunibus: mox ulcere oblito figulina creta facilius ita pinguescunt Pergami omnibus annis spectaculum galloꝫ publice editur ceu gladiatoꝫ. Inuenitur ī annalibus in agro Ariminensi. M. lepido. Q. Catulo Cōsulibus in uilla Galerii locutū gallinaceū semel quod ego sciā.

ESt & anseri uigil cura capitolio testata defenso per id tempus canum silentio proditis rebus: quamobrcusam cibaria anseꝫ censores in primis locant: quin & fama amoris argis dilecta forma pueri nomine oleni & Glauces ptolomęo Regi citbara canentis: quem ex eodem tẽpore & aries amasse proditur: potest & sapientię uideri intellectus bis esse. Ita comes perpetuo adhęsisse lacidi philosophb dicit̃ nusquã ab eo non in publico: non in balneis: non noctu: non interdiu digressus. Nostri sapientiores: qui eos recoris bonitate nouere fartilibus in magnam amplitudinẽ crescit Exemptum quoq; lacte mulso augetur nec sine causa in quęstione est quis primus tantum bonum inuenerit. Scipio an metellus uir consularis M. Sesseius eadẽ ętate eques Romanus. Sed quod constat messalinus. Cotta messalę oratoris filius palmas pedum ex bis terrore atque patinis cum gallinaceoꝫ cristis condire reperit: Tribuet̃ enim a me culinis cuiusq; palma cum fide: miꝫ in hac alite a morinis usq; Romam pedibus uenire: fessi pferunt̃ ad primos: Ita cęteri stipatione naturali ppellunt eos Candidoꝫ alterum uectigal in pluma uellunt̃ quibusdam locis bis in anno: rursus plumigeri uestiunt̃: mollior quę corpori proxima: & e germania laudatissima. Candidi ibi: uerum minores gantę uocant̃ pręcium plumę boꝫ in libras denarii quini et ide crimina plerũque auxilioꝫ prefectis a uigili statione ad hęc aucupia dimissis cohortibus totis: eoq; delicię pcessere. ut sine hoc instrumento durare iam ne uiroꝫ quidem ceruices possint. Aliud reperit syrię pars quę comagene uocat̃. Adipẽ eorũ in uase aereo cum cynamo niue multa obrutum: ac rigore gelido maceratũ ad usum pręclari medicaminis: quod ab gente dicit̃ Comagum. Anserini generis sunt clienalopetes: e quibus lautiores epulas non nouit Britania chenorenetes: fere anseres minores. Dec& et craionas suus nitor absolutaq; nigritia in superciliis cocci rubor Alteꝫ eoꝫ genus uultuꝫ magnitudinẽ excedit: quoꝫ & colorẽ reddit: nec ulla auis excepto strucocamello maior corpore implens pondus in tantum aucta ut in terra quoq; immobilis prehendit̃. Gignunt eos alpes & septẽtrionalis regio. In auiariis saporem perdunt moriunt̃ contumacia spiritu reuocato proxie eis sunt quas hispania aues tardas appellat: gręci aotidas damnatas in cibis emissa eni ossibus medulla odoris tedium exemplo sequit̃.

INducias hab& gens pygmęoꝫ ab ascessu gruum ut diximus cum bis dimicatium: inmensus est tractus quo ueniunt: si quis reputet a mari eo quando pficiscũt̃ consertim uolant ad prospiciendum alte ducem quem sequunt̃. Eligũt in extremo agmine peruices qui acclament dispositos habent & qui gregem uoce cõtineãt. Excubias habent nocturnis temporibus lapillum pede sustinetes: qui laxatus somno decidens in diligẽtiam coarguat: cęterę dormiunt capite subter alam condito alternis pedibus insistentes. Dux erecto prouid& collo ac prędicit. Eędem mansuefactę lasciuiunt gyrosq; quosdam indecoro cursu uel singulę peraguut. Certum est pontum transuolaturas primum omnium angustias petere inter duo promontoria cursum opponet caramium mox sabura stabiliri cum mediũ transierint abiici lapillos e pedibus cum attigerint continẽtem & e gutture harenam. Cornelius nepos qui Diui Augusti principatu obiit: cum scriber& turdos pauloante cęptos saginari. Addidit Ciconiam magis placere q̃ grues: cum hęc nunc ales inter primas expectatur illam nemo uelit tetigisse.

CIconię quonam e loco ueniant aut quo se referãt icompertum adhuc est. E lõginquo uenire nõ dubium: eodẽ quo grues modo. Illas hyemis has estatis aduenas Abiturę cõgregãtur in loco certo: comitatęq; sic ut nulla sui generis relinquatur nisi captiua & serua ceu lege prędicta die recedunt. Nemo uidit agmen discedẽtium: cũ discessurũ appareat nec uelre: sed uelisse cernimus. Vtrunq; nocturnis fit tẽporibus Et q̃uis ultra citraue peruolẽt nũq̃ tamen aduenisse usquã nisi noctu existimat̃: py-

thonoſcomē uocant in aſia patētibus cāpis: ubi cōgregatę iter ſe commurmurāt: eāq; quę nouiſſima aduenit lacerant atq; ita abeunt. Notatum eſt poſt idus auguſtas nō temere uiſas ibi. Sūt qui ciconiis non ineſſe linguam confirment: bonos his ſerpētum exitio tantus ut in theſſalia capitale fuerit occidiſſe: eadem legibus pęna quę in homicidiis.

Simili anſeres quoq; & olores ratione commeāt: ſed boꝫ uolatus cernit̃ liburnicaꝫ more roſtrato impetu ferunt̃ facilius ita ſcindētes aera q̃ ſi recta fronte impelleret a tergo ſenſim dilatāte ſe cuneo porrigit̃ agmē: large quia uēto impellēte prębet̃ aurę colla iponūt pręcedētibus feſſos duces tergo recipiūt cicoię nidos coſdē repetūt: genitricum ſenectam inuicem educant.

Loꝫ morte narrat̃ flebilis cantus falſis ut arbitror aliquot experimētis. Idem mutua carne ueſcunt̃ inter ſe. Verum hęc cōmeantium per maria terraſq; peregrinatio nō patitur differri: minores quoq; quibus eſt natura ſimilis. Vtrunq; enī ſupradictas magnitudo & uires corpoꝫ iuitare uideri poſſunt.

Coturnices ante & ſemper adueniunt q̃ grues: parua auis & cum ad nos uenit terreſtris potius q̃ ſublimis aduolat. Et hęc ſimili modo non ſine periculo nauigātium cum appropinquauere terris quippe uelis ſępe incidūt & hoc ſemper noctu merguntq; nauigia. Iter eſt his per hoſpitia certa auſtro non uolant huīdo. ſ. & grauiore uento. Aura tamen uebi uolunt propter pōdus corpoꝫ uireſq; pinis: hinc illa uolantium cōqueſtio labore expreſſa. Aquilone ergo maxime uolant. Ortygometra duce primam eaꝫ terrę appropinquātem accipiter rapit. Semper hinc remeantes comitatum ſollicitant: abeūtq; una per ſua ſigna glottis otus & cycramus. Coturnicibus uenenī ſemen gratiſſimus cibus: quamobcauſam eas damnauere menſę ſimulq; ꝓpter comicialem morbum deſpui ſuetum quem ſolę animalium ſentiunt prēter hominem.

Glottis perlongam exerit liguam: unde ei nomen huic initio blandita peregrinatione auide profectam penitentia in uolatu cum labore. ſ. ſubit reuerti ico mitatam pig& et ſequi: nec unq̃ plus uno die pergit in proximo hoſpitio deſerit. Verū inuenitur alia antecedēte anno relicta ſimili modo in ſingulos dies: cycramus perſeuerantior feſtinat etiam peruenire ad expetitas ſibi terras. Itaque noctibus eas excitat admonetq; itineris.

Otus bubone minor eſt noctuis: maior auribus plumeis eminētibus: unde & nomē illi qdā latine aeſionē uocāt imitatrix: alia auis ac paraſitra: & quodā genere ſaltatrix. Capitur haud difficulter ut noctua intenta in aliquam circūeūte alio quod ſi uentus agmē aduerſo flatu cęperit inhibere ponduſculis lapidum apprehēſis aut gutture harena repleto ſtabilitate uolāt.

Abeunt et hyrundines hybernis menſibus ſola carne ueſcēs auis: ex his quę aduncos ungues non habent: ſed in uicina abeunt africę ſecutę montium receſſus. Inuentęq; iam ſunt ibi nudę atq; deplumes. Thebaꝫ tecta ſubire negant̃: quoiā urbs illa ſępius capta ſit: nec bizicis in thracia propter ſcelera terei. Cecina uolacetranus equeſtris ordinis quadrigaꝫ dominus comprehenſas in urbe ſecū auferens uictorię nuntias amicis mittebat. In eundem nidum remeantes ilico uictorię comites. Tradit & Fabius pictor in annalibus ſuis cū obſideretur preſidium Romanū a liguſtis appulis hyrundinū a ſe epiſtolam allatam ne lino ad pedē eius alligatō nodis ſignificar& quoto die adueniente auxilio eruptio fieri deber&. Volucrum ſoli hirūdini flexuoſi uolatus uelox celeritas: quibus ex cauſis rteq; rapinę cęteraꝫ alitū obnoxiae ſunt. Ea demum ſola auium non niſi in uolatu paſcitur.

Abeunt & merulę turdiq; & ſturni ſimili modo in uicina: ſed hi plumam non amittunt nec occultantur. Viſi ſępe ibi: quo hybernum pabulum petūt. Itaq; i

Germania hyeme maxime turdi cenuntur. Vere turtur occultatur pēnasq; amittit: abeunt & palumbes quonam & in his icertum. Sturnoꝫ generi propriū cateruatim uolare & quodam pilę orbe circūagi omnibus in mediū agmen tēdentibus.

TEmporum magna differentia auibus peremnes ūt columbę. Semestres ut hyrundines. Trimestres ut turdi uel turtures & quę cum fętum eduxere abeunt ut gargali uppupę.

VEctores sunt omnibus ānis aduolare Ilium ex ęthiopia aues & confligere ad mēnonis tumulum: quas ob id mēnonidas uocant. Hoc idem quinto quoq; anno facere eas in ęthiopia circa regiam mēnonis exploratum sibi Cremutius tradit. Simili modo pugnant meleagrides in Boecia affricę: hoc est gallinaꝫ genus gitberum uarius sparsum plumis: quę nouissimę sunt peregrinarū auium immensas receptę propter ingratum uirus. Veꝫ meleagri tumulus nobiles eas fecit.

SEleucides aues uocantur: quaꝫ aduentū ab ioue pręcibus ĩpetrant Casini mōtis incolę fruges eoꝫ locustis uastantibus nec unde ueniant: quoue abeant cōpertū nūq; conspectis nisi cum pręsidio eaꝫ indiget.

INuocant ęgyptii ibides suas contra serpentium aduētum & eleusimi acorem deum muscarum multitudine pestilentiam afferente quę protinus intereunt: qua litatum est ei deo.

SEd in secessu & noctuę paucis diebus latere tradunt: quaꝫ genus in Creta insula non est & etiam si qua inuecta sit emoritur. Nam hęc quoq; mira naturę differentia: alia alis locis negat tanq; genera frugum fruticū ue: sic & animaliū non nasci translaticium inuecta mori. Mirum quidem illud est unius generis saluti aduersum. Quę ut ista naturę inuida aut qui terrarum dicati auibus termini. Rhodos aquilam non hab&. Transpadana italia iuxta alpes larium lacum appellat amęnum arbusto agro: ad quem Ciconię non transmeant: sicuti nec octauum citra lapidem ab eo ĩmenso alioquin finitimo. Insubrium tractu examina gracculoꝫ & monedularum: cui soli aui furacitas auri ar gētiq; pręcipua mira est. Picus martius in Taretino agro negat esse: nuper & adhuc tamen rara ab appennino ad urbē uersus cerni cępere. Picarum genera quę longa insignes cauda uarie appellant: propriū his calueſcere omnibus annis cum seritur rapa: perdices nō trāsuolāt boecię fines in attica nec ulla auis in pōto īsula: qua sepultus est Achilles infestat sacratam ei ędem. In fidenate agro iuxta urbem. Ciconię nec pullos nec nidum faciunt. At in agꝫ uolaterānū palūbium uis e mari quot ānis aduolat: Romę in ędē herculis in foro boario: nec muscę: nec canes intrant. Multa pręterea similia quę prudens subinde omitto in singulis generibus fastidio parcens: quippe cum Theophrastus tradat iuectitias esse ĩ asia etiā colūbas & pauones & ceruos. Et in cyrenayca uocales ranas: alia admiratio circa oscines fere mutāt colorem uocemq; tempore ānī: ac repēte fiūt alię: quod in grandiore alitū genere grues tantum. Eę eni senectute nigrescunt. Merula ex nigra rufescit: canit ęstate hyeme balbucit. circa solsticiū muta. Rostꝫ quoq; amiculis in ebur transfigurat dūtaxat maribus. Turdis color ęstate circa ceruice. Varius hyeme cōcolor: luscinis diebus ac noctibus continuis. xv. garrulus sine itermissu cātus dēsante se frōdium germine nō in nouissimū digna miratu aue primum tāta uox tā paruo ĩ corpusculo: tam pertinax spiritus: demum ĩ una pfecta musicę sciētia. Modulatus editur sonus & nūc cōtinuo spiritu trahitur in lōgum: nūc uariatur iflexo nūc distinguitur cōciso: copulatur ĩ torto: promitur: reuocatur ifuscatur ex iopiātu. Interdum & secum ipse murmurat: plenus grauis acutus creber extētus: ubi usum est uibrās summus medius imus: breuiterq; omia tam paruulis ĩ faucibus: quę tot

exquisitis tibiaꝫ tormētis ars hominū excogitauit: ut non sit dubium hāc suauitatē
premōstratam efficaci auspicio cum in ore Itesichori cecinit ifantis. At ne quis du-
bit & artes esse plures: singuli sunt cantus & nec idem omnibus sed suus cuiq; cer-
tant inter se palamq; animosa contētio est uicta morte finit sepe uitā spiritu prius
deficiente q̄ cantu meditant̄ alie iuueniores uersusq; quos imitētur accipiūt. Audit
discipula intentione magna & reddit uicibus quē reticens itelligit emēdate correctio
et in docēte quēdam reprehensio. Ergo seruoꝫ illis preda sunt: & quidem amplior
q̄ quibus olim armigeri parabant̄. Scio uisu candidam alioquin quod est prope in-
usitatum menisse quē agrippine Claudii principis coniugi dono daret̄. Visum iā
sepe iussas canere cepisse: & cum symphonia alternasse: sicut homines repertos: qui
sonum eaꝫ addita in transuersas harundines aqua in foramen spirantes linguē ue
parua aliqua opposita mora indiscretā redderent similitudinē. Sed hē tantē: tamque
artifices argutie a xv. diebus paulatim desinūt: nec ut fatigatas possis dicere. aut sati-
atis. Mox estu aucto in totum alia uox fit: nec modulata aut uaria. Mutatur & color
postremoq; hyeme ipsa non cernit̄ & linguis eaꝫ tenuitas illa prima nō est quē ce-
teris auibus pariunt uere primo cōplurimū sena oua: alia ratio ficedulis. Nam for-
mam simul coloremque mutant: hoc nomen autumno non habent: postea melā-
coriphi uocant̄ sic & erartaeus hyeme. Idem phenicurus estate. Mutat & uppupa
ut tradit Esebilus poeta obscena alias pastu auis crista uisenda plicatili cōtrahens eā
subrigensq; per longitudinē capitis. Oenanthe quidem & statos latebrē dies hab &
exoriēte syrio occultata. Ab occasu eiusdē prodit: quod miramur ipsis diebus utrūq;
Clorion quoque qui totus est luteus hyeme non uisus circa solsticia procedit.

MErulē circa cyllenem arcadiē: nec usq̄ alicubi candidē nascunt̄. Ibis circa pe-
lusium tantum nigra est: ceteris omnibus locis candida:

OScines preter exceptas nō temere fetus faciūt āte equinoctium uernū: aut post
autumnale. Ante solsticium autē dubios: post solsticium uitales.

EO maxime sunt insignes halcyones dies: eaꝫ partus qui quoq; nauigāt maria
nouere. Ipsa auis paulo āplior passere: colore cyaneo ex pte maiore tantū purpureis
et candidis admixta pennis: collo gracili ac procero. Alterū genus eaꝫ magnitudine
distinguit̄ & cantu minores in harundinetis canūt: Halcyonem uidere rarissimum
est: nec nisi uergiliaꝫ occasu & circa solsticia brumam ue nauē aliquando circūuolata
statim in latebras abeuntē. Fetificant bruma quidies halcyonides uocantur: placido
mari per eos & nauigabili siculo maxime in reliquis partibus est quidem & mitius
pelagus siculum utrinque tractabile. Faciunt autem septem ante brumam diebus
nidos & totidem sequentibus pariūt. Nidi eaꝫ admirationē habēt pilē figura pau-
lulum eminenti ore per quam angusto grandium spongiaꝫ similitudine ferro iter-
cidi non queunt. Franguntur ictu ualido ut spuma arida maris: nec ūde cōfringāt̄
inuenitur. Putant & spinis aculeatis piscibus eni uiuūt. Subeunt & i amnes pariūt
oua qna. Gauie in petris nidificant: mergi in arboribus pariunt oua plurimū terna:
sed gauie estate: mergi incipiente Vere.

HAlcyonum nidi figura reliquaꝫ quoq; solertie nos admonent: neq; alia parte
ingenia auiū magis admiranda sunt. hyrūdines luto cōstruunt: stramēto roborant.
Si quando inopia est luti madefactū multa aqua pennis puluerem spargūt ipsum
uero nidum mollibus plumis fractis florisq; cōsternūt tepefaciendis ouis simul ne
durus infantibus sit pullis. In fetus summa equitate alternant cibos notabili mūdi-
cia egerunt excremēta pulloꝫ adultosq; circūagi docent: & foris saturitatem emittere

Alteꝫ genus hyrundinum eſt ruſticarum et agreſtiũ: quę raro in domibus diuerſos figura: ſed etiã materia configũt nidos totos ſupinos faucibus porrectis in anguſtũ utero capaci. Mirum qua peritia occultandis habiles pullis & ſubſternẽdis molles. In ęgipto heradeatico hoſtio molẽ continuationẽ nidoꝫ euagãti. Nilo inexpugnabilem opponũt ſtadii fere unius ſpacio quod humano opere perfici non poſſ&. In eadem iuxta oppidum compton inſula eſt ſacra Iſidi quam ne lacer& nimis idem muniũt ope iſipientibus uernis diebus palea & ſtramẽtis roſtro firmãtis cõtinuatis p triduũ noctibus tanto labore: ut multas in opere emori cõſt&. eaq; milicia illis cũ anno redit ſemper. Tertium eſt eaꝫ genus: excauant ripas atq; ita nidificant: harum pulli ad cinerem ambuſti mortifero fautium malo multiſq; aliis morbis humai corporis medent. Non faciunt hę nidos: migrantq; multis diebus ante ſi futuꝫ eſt ut auctus ãnis attingat. In genere uitę ripaꝫ eſt cui nidus ex muſco arido ita abſoluta pficit pila ut inueniri nõ poſſit aditus. Agatilis appellat eadẽ figura ex lino itexẽs picoꝫ aliquis ſuſpenditur ſurculo primis in ramis cyati modo ut nulla quadrupes poſſit accedere. Gangulos quidem ipſos depẽdẽtes pedibus ſomnũ capere cõfirmãt quia tutiores ita ſe ſperant. Iam publicum quidem omniũ eſt tabulata ramoꝫ ſuſtinendo nido prouide eligere ab ymbre camerare aut fronde protegere denſa. In arabia cynamolgus auis appellatur Cinami ſurculis nidificat plũbatis eos ſagittis decuciunt indigenę mercis gratia. In ſcythiis auis magnitudine othidis binos parit leporina pelle ſemper in cacuminibus ramorum ſuſpẽſa picę: cum diligẽtius uiſum ab homine nidum ſenſere: oua tranſgerun talio: hoc in his auibus quaꝫ digiti non ſint accomodati cõplectendis tranſferendisq; ouis miro tradit modo. Nam ſurculo ſuper bina oua impoſito ac feruminato alui glutino ſubdita ceruice medio ęq̃ utriq; libra deportant alio nec uero his minor ſolertia: quę cunabula in terra faciũt corpis grauitate prohibite ſublime petere merops uocat genitores ſuos recõditos paſcens pallido intus colore pennaꝫ ſupne cyaneo priore ſubrutilo. Nidificat in ſpecu ſex pedum defoſſa altitudine perdices ſpina & frutice ſicut muniunt receptaculum ut contra feram abunde uallẽtur: ouis ſtragulum molli puluere contumulant: nec in quo loco peperere incubant: ne cui frequẽtior conuerſatio ſuſpecta ſit tranſferũt alio Illę quidem & maritos ſuos fallunt: quoniam intẽperantia libidinis frangunt earũ oua ne incubando detineant. Tunc inter ſe dimicant mares deſiderio ſęminarum. Victum aiunt uenerem pati. Id quidem & coturnices & gallinaceos aliquando perdices uero a domitis feros & nouos aut uictos iniri promiſcue. Capiunt quoq; pugnacitate eiuſdem libidinis contra aucupis indicem exeunte in pręlium duce totius gregis: capto eo procedit alter ac ſubinde ſinguli. Rurſus circa conceptũ ſęminę capiunt cõtra aucupem ſęmina exeũte: ut rixando abigat eum nec in animali alio par opus libidinis ſi contra mares ſteterint ſęminę aura ab his flante prągnãtes fiũt hyantes autem exerta lingua per id tempus ęſtuant cõcipiũt & ſuper uolantiũ afflatu ſępe uoce tãtum audita maſculi: adeoq; fecit libido etiam fętus charitatẽ: ut illa furti & in occulto incubans cum ſenſit ſęminã aucupis accedentẽ ad marẽ laniet reuocetq; et ultro prębeat ſe libidini. Rabie quidem tanta ferunt ut in capite aucupantiũ ſępe cęcę metu ſedeant. Si ad nidum is cęperit accedere procurrit ad pedes eius fęta prągrauem aut delumbẽ ſeſe ſimulans: ſubitoq; in ꝓcurſu aut breui aliquo uolatu cadit tracta aut ala: aut pedibus procurrit. Iterum iam iam prehẽſuꝫ effugiens: ſpęq; fruſtrans donec in diuerſum abducat a nidis. Eadem in pauore libera ac materna uacãs cura in ſulco reſupina gleba ſe terrę pedibus appręhẽſa operit: perdicum uita ad xvi annos durare exiſtimat.

AVes columbarum maxime ſpectant ſimili ratione mores ide et pudicitia illis prima & neutri nota adulteria coniugii fidem nõ uiolant cõmunęq; ſeruãt domum niſi celebs aut uidua domum non relinquit & imperioſos mares. Subide etiã

iniquos ferunt: quippe cum suspitio est adulterii: q̃uis natura non sit: tunc plenũ querela guttur: sęuiq; rostro ictus: mox in satisfactione exosculatio & circa ueneres pręceps. crebris pedũ orbibus adulatio. Amor utriq; sobolis ęqualis. Sępe & ex hac causa castigatio pigrius intrante fęmina ad pullos parturiẽti solatia & ministeria ex mare pullis primo salsiorem terram collectam gutture. In ora inspuunt pręparåntes tẽpestiuitatem cibo: proprium generis eius & turturum cũ bibant collo non resupinare: largeq; bibere iumẽto⁊ modo.

Viuere palumbes ad tricesimũ annũ reliquos ad xl. Aristoteles auctor est uno tantum incõmodo unguium: eodem & argumento senectę qui citra perniciẽ reciduntur. Cantus omnibus similis atq; idem trino conficit̃ uerlu prętercq; i casula genitus hyeme mutis uere uocalibus. Nigidius putat cum oua incũbat sub tecto nominata palũbem relinquere nidos: pariunt autem post solsticia. Colũbę & turtures. Octonis annis uiuũt.

Contra passeri minimũ uitę cui salacitas par· Mares negant̃ anno diutius durare argumẽto quia nulla ueris initio apparcat nigritudo in rostro: quę ab ęstate incipit: fęminis longiusculum spatium. Verum colũbis inest quędam gloria intellectus nosse credas suos colores uariętatemq; dispositam: qua etiã ex uolatu creditur plaudere in ęlo uarieq; sulcare: qua in ostentatione ut uictę prębent̃ accipitri implicatis strepitu pennis qui non nisi ipsis alaꝫ humeris eliditur: alioquin soluto uolatu in multũ uelocioré speculat̃ occultus frõde latro & gaudente in ipsa gloria rapit.

OBiid cum bis habenda est auis quę titingulos uocatur: defendit .n. illas teretq; accipitres naturali potẽtia in tantũ ut uisum uocemq; eius fugiãt: hac de causa prącipuus columbis amor eorum ferũtq; si in quattuor angulis defodiantur in ollis nouis oblitis nõ mutare sedem colũbas: quod auro infectis alaꝫ articulis quęsiuere aliq non aliter inoxius uulneribus multiuaga alioqui aue. Est .n. ars illis iter se blãdiri & corrumpere alias furtoq; cõmutatores reuerti quin & internũcię in rebus magnis fuere & epistolas annexas earum pedibus obsidione mutinẽsi in castra consulũ x. Bruto mittente. Quid uallum & uigilum obsidio: atq; etiam retia amne prętẽta profuere Antonio per ęlum eunte nuntio: & barũ amore insaniunt. Multi super tecta ędificant turres: bis nobilitatẽ singularũ & origines narrant uetere iam exeplo L. Assuis eques Ro. ante bellum Ciuile Põpeianũ denariis quadringentis singula paria uendidit ut. M. Varro tradit quin & patriam nobilitauere in campania grandissime proueire existimatę. Haꝫ uolatus in reputationẽ ęteraꝫ quoq; uolucꝫ nos impellit.

OMnibus anialibus reliquis certus & huiusmodi & in suo cuiq; genere icessus est. Aues solę uario meatu ferunt̃ & in terra & in aere ambulant. Aliq ut cornices saliunt: aliq ut passeres merulę currunt ut perdices rusticulę ante se pedes iaciunt: ut Ciconię grues expandunt alas pendẽtesq; raro iteruallo quatiunt: aliq crebrius: sed & primas dũtaxat pẽnas: aliq & tota latera plaudũt. Quędam uero maiore ex parte cõpressis uolant percussisq; semel. Aliręq; & gemino ictu aere feruntur: uel inclusum eum iaculant̃ prementes sese in sublime in rectum in pronum impingi putes aliq̃s aut missas rursus ab alto cadere illas salire. Anates solę quęq; sunt eiusdẽ generis in sublime protinus sese tollunt atq; e uestigio ęlum petũt: hę etiam ex aq̃ in foueas quibus feras uenamur delapsę solę euadunt. Vultur & fere grauiores nisi ex procursu aut altiore cuniculo immisse nõ euolant. Cauda regũt̃ aliq circũspectãt aliq: aliq flectunt colla: nõnullę uescunt̃ eis quę rapuere pedibus: sine uoce nõ uolãt multę aut ex contrario semper in uolatu silent subreptę pronę obliquę in latera in ora quędam resupine ferunt̃ ut si pariter cernantur plura genera non in eadem natura esse uideantur.

PLurimum uolant quę apodes uocantur quia carent usu pedum. Ab aliis cypseli appellantur hyrundinũ spetie. Nidificant in scopulis hę sunt quę toto mari cernuntur nec ũq̃ tanto longo naues: tãq; cõtinuo cursu recedũt a terra ut nõ circũuolitent eas apodes. Cętera genera resident & insistunt: his quies nisi in nido nulla aut pendent aut iacent & ingenia ęq; uaria ad pastum maxime.

CAprimulgi appellantur grandiores merulę aspectu fures nocturni. Interdiu. n. uisu carent. Intrant pastorũ stabula: caprarũq; uberibus aduolant succũ propter lactis: qua iniuria uber moritur: capriscq; cęcitas quas ita mulsere oboritur petea noiatur aduolans ad eas quę se in mari mergũt & capita illarũ morsu corripiens donec captũ ram extorqueat: eadem cum deuoratis se impl& conchis calore uentris coctas euomit atq; ita ex his exculenta legit testas extrahens.

VIllaribus gallinis & religio inest. Inborrescunt edito ouo: excutiũtq; sese & circũacte purificant: aut festuca aliqua sese & oua lustrant.

MInimę auium cardueles impetrata faciunt nec uocẽ tantũ sed pedibus & ore ꝓ manibus. Est quę boum mugitũ imitetur in arelatẽsi agro: taurus appellata: alioquin parua est. Equorũ quoq; hinnitus anthus nomine herbę pabulo aduentu eorũ pulsa imitatur ad hunc modum se ulciscens.

SVper omnia humanam uocem reddunt psytaci quidã etiam sermocinãtes. India auem hanc mittit psitacẽ uocat uiridem toto corpore torq; tantum miniato in ceruice distinctum. Imperatores salutat & quę accipit uerba pronuntiat: in uino prącipue lasciua. Capiti eius duricia eadẽ quę rostro: hęc cũ loq discit ferreo uerberatur radio non sentit aliter ictus cũ deuolat rostro se excipit: illi imitiur leuiorẽq; se ita pedum infirmitati facit. Minor est nobilitas. quia non ex longiquo uenit: sed expressior loquacitas certo generi picarũ est. Adamant uerba quę loquũtur & discũt & diligunt meditantesq; intra semet cura atq; cogitatione. Intentionẽ nõ occultãt. Constat eimori uictas difficultate uerbi. Aut ni subinde eadẽ audiant memoria falli quęrentesq; mirum in modum hylarescunt: si interim audierit id uerbum: nec uulgaris his forma q̃uis non spectanda. Satis illis decoris in spetie sermonis humani est. Verũ ad discere alias negant posse q̃ quę ex genere earũ sunt & quę glande uescuntur. Et iter eas facilius quibus quini sunt digiti in pedibus ac ne eas quidẽ ipsas primis duobus uitę annis: latior his est lingua omnibus in suo cuiq; genere: quę sermonẽ imitantur humanũ q̃q̃ id pene in omnibus cõtingat:

AGrippina Coniunx Claudii Cęsaris turdum habuit quod nũq̃ ante imitãtem sermones hominum. Cum hoc proderẽ.

HAbebant & Cęsaris iuuenes. Item sturnum luscinias gręco & latino sermone docilis: prąterea meditantes in diem & assidue noua loquentes: longiore etiã cõtextu docentur secreto: & ubi nulla alia uox misceatur assidẽte qui crebro dicat ea quę condita uelit aliquo blandiente.

REddatur & Coruo sua gratia indignationẽ quoque populi Romani testata nõ solum conscia. Tyberio principe ex fętu supra Castoris edẽ genito: pullus i apposita sutrinam deuolauit etiam regione commendatus officinę domino. Is mature sermoni assuefactus omnibus matutinis euolans in rostra in forũ uersus: Tyberium deinde germani cũ & drusum Cęsares nominati mox transeũtẽ populum Romanum salutabat: postea ad tabernã remeans pluriũ annorũ assiduo officio meritus: hunc sine emulatione uicinitatis manceps proxime sutrinę siue iracũdia subita ut uoluit uideri excremẽtis eius posita calceis macula exaniauit tãta plebeis cõsternatione ut primo pulsus ex ea regione mox & interemptus sit: funusq; aliti innumeris celebratum exequiis. Constratum lectum super ęthiopũ duorũ humeros prącedente tibicine & Coronis omnium generũ ad rogum usq; qui cõstrictus dextra

uiq appiq ad secundum lapidem in campo ridiculi appellato fuit. Adeo satis iusta causa Populo Ro. uisa est exequias ingenium auis: aut supplicii de Ciue Ro.. In ea urbe in qua multorum principũ nemo deduxerat funus. Scipionis uero Aemiliani post Carthaginẽ Numantiamque deletas ab eo nemo uindicauerat mortem. Hoc gestum M. Seruilio C N. Cestio Consulibus ad v. kl. Aprilis. Nunc quoque erat i urbe Romana hoc prodẽte me equitis Ro. Cornix hebetica primũ colore mira admodum nigratio: deinde plura contextu uerba exprimens & alia atque alia crebro addiscens: nec non & recens fama Crateri mocerotis cognomine in erriena regione Asiq Coruoq opera uenantis eo q deuehebat in siluas eos insidentes humeris corniculas illi uestigabat agebantq eo pducta cõsuetudine ut exeuntem sic comitaret et feri. Tradẽdum putauere memoriq quidam uisum per sitim lapides congerentẽ in situlam monumẽti: in qua pluuia aqua durabat: sed quq attigi non possi & ita descendere pauẽtẽ expressisse tali cõgerie quantũ potui sufficer&.

Nec diomedeas pręteribo aues. Iuba catharactas uocat: & eis esse dẽtes oculosq igneo colore cetero cãdidas tradens duos semp bis duces alteq ducere agmen alteq cogere: scrobes excauare rostro inde crate consternere & operire terra: quq ante fuerit egesta. In bis fętificare: fores binas omnium scrobibus orientẽ spectare quibus exeant in pascua: occasum quibus redeãt. Alium exonerature subuolare semper & cõtrario flatu: uno bę in loco totius orbis uisunt. In insula quam diximus nobilem diomedis tumulo atq delubro. Contra Apuliq orã fulicaq similes aduenas barbaros clangore infestant grecis tantum adulant miro discrimine: uelut generi Diomedis bęc tribuentes. Eędẽq eum quotidie pleno gutture madentibus pennis perluunt atq purificant. Vnde origo fabulq diomedis sotios in earum effigies mutatos.

Non omittendum est cum de ingeniis disserimus e uolucribus byrũdines esse indociles & e terrestribus mures: cum Elephanti iussa faciant leones iuga subeant In mari uituli: totq piscium genera mitescant.

Bibunt aues suctu ex bis quibus longa colla intermittentes & capite resupinato uelut infundentes sibi porphirio solus morsu bibit. Idem e proprio genere omnem cibum aqua subinde tingens: deinde pede ad rostq ueluti manu afferens laudatissimi in comagene: rostra bis & prelonga crura rubent.

Nacc quidem & hematopodi multo minori q̃q̃ in eadẽ cruq altitudiẽ. Nascit in egypto: insistit ternis digitis: precipuum ei pabulum miscę. Vita in Italia paucis diebus grauiores omnis fruge uescunt: altiuolę: carne tantũ inter aquaticas Mergi solida ut deuorauere quę cęterę reddunt. Oloq similitudinẽ Onocrotali habẽt nec distare existimarent omnino nisi faucibus ipsis inesset & alterius uteri genus. Hęc oia inexplebile animal cõgerit mira ut sit capacitas: mox perfecta rapiã sensim ide in os reddita inferam aluum ruminantis more defert. Gallia bos septẽtrionali proxiã oceano mittit. In hercinio germaniq saltu inusitata genera alitum accepimus: quarum plumę ignium modo colluceant noctibus: in cęteris nihil pręter nobilitatem lõgiquitate factam memorandam occurrit.

Phalerides. i. seleucia parthorum & in Asia aquaticarum laudatissime. Rursus fasianę in colchis geminas ex pluma aures summittũt surrigũtque. Numidicę in parte affricę Numidia omnesq iam in italia phenicopteri liguã precipui saporis esse. Apicius docuit nepotum omnium altissimus gurges: attagen maxiẽ Ionius celeber & uocalis alias: captus uero ommutescens quondam existimatus inter raras aues. Iam & in gallia hyspaniaq capitur & alpibus etiam ubi & ualacrocoraces aues balearũ insularũ peculiares: sicut alpium pirrocorax luteo rostro: niger & precipuo

ſapore:lagopus pede leporino uillo nomen hoc dedere: cętero candido columbarū magnitudine non extra terram eam uesci facile quando nec uita māſueſcit & corpus ociſſime marceſſit. Eſt alia nomine eodem a coturnicibus magnitudine tantum differens croceo tinctu cibis gratiſſima. Viſam in alpibus ab ſe peculiarem ęgypti ibi Magetius Caluinus prefectus eay prodidit.

VEnere in Italiam & Bebriacenſes bellis Ciuilibus tranſpadum & nouę aues. Ita enim adhuc uocant turdoy ſpetie paulum infra columbas magnitudine ſapore gratę. Baleares inſule nobiliorē etiam ſupradicto porphirionē mittunt ibi & buteo accipitrum generis in honore mēſay eſt. Item nibiones ſic uocabat minorem gruem: pegaſas equino capite uolucres & griphas auricata adūcitate roſtri fabuloſas reor. Illos in ſcythia: hos in ęthiopia: equidem & tragophana: de qua plures affirmant maiorem aquilam: cornua in tēporibus curuata habentē ferruginei coloris tantum capite ęniceo: nec ſyrenes impetrauerint fidem hic& affirmēt: Dinō & clytarchus ęlebrati auctores pariter in india eſſe mulcerique eay cantu: quos grauatos ſomno lacerent. Qui credat iſta & melampodi profecto aures lambēdo dediſſe intellectū auium ſermonis dracones non abnuat: uel quę Democritus tradit nominādo aues: quarum confuſo ſanguine ſerpens gignatur quē quiſquis ederit intellecturus ſit alitū colloquia. quęq; de una aue galerita priuati commemorat etiā ſine his īmēſa uitę ambage circa auguria: nominant ab homero. Scopes auium genus. neq; hay ſatyricos motus cum inſident pleriſq; memoratos facile conceperim mente: neque ipſę iā aues naſcunt quamobrē de cōfeſſis diſſeruiſſe pręſtiterit.

GAllinas ſaginare deliati cępere. Vnde peſtis exorta opimas aues & ſuopte corpore unctas deuorandi: hoc primū antiquis cęnay iterdictis excęptū inuenio. Iam lege C. Fanii Cōſulis xi. annis ante tercium punicū bellum nequid uolucy ,pponeret pręter unam gallinā quę nō eſſ& altilis: quod deinde caput tranſlatū per omnes leges ambulauit. Inuentūq; diuerticulum eſt in fraudem eay gallinaceos quoq; paſcendos lacte addito cibis multo ita gratiores approbant fęminę quidē non omnes ad ſaginam eligunt: nec niſi in ceruice pingui cute. Poſtea culinay artes ut clunes ſpectent: ut diuidant in tergora ut a pede uno dilatatę repoſitoria occupent. Dedere et parthi coccis ſuos mores: nec tamen in hoc mangonio quicq̄ totum placet clune alibi tantum pectore laudatis. Auiaria primus inſtituit incluſis omnium generum auibus M. lelius ſtrabo Brunduſii equeſtris ordinis ex eo cępimus carcere animalia coercere quibus natura cęlum aſſignauerat.

MAxie tamē inſignis eſt in hac memoria Clodii Eſopi tragici hiſtrionis patina ſexcētis ſeſtertiis taxata: in qua poſuit aues cantu aliquo: aut humano ſermoē uocales nūmis vi. ſingulas emptas: nulla alia īductus ſuauitate: niſi ut is imitatione hominis manderet. Ne queſtus quidē ſuos reuertitus illos optimos & uoce meritos dignus prorſus filio a quo diximus deuoratas margaritas. Non ſit tamē ut uey fatear facile inter duos iudicium turpitudinis niſi quod minus eſt ſummas rerum naturę opes q̄ hominū linguas cęnaſſe

GEneratio auium ſimplex uidet eſſe cum & ipſa habeat ſua miracula: quoniā et quadrupedes oua gignunt Cameleontes lacertę & item quas diximus ita ſerpentes: pennatoy autem infecūda ſunt quę aduncos habēt ungues generis nulla ex his ſupra quaterna edit oua. Tribuit hoc auiū generi natura: ut fecūdiores eſſent fugaces eay q̄ fortes: plurima pariunt ſtrutiocameli gallinę perdices ſoli coitus auibus duobus modis fęmina conſidēte humi: ut in gallinis: aut ſtante: ut in gruibus. Ouorū alia ſunt candida: ut columbis perdicibus: alia pallida ut aquaticis: alia punctis diſtincta: ut meleagridum: alia rubri coloris: ut faſianis centridis. Intus autem omne

ouum uolucrum bicolor. Aquatici lutei plusq̃ albi: Id ipsum magis luridum quã
cęteris piscium unicolor in quo nihil candidi. Auium oua ex calore fragilia. Serpẽ-
tum ex frigore lenia piscũ ex liquore mollia: aquatiliũ rotũda: reliqua fere fastigio
cacuminata exeunt a rotundissima sui parte dum pariunt̃ molli putamine: sed pro-
tinus durescẽte quibuscũq; emergunt portionibus quę oblonga sunt oua gratioris
saporis putat Oratius flaccus fęminam edunt: quę rotũdiora gignunt̃. reliqua marẽ
Vmbilicus ouis a cacumine inest: ceu gutta eminens in putamine.

QVędam omni tẽpore coeunt ut gallinę & pariunt: prętercq̃ duobus mensibus
hyemis brumalibus. Ex his iuuenes plura q̃ ueteres sed minora & in eodẽ fętu pri-
ma ac nouissima. Est autẽ tanta fęcũditas ut aliquę & saxigena pariãt: aliquę quotti-
die: aliquę bis die: aliquę in tãtum ut & fętu moriantur: Adrianis laus maxima. Co-
lumbę decies anno pariunt: quędam & undecies: In ęgypto uero & brumali mense
hyrundines & merulę & palumbi & turtures bis ãno pariũt. Cętere aues fere semel
Turdi in cacuminibus arborum nidificantes luto pene cõtextũ in secessu generant
A coitu x diebus oua maturescunt in utero. Vexatis autẽ gallinę & columbę penna
euulsa alia ue simili iniuria: Diutius omnibus ouis medio uitelli parua inest uelut
sanguine a gutta quod esse cor auium existimant: primũ in omni corpore id gigni
existimantes in ouo certa gutta ea salit palpitatq; ipsum alias ex aluo liquori oui cor-
poratur̃ Cibi enim in luto est: omnibus intus caput maius toto corpore oculi cõpressi
capite maiores. Increscẽte pullo candor in medio uertit̃ luteum circũfundit̃ xx. die
mouetur ouum iam uiuentis ĩtra putamẽ: uox auditur: ab eodem tẽpore plumescit
ita positus: ut caput supra dextrum habeat pedem: dextram uero alam supra caput
Vitellus paulatim deficit. Aues omnes in pedes nascunt̃. Contraq̃ reliqua animalia,
quędam gallinę gemina oua pariũt: & geminos interdum excludunt: ut Cornelius
celsus auctor est: alterum maiorem aliqui negãt omnino geminos excludi plus xxv.
incubanda subici uetant: parere a bruma incipiunt optiã fętura ante ueꝫ equinoctiũ
post solstitium nata non implent magnitudinẽ iustam: tantoque minus q̃to serius
prouenere.

OVa incubari intra x. dies edita utilissimũ uetera aut recentiora infęcunda subi-
ci ipari numero debẽt quarto die postq̃ cępere icubare. Si cõtra lumẽ cacuminẽ
ouoꝫ apprehenso una manu purus & uniusmodi perluceat color: sterilia existimãt̃
esse: pq; eis alia sustituẽda & in aqua est experimentũ: mane fluitat. Itaq; sidẽtia: hoc
est plena subici uolunt. Concuti uero experimento uetãt: quoniam nõ gignãt con-
fusis uitalibus uenis. Incubationi datur initium post nouam lunam: quia prius in-
cobata nõ prouenunt. Celerius excludunt̃ calidis diebus: ideo ęstate undeuigesiõ
educet fętum hyeme xxv. Si incubatu tonuit oua pereunt & accipitris audita uoce
uiciant̃. Remediũ cõtra tonitrua clauus ferreus sub stramine ouoꝫ positus: aut ter-
ra ex aratro. Quędam autem & citra incubitum sponte natura gignũt: ut in ęgypti
figmentis. Scitum de quodã putatore reperitur. Syracusis tam diu putare solito do-
nec cooperta terra fętum edere oua quin & ab homine perficiuntur.

IVlia augusta prima sui iuuenta Thyberio Cęsare ex Nerone grauida cũ pare-
re uirilem sexum admodũ cuperet: hoc uisa est puellari augurio: ouũ in sinũ fouen-
dũ atq; cũ deponẽdũ haber& nutrici p sinũ tradẽdo ne intermitteret̃ tepor: nec fallo
Augusta augurata ꝓdit̃. Nup ide fortassis inuẽtũ: ut oua calido loco iposita paleis
igne modico foueretur homine uersante pariterq; & statuto die illinc erũpere fętus
Traditur quędam ars gallinarii cuiusdã dicẽtis ęꝫ ex quaque esset̃. Narrant̃ & mor-
SImiliter bis ſcorpiones terreſtres uermiculos ouorũ ſpetie pariunt: ſimiliterq; pereunt peſtis importuna uenenũ ſerpentiũ niſi quod grauiore ſupplicio lenta per triduum morte conficiunt: uirginibus lętali ſemper ictu & fęminis fuere in totum Viris autem in matutino exeuntes cauernis priuſq; aliquo fortuito ictu ieiunium egerant uenenũ. Semper cauda in ictu eſt: nulloq; momẽto meditari ceſſat: ne quãdo deſit occaſioni ferit aliquo ictu & inflexu. Venenũ ab his candidũ fundi. Apollodorus auctor eſt in viiii. genera deſcriptis per colores maxime ſuperuacuos: quoniã non eſt ſcire quos minime exitiales prędixerit geminos quibuſdam aculeos eſſe mareſq; ſęuiſſimos. Nam coitum his tribuit intelligi autem gracilitate & lõgitudie Venenũ omnibus medio die cum incanduere ſolis arboribus. Itaque cũ ſitiũt iexplebilis potus conſtat & ſeptena caudę internodia ſęniora eſſe: pluribus enim ſena ſunt: hoc malum africę uolucres etiam auſtri faciunt pandentibus brachia ut remigia ſubleuantes. Apollodorus idem plane quibuſdam ieſſe pẽnas tradit. Sępe pſilli qui reliquarum uenena terraꝫ inuehẽtes queſtus ſui cauſa peregrinis malis ipleuere italiam: hos quoq; importare conati ſunt. Sed uiuere intra ſiculi cęli regionẽ nõ potuere. Viſuntur tamen aliquando in italia ſed inocui multiſq; aliis in locis. Vt circa pharum in ęgypto in ſcythia interimũt etiam ſues: aliquĩ uiuatiores contra uenena talia nigras quidẽ celerius ſi in aquam ſe imiſerit: homini icto putat remedio ipſoꝫ cinis potus in uino: magnam aduerſitatẽ oleo merſis. Sed ſtellionibus putant eſſe innocuos dumtaxat his qui & ipſi carent ſanguĩ lacęrtaꝫ figura. At qui ſcorpiones in totum nulli nocere quibus non ſit ſanguis: quidam & ab ipſis fętus deuorari arbitrantur unum modo relinqui ſolertiſſimũ. & qui ſe ipſius matris clunibus ipponendo tutus & a cauda & a morſu loco fiat: hunc eſſe reliquoꝫ ultorẽ qui poſtremo genitores conficiat ſupne pariuntur autem undeni.

CAmeleonũ Stelliones quodam modo naturam habent: rore tantum uiuentes prętercq; aranei ſimilis cicadis uita: quaꝫ duo genera. Minores quę primo cõueniũt quę ſunt mutę & nouiſſimę pereunt: ſunt autẽ multę. Sequens eſt uolatu rara quę canant uocantur achetę: & quę minores ex his ſunt tetigonię: ſed illę magis canorę mares cantant in utroq; genere fęminę ſilent. Gentes uelcuntur his. Ad orientẽ etiã parthi opibus abundantibus ante coitum: mares pręferunt a coitu fęminas ouis eaꝫ corruptis quę ſunt candida coitus ſupinis aſperitas pręacuta in dorſo qua excauant fęturę locum in terra. Fit primũ uermiculus: deinde ex ea quę uocatur tetigonictia cuius cortice rupto circa ſolſticia euolãt noctu ſemp primo nigrę atque durę. Vnũ hoc ex his quę uiuũt & ſine ore eſt: pro eo quiddam aculeatum liguis ſimile & hoc in pectore quo rorem lambunt. Pectus ipſum fiſtuloſum hoc canunt achetę ut dicemus de cętero in uentre nihil eſt. Excitatę cum ſubuolant humorem reddũt: quod ſolum argumentũ eſt rore eas ali: iſdẽ ſolis nullum ad excrementa corporis foramẽ

oculis tam hebetes: ut si quis digitũ contrahens ac remittens appropinquat trãseat Quidam duo alia genera faciunt eaꝝ Sucularíam quę fit grandior Frumẽtariã quã alii auenariam uocant: apparet enim simul cum frumentis arentibus.

Cicadę non nascunt̃ in raritate arboꝝ: iccirco nõ sunt cyrenis circa oppidũ: nec in campis: nec in frigidis aut umbrosis nemoribus. Est quędam & his locoꝝ differentia. Milesio paucę sunt loco: sed in cephalonia amnis quidam penuriam earum et copiam dirimit. At in regino agro silent omẽs ultra flumẽ in locrensi canunt pẽnarum illis natura: quę apibus: sed quę corpore amplior.

INsectoꝝ antem quędam binas gerunt pennas ut muscę: quedam quaternas ut apes. Membranis & Cicadę uolant: quaternas habent quę aculeis in aluo armantur Nullum cui tęlum in ore pluribusq; binis aduolat pẽnis. Illis enĩ ultionis causa datum & his auiditatis. Nullis eorum pennę reuuiscũt auulsę nullum cui aculeus in aluo bipennę est quibusdam pẽnaꝝ tutelę crista superuenit: ut serabeis: quoꝝ tenuior fragiliorq; penna his negatus aculeus. Sed in quodam genere eoꝝ grandia cornua pręlonga bifurcis dentata forficibus in cacumine cum libuit ad morsum coeũtibus Infantum remediis etiam & ceruice suspendũtur. Lucanos uocat bos nigidius. Aliud rursus eorum genus e fimo ingẽtis pilas aduersi pedibus uolutant: paruosq; in his contra rigorem hyemis uermiculos fętus sui nidulant̃. Volitant alii magno cũ murmure aut mugitu: alii focos & prata crebris foraminibus excauãt nocturno stridore uocales: lucẽt ignium modo noctu laterum & clunium colore lampirides: nũc pennaꝝ hyatu refulgẽtes: nunc uero cõpręssu obumbrante. non ante matura Pabula aut post defecta cõspicue: e contrario tenebraꝝ alumnę blatę uitam lucẽq; fugiũt i balinea maxime humido uapore prognatę fodiũt. Ex eodem genere rutili atq; pręgrãdes scarabei tellure arida fauos paruę & fistulosę modo spõgię medicato melle fingunt: In Thracia iuxta olynthum locus est paruus in quo unũ hoc animal exaniat̃ ob hoc cantharotocus appellatus: pennę insectis oibus sine scissura. Nulli cauda nisi scorpioni: hic eoꝝ solus & brachia habẽt: & in cauda spiculũ reliquorum quibusdã aculeus i ore. Aliud asilo siue tabanũ dici placẽt. Itẽ culicibus & quibusdam muscis Omnibus autẽ his in ore & pro lingua sunt hi aculei: quibusdam hebetes: neque ad punctum sed ad succum ut musaꝝ generi in quo lingua cuidẽs fistula est: nec sunt talibus dentes: aliis cornicula ante oculos prętẽdunt̃ ignaua ut papilionibus: quędã insecta carent pennis: ut scolopẽdrę. Insectorum pedes: quibus sunt in obliquũ mouentur: quorũdam extremi longiores foris curuantur ut locustis.

LOcuste pariunt in terra demissa spina e cauda oua condẽsa & autumni tẽpore ea durant hyeme terra subsequẽti anno exitu ueris emittunt paruas nigrantes & sine cruribus pẽnisq; reptantes. Itaque uernis aquis intereunt oua sicco uere prouentus maior. Alii duplicem eaꝝ fętum geminumq; exitum tradunt Vergiliarũ exortu parere: dein ad canis ortũ obire & alias renasci: quidã arcturi occasu nasci: mori matres cum pępererit certũ est. Vermiculis statim circa fauces inascẽtibus qui eas strãgulãt Eodem tẽpore mares obeunt etiam friuola ratione morientes. Serpẽtes cum libuit necant singulę faucibus eius appręhensis mordicus. Non nascunt̃ in ruinosis locis In india ternum pedũ lõgitudinis esse tradũtur cruribus & femoribus serraꝝ usum prębere cum martierint. Esse & alios earum obitus cõgregatim sublatę uẽto in maria aut stagna decidunt forte hoc casuque euenit non ut prisci existimauere madefactis nocturno humore alis. Idem quippe nec uolare eas noctibus propter frigora tradiderunt. In mari etiam longinqua maria ab his transiri continuata plurium dierum profectione quod maxime miramur. Tamen quoq; quam propter externa pabula

petiere ferunt mirę pestis ea intelligitur. Nanq; & grandiores cernūtur: & tāto uolāt pēnarum stridore ut aliq alites credāt solemq; obumbrant sollicitis suspectantibus populis ne suas operiant terras: sufficiunt quippe uires & tanquā parum sit maria transisse inmensos pmeant tractus: diráque messibus cōtegunt nubem multa contacta adurentes. Omnia uero morsu erodentes & fores quoque tectorum. Italiam ex africa maxime coorte infestant sępe populo ad sibyllina coacto remedia confugere inopię metu. In cyrenaica regione lex etiam est ter anno diuellendi eas: primo oua deterendo deinde fętum postremo adultas. Desertoris pęna in eum qui cessauerit: et in lennio insula certa mēsura prę finita est: quam singuli enecatarum ad magistratus referant. Graculos quoque ob id colunt aduerso uolatu occurrētes earum exitio. Necari & in syria militari imperio cogunt. Tot orbis partibus uagatur id malum parthis & hę in cibo gratę. Vox earū proficisci ab occipitio uidetur eo loco cōmissuram scapulaꝝ habere quasi dentes existimant: eosq; inter se terrendo stridorē edere. Circa duo ęquinoctia maxime sicut Cicadę circa solsticiū coitus locustarū: qui & insectoꝝ omnium quę coeunt: marem portāte fęmina in eum. Fęminarum ultimo caudę inflexo: tardoque digressu. Minores autē in omni hoc genere fęminis mares.

PLurima insectoꝝ uermiculum gignunt. Nam & formicę similē ouis. Vere & hę comunicantes laborē: sed apes utiles faciunt cibos: hę condunt ac siquis comparet onera corporibus earum fateatur nullis portione uires esse maiores: gerunt ea morsu maiora aduerse postremis pedibus moliuntur humeris obnixę: ex his r.p. ratio memoria cura. Semina abrosa condunt ne rursus in fruges exeāt e terra. Maiora ad introitum diuidunt madefacta imbre proferūt atq; siccant: operant & noctu plena luna. Eędem interlunio cessant. Iam in opere qui labor quę sedulitas. Et quoniam e diuerso cōuehūt altera alterius signa recognoscit. Certi dies ad recognitionē mutuā nundinis dantur. Quę tunc earum cōcursitatio: q̄ diligens cum obuius quędā colloquutio atque percūctatio. Silices itinere earum attritos uidemus & opere semitā factā ne quis dubitet qualibet in re quid possit quantula cūq; assiduitas. Seppelīūt inter se uiuentium solę prę ter hominem. Non sunt in Sicilia pennatę.

INdicę formicę Cornua erythris i ęde herculis fixa miraculo fuere. Aurum hę cauernis egerunt terra in regione septētrionalium indorum qui dardę uocant. Ipsis color felium. Magnitudo ęgypti lupoꝝ. Erutū hoc ab his tēpore hyberno. Indi furantur estiuo feruore conditis propter uaporem in cuniculos formicis: quę tamen odore sollicitę prouolant: crebroq; lacerant: q̄uis prę uelocibus camelis fugientes tāta pernicitas feritasq; est cum amore auri.

MVlta autem insecta & aliter nascunt: atque asilus in primis ex rore insidit hic rafali fonio primo uersatur spissatur sole in magnitudinē milii cogitur. Inde oritur uermiculus paruus & tridua mox eruca quę adiectis diebus accreścit imobilis duro cortice ad tactum mouetur Aranco accreta: quam crissalidē appellant: rupto deinde eo cortice uolat papilio.

SIc quędam ex imbre generantur in terra: quędam & in ligno: nec enim & cossi tātū in eo: sed & tabani ex eo nascunt: & alia ubicūq; humor est nimius. Sed ītra hoī nem tineę tricenum pedum aliquando & plurium longitudine iam in carne uiuētium quoq; hominum capillo Qua feditate & silla dictator & aloman exclarissimis gręcię poetis obiere hoc quidem & aues infestat Phasianas uero interemit nisi pulucrantes esse. Philos habentium: asinum tantū imunem hoc malo credunt & oues Gignuntur autē & uestis genere prę cipue lanitio ītercptarum a lupis ouiū. Aquas

quoque quasdam quibus lauemur fertiliores eius generis inuenio apud auctores. Quippe cum etiã cerę id gignant quod animal id minimũ existimatur. Alia rursus generantur sordibus a radio solis posterio rũ lasciuia cruꝫ pituituris. Alia puluere humido in cauernis uolucria.

EST animal eiusdem tẽporis infixo semp sanguini capite uiuens atq; ita itumescens unũ animalium cui cibi nõ sit exitus cũ nimia debiscit satietate alimẽto ipso moriens: nũq̃ hoc in iumẽtis gignitur in bubus frequens: in canibus aliquãdo in quibus omia: in ouibus & in capris hoc solum: eque mira sanguinis & hyrũdinũ palustrium aqua sitis. Nanq; & hę toto capite condunt̃. Est & uolucre canibus peculiare suum malum aures maxime lancinans: quę defendi morsu nõ queunt

IDem puluis ĩ lanis & ueste tineas creat prȩcipue si araneus una icludat̃. Sitit enim & omnẽ humorem absorbẽs aridítatem ampliat: hoc & in chartis nascitur. Est earum genus tineas suas trahentium quo coclea modo: sed hoꝫ pedes cernũt̃ spolia tę aspirant si accreuere faciunt chrisalidem. Ficarios culices caprificus generat. Cantarides uermiculi ficoꝫ & pyri & pẽtes & cinachate & rosę uenenũ hęc remedia secũ habet. Alę medent̃: quibus demptis lętale est. Rursus alia genera culicum accersens natura gignit: quippe cum & in niue candidi reperiant̃ & uetustiores uermiculi in media quidẽ altitudine rutili. Nam & ipsa nix uetustate rubescit: hyrci pilus grãdiores torpẽtesq;.

GIgnit aliquod contrarium natura elemẽtũ. Siquidẽ in cypri ęrariis fornacibus et medio igni maioris musca magnitudinis uolat pẽnatum quadrupes appellaturq; pyralis a quibusdã pyroto: q̃diu est in igne uiuit: cũ euaserit longiore paulo uolatu emoritur. Hyppanis fluuius in ponto circa solsticium defert acinoꝫ effigies tenuis mẽbrana: quibus erumpit uolucris q̃drupes supradicto modo nec ultra unũ diem uiuit. Reliquis taliũ ab initio ad finem septenarii sunt numeri: culicibus & uermiculis ter septẽ corpus parientibus quater septẽ. Mutationes & in alias figuras transitus trinis aut quatrinis diebus. Cętera ex his pennata autũno fere moriuntur Tabani quidem & cęcitate muscis humore exanimatis si cinere cõdant̃ uita redit

NVnc per singulas partes corporis corpoꝫ prȩter iam dictas: membratim tractet̃ historia. Caput habẽt cũcta quę sanguinẽ. In capite paucis animalium: nec nisi uolucribus apices diuersi quidẽ generis. Phęnici plumaꝫ serie e medio eo exeunte alio pauonibus crinitis arbusculis. Stimphalide ciro phasianę Corniculis: Prȩterea puę aut quę ab illo gallerita eppellata quondam postea gallico uocabulo etiam legionis nomen dederat a lauda. Diximus & cui plicatilem cristam dedisset natura per medium caput a rostro residẽtẽ & fulicaꝫ generi dedit cirros pico macio & gruibus arice: sed spectatissimũ insigne gallinaceis corpore conferratũ: nec carnem ita esse: nec Cartilaginẽ: nec callum iure disserimus. Verum peculiare draconum est cristas qui uiderit non reperitur.

COrnua multis quidẽ & aquatilium & marinoꝫ & serpẽtum uariis data sunt modis. Sed quę iure cornua intelligantur quadrupedũ tantũ generi. Acteonẽ enim & Cippum in latina historia: fabulosos reor: nec alibi maior lasciuia naturę lusit animalium armis sparsit hęc in ramis ut ceruoꝫ: aliis simplicia tribuit & in eodẽ genere subulonibus ex argumẽto dictis. Aliorum figit in palmas digitosq; emisit Ex his unde platigerontas uocant. Dedit ramosa capreis: sed parua: nec fecit decidua cõuoluta in amfractum arietum generi ceu cestus daret: infesta tauris. In hoc quidẽ genere & fęminis tribuit in multis tantum maribus rupicapris in dorsum aduncа. Damis in aduersum erecta aut rugarũ ambitu contorta & in leue fastigium exacuta ut liras decerent strepisceroti quem adacem africa appellat.

MObilia eadem ut aures phrigiq armentis trogoditaq in terram directa: qua de causa obliqua ceruice pascũt: aliis sigula & hęc medio capite aut naribus ut diximus Iamque aliis ad incursum robusta: aliis ad rectum: aliis adunca: aliis reduncа: aliis ad iactum pluribus modis supina conuexa conuersa omnia in mucronẽ migrantia. In quodam genere pro manibus ad scabendũ corpus cocleis ad prętẽtandũ iter: cornua hęc sicut cerastis aliquando & cocleis singula semp bina: & ut protẽdant ac resilĩat Vroq cornibus barbari septemtrionales potant: urnaque bina capitis unius cornua implent: alii prefixa bastilia cuspidãt. Apud nos in laminas secta translucent atque etiam lumen inclusum latius fundunt multas alias ad delicias cõferunt nũc tincta: nunc sublita nunc quę cestrota picture genere dicuntur. Omnibus autem caua et in mucronem demum concreta sunt. Ceruis tantum tota solida. & omnibus annis decidua. Boum attritis ungulis cornua ungendo aruina medẽtur agricolę: adeoque sequax naturę est: ut in ipsis uiuẽtium corporibus feruẽti cera flectatur atq; incisa nascentium in diuersas partes torqueantur: ut singulis capitibus quaterna fiant. Tenuiora feminis plerũque sunt ut in pecore multis ouiũ nulla nec ceruarum: nec qbus multifidi pedes: nec solidi pedũ ulla: excepto asino indico: qui uno armatus est cornu: bisulcis bina tribuit. Nulla superne primores habẽt dentes qui putãt eos in cornua absumi facile coarguuntur. Ceruaq natura quę nec dentes habẽt: ut neq; mares nec tamen cornua. Cęterorũ ossibus adhęrent: ceruoq tantum cutibus enascũt. Capita piscibus portione corporum maxima fortassis ut mergant. Ostreaq generi nulla nec spõgiis: nec aliis fere quibus solus ex sensibus tactus est. Quibusdam idiscretũ caput est: ut canceris. In capite cunctoq animalium homini plurimus pilus. Iam qdẽ promiscue maribus ac feminis: apud itonsas utique gẽtes. Atque etiã nomina ex eo appellatis alpium incolis galliq Comatę: ut tamen sit aliqua in hęc terraq differentia quippe Myroni carentes eo gignunt sicut in canno lienosi. Et quędam animalium naturaliter caluent sicut strucocameli & Corui aquatici: quibus apud grecos nomen inde. Defluuium eorum in muliere raq in spadonibus non uisum: nec in ullo ante ueneris usum: nec infra cerebrum aut ifra uerticem: aut circa tẽpora atq; aures. Caluitium uni tantum animalium homini prętereq innatum. Canicies homini tantum et equis sed homini semp a priore parte capitis: tum deinde ab aduersa. Vertices bini hominũ tantum: aliquibus capitis ossa plana tenuia sine medullis seratis pectinatim structa cõpagibus ptracta non queunt solidari: sed exempta modice nõ sunt lętalia inuicem eorũ succedente corporea cicatrice infirmissima esse ursis durissima psitacis suo diximus loco. Cerebrum omnia habent aimalia quę sanguinem eque et in mari quę mollia appellauimus quis careãt sanguine ut polypi. Sed homo portione maximum & humidissimum omniumq; uiscerum frigidissimũ duabus supra subterq membranis uelatum quarum alteram rumpi mortifeq est. Cętero uiri quoniam fęinę maius. hominibus hoc sine sanguine sine uenis & reliquis sine pingui aliud esse q medullam eruditi docent: quoniam coquẽdo durescat. Omnium cerebro medio insunt ossicula parua. Vni hominum in ifancia palpitãt: nec corroborant ante primũ sermonis exordium hoc est uiscerum excellẽtissimũ cęlo capitis sine carne sine cruore: sine sordibus: hoc hab& sensuum arcem: hoc uenarum omium a corde uis tẽdit hic desinit hoc culmẽ altissimum: hic mentis est regnum. Omnium autẽ animaliũ in priora pronum: quia & sensus ante ostendunt. Ab eo proficiscitur somnus: hinc capitis mutatio: quę cerebrum non habẽt non dormiunt. Ceruis in capite iesse uermiculi sub linguę inanitate & circa articulum qua caput iungitur humero xx. produntur. Aures tantum homini immobiles: ab his flaccorum cognomina: nec in alia parte feminis maius impẽdium margaritis dependentibus. In oriente quidẽ & uiris auq gestare eo loci decus existimatur. Animaliũ aliis maiores: aliis minores. Ceruis

tantum ſciſſe:ac uelut diuiſe. Soricibus piloſe. Sed aliqua omnibus anima dũtaxat generantibus:excepto uitulo marino:atque delphino:& quam cartilaginem appellauimus:& uiperis hę cauernas tantũ habent aurium loco prẽter cartilaginem & delphinũ:quẽ tamẽ audire eſt manifeſtũ:nam & cantu mulcentur & capiũt attoiti ſono quonam audiãt mirum. Idem nec olfatus ueſtigia habent cum olfaciãt ſagaciſſime pẽnatorũ animalium bubonũ tantum & octo plumę uelut aures:cęteris cauernę ad audiendũ. Simili modo ſquamigeris atq; ſerpẽtibus in equis & omnium iumẽtorũ genere inditia anima pręferũt. Marcidę feſſis micantes pauidis ſubtrectę furẽtibus reſolutę ęgris.

FAcies homini tantum:cęteris os aut roſtra frons & aliis: ſed homini tantum triſticię hilaritatis clemẽtię ſeueritatis idex in animo ſenſus eius. Supcilia hoĩ et pariter & alterne mobilia & in his pars animi. Negamus annuimus hęc maxime indicant faſtum. Superbia alicubi conceptaculum. ſed hic ſedem habẽt in corde naſcitur:hic ſubit:hic pẽdet:nihil altius ſimul abruptiuſq; inuenit in corpore niſi ſolitaria eſt&.

SVbiacent oculi pars corporis prętioſiſſima & qui lucis uſu uitam diſtinguant a morte non omnibus animalium: hi oſtreis nulli qnibuſdam conchaꝝ dubii pectines enim ſi quis digitos aduerſum hyantes eos moueat contrahunt ut uidẽtes et olentes fugiunt admota ferramenta. Quadrupedum talpis uiſus non eſt:oculorũ effigies ineſt. Si quis prętẽtam detrahat membranam & inter aues ardeolaꝝ generi quos lentos uocant altero oculo carere tradunt. Optimi augurii cum ad auſtꝝ uolãt ſeptẽtrionẽ ue. Solui enim pericula & metus narrant. Nigidius nec locuſtis:nec cicadis eſſe dicit. Cocleis oculorũ uicem:cornicula bina prętẽtatu implent nec lõbricis ulli ſunt uermiũue generi. Oculi hoĩ tantum diuerſo colore. Ceruis in ſuo cuiq; genere ſimiles. Equorũ quibuſdam glauci:ſed in hoĩne numeroſiſſime uarietatis atq; differentię:grandiores:modici: pui:prominẽtes:quos hebetiores putãt cõditi:quos clariſſiẽ cernere ſicut in colore caprinos:prętera alii cõtuentur lõgiqua:alii niſi ꝓpe admota non cernũt. Multorum uiſus fulgore ſolis cõſtat nubilo die nõ cernentiũ nec poſt occaſum:alii interdiu hebetiores noctu prẽter cęteros cernũt. De geminis pupillis aut quibus noxii uiſus eſſent ſatis diximus:Ceſis ĩ tenebris clariores ferũt Tiberio Cęſari nec alii genitorũ mortalium fuiſſe naturam:ut expergefactus noctu paulisp haud aliomodo q̃ luce clara contueretur omnia paulatim tenebris ſeſe obducẽtibus. Diuo auguſto equorum modo glauci fuere ſuperq; hominẽ albicãtis magnitudinis. Quamobcauſam diligẽtius ſpectari eos iracũdię ferebat. Claudio Cęſari ab angulis candore carnoſo ſanguineis uenis ſubinde profuſi. Caio principi rigentes Neroi niſi cum cõniueret ad prope admota hebetes xx. gladiatorum in Caii pricipis ludo fuere. In his duo omnino qui contra cõminationẽ aliquam non conniuerũt & ob id inuicti. Tantę hoc difficultatis eſt homini:pleriſq; uero naturale ut palpitare nõ ceſſent:quos pauidiores accepimus. Oculos uero unicolores nulli cum candore omnibus medius color differens. Neque ulla ex parte maiora indicia animi cunctis animalibus ſed maxime homini. i. moderationis:clemẽtię:miſericordię:odii:amoris:triſticię:lęticię. Contuitu quoque multiformes:truces:torui:flagrantes:graues tranſuerſi:ſummiſſi:blandi:profecto in oculis animus inhabitat ardent intẽduntur humectant:cõniuẽt:hęc illa miſericordię lachryma hos cũ oſculamur animũ ipſum uidemur attingere:hic fletus & rigantes ora riui quis ille humor eſt in dolore tam fecundus & paratus?aut ubi reliquo tempore?Animo autem uidemus:animo cernimus. Oculi ceu uaſa quędam uiſibilem eius partem accipiunt atq; tranſmittũt. Sic magna cogitatio obęcat:obducto mentis uiſu. Sic in morbo comit ali animo caligante aperti nihil cernunt:quin & patentibus dormiunt lepores: multique hoĩnũ quos ceribantiã gręci dicunt. Tenuibus multiſque mẽbranis eos natura compoſuit

callosis contra frigora caloresq; in extremo tunicis: qua subide purificant lachryma tionum saliuis lubricos propter icursantia & mobiles media coꝫ cornua fenestrauit pupilla cuius angustię non sinũt uagari incertam aciem: ac uelut canali dirigũt. Id obiterque incidẽtia facile declinant: alius nigri: aliis ruffi: aliis glauci coloris orbibus circũdati habili mixtura ut accipiatur circũiecto cãdore lux & tẽperato repercussu nõ obstrepat: adeoque bis absoluta uis speculi ut tam pua illa pupilla totam imaginem reddat hominis. Ea causa est ut pleręque alitum e manibus hoinũ oculos potissimũ appetant: quod effigiem suam in bis cernentes uelut ad cognata desideria tendunt Veterima tantum quędam ad incrementa lunę morbos sentiunt. Sed homo solus emisso humore cęcitate liberatur. Post xx. annum multis restitutus est uisus: qbusdã stati nascẽtibus negatus nullo oculoꝫ uicio multis repẽte ablatus simili modo nulla prędecedente iniuria. Venam ab bis pertinere ad cerebrum peritissimi tradũt auctores Ego & ad stomachum crediderim. Certe nullis sine redũdatioẽ eius eruitur oculus Moriẽtibus illos operire: rursusq; in rogo patefacere. Quiritum ritu sacrum est. Ita more condito ut neque ab homine suppręmum eos spectari fas sit & cęlo non ostẽ di nefas. Vni animalium homini deprauãtur: unde cognomina strabonũ & pactoꝫ ab hisdẽ q altero luine orbi nascũt: coclides uocãt qbus pui utriq; ocelli luscini iurię cognomẽ habuere. Nocturnorum animaliũ ueluti felium in tenebris fulgent: radi antque oculi ut contueri non sit: & capręlupoque splẽdent: lucẽque iaculant: Vitu lo marino & byeme in mille colores transeunt: subinde quin & in tenebris multoꝫ piscium refulgent: sicut aridi & robusti candicãtes uetustate putresque nõ cõniuere diximus: quę obliquis oculis: sed circũacto cabite cernant Cameleones ipsos oculos circumagere tradunt totos. Cancri in obliquũ aspiciũt crusta fragili inclusos gerẽtes locustis: suillis quidem magna ex parte sub eodẽ munimẽto prędiri eminẽt: quoꝫ duri sunt minus cernũt: q̃ quorum humidi. Serpẽtium catulis & hirũdinum pullis si quis eruat renasci tradunt. Insectorũ omnium & quibus testacea operimẽta oculi mouentur: sicut quadrupedum aures: quibus fragilia operimẽta: bis oculi duri. Oia talia & pisces & insecta non habent genas nec integunt oculos omnibus mẽbrana uitri modo transluciida obtẽditur. Palpebrę in genis homini utrinq; mulieribus ue ro etiam insectę quotidiano tanta est decoris affectatio ut tingant oculi quoq; alia de causa hęc natura dederat ceu uallum quoddam uisus: & prominens munimentũ contra occursantia animalia aut talia fortuitu incidentia. Defluere eas haud imerito uenere abundantibus tradũt & cęteris nulli sunt: nisi quibus & in reliquo corpore pili. Sed quadrupedibus in superiori tantum gena: uolucribus in iferiori: & quibus mole tergus: ut serpẽtibus & quadrupedibus quę oua pariũt ut lacertę strucocame lus alitum sola ut homo utrinq; palpebras habet.

NEc gene quidem oĩbus: ideo neque uitatio bis quę animal generant grauiores alitum inferiore gena. Conniuẽt. Eedẽ nictantur ab angulis mẽbrana abcũte Columbę & similia utraque cõniuẽt. At quadrupedes quę oua pariunt ut testudiẽs Crocodilli inferiore tantum sine ulla nictatione propter prędiuros oculos. Extremũ ambitum genę superioris antiqui cilium uocauere: unde & supercilia hoc uulnere aliquo obductum non coalescit. In paucis humani corporis membris Infra oculos male homini tantum quas prisci genasuocabant xvii tabularum interdicto radi eas fęminis uetãtes: pudoris hęc sedes. Ibi maxime ostenditur rubor inter eas hilaritatẽ risumq; indicantes buccę.

ETaltior homini tantum quẽ noui moresſubdole irrisioni dicauere nasus. Nõ alii animalium nares eminent: auibus serpẽtibus piscibus foramina tãtum ad olfatus sine naribus & hinc cognomina simorum Silonũ septimo mense genitis Sępe numero foramina aurium & narium defuere. Labra a quibus brochilabeones dicti & os probum duriusue aĩmal generãtibus pro bis Cornea & acuta uolucribus

roſtra. Eadem rapto uiuētibus adunca collecto recta herbas ruētibus limūq; lata ut ſuum generi iumentis uice manus ad colligēda pabula ora apertiora laniatu uiuēti/bus. Mentum nulli prēter hominē: nec male: maxillas Crocodillus tantū ſuperiores mouēt: terreſtres quadrupedes eodem quo cētera more: prēterq; in obliquum.

DEntium tria genera: ſerrati aut cōtinui aut exerti. Serrati pectinatim coeuntes ne contrario curſu atterantur ut ſerpentibus piſcibus canibus: cōtinui ut boni equo Exerti ut apro hyppotamo elephāto. Continui hoy qui digerunt cibum lati & acuti Qui cōficiunt duplices & qui diſcriminātur eos Canini appellantur: hi ſunt ſerrati longiſſimi continui: aut utraque pte oris ſunt ut equo: aut ſuperiore primores nō ſunt ut bubus ouibus oibuſq; quē ruminant. Capre ſuperiores non ſunt prēter primores geminos. Nullis exerti quibus ſerrata. Raro fēminē & tamen ſine uſu. Itaque cum apri percutiant: fēminē ſues mordent nulli cui cornua exerti: ſed omnibus concaui Cēteris dentes ſolidi: piſcium omnibus ſerrati prēter ſcarum: huic uni aquatilīū plai Cētero multis eorum in ligua & toto ore: ut turba uulney moliant: quē attritu ſubigere non queunt. Multis & in palato atque etiam in cauda: prēterea in os uergētes ne excidant cibi nullum habentibus retinēdi adminiculū. Similes aſpidi & ſerpentibus: ſed duo in ſupera parte dextra leuaque longiſſimi tenui fiſtula pforati: ut ſcorpionis q̄ aculei uenenum ifundētes nō aliud hoc eſſe q̄ fel ſerpētinum: & ide uenis ſub ſpina ad os puenire diligētiſſimi auctores ſcribunt. Quidam unum eſſe eum & quia ſit adūcus reſupinari ut eum momorderit extrahant alicui tū decidere eū: rurſuſque recreſcere facilem decurſu & ſine eo eſſe quos tractari cernamus. Scorpionis caudē ineſſe eum & pleriſq; terrē ceruos: Viperē dētes gingiua condunt: hēc eadem prēgnans ueneno impreſſo dentium repulſu uirus fundit in morſu. Volucy nulli dentes prēter ueſpertilionem. Camelus ex his quē non ſunt cornigera in ſuperiore maxilla priores nō habet. Cornua habētium nullis ſerrati: & cocleē dentes habēt. Inditio eſt a mimis earundē tota ſēuitia. At in marinis cruſtata & cartilaginea primos habere. Item echinis quinos eſſe: unde intelligi potuerit miror dētium uice aculeus inſectis. Simiē dentes ut homini. Elephanto intus ad mandendū quattuor: prēter eos qui prēminent: maſculis reflexi: fēminis recti atq; proni. Muſculus marinus q̄ balenam antecedit nullos habet: ſed pro his ſetis intus os hirſutum & linguam etiā appellatam. Terreſtrium minutis quadrupedibus primores bini utrinq; lōgiſſimi cēteri cum ipſis naſcuntur homini poſtq̄ natus eſt vii. mēſe reliquis perpetui manent Mutatur boini: leoni iumento: cani: et ruminantibus. Sed leoni & cani non niſi canini appellati: lupi dexter caninus in magnis habetur operibus. Maxillares qui ſunt Caninis nullum animal mutat: boini nouiſſimi qui genuini uocantur circiter xx. āno gignuntur: multis & lxxx. fēminis quoq;: ſed quibus in Iuuēta nō fuere nati cecidere in ſenecta & mox renaſci certum eſt. Zoelem ſamotracē cui renati eſſent poſt quattuor annos. Mutianus uiſum a ſe prodidit. Cēterum maribus plures q̄ feminis in boine pecude capra ſue. Thimarcus nitoclus filius papii duos ordines habuit maxilay frater eius non mutauit primores: ideo prēfuit. Eſt exemplū dentis homini et in palato geniti canini amiſſi caſu aliquo nūq̄ renaſcuntur. Cēteris ſenecta rubeſcunt Equo tantū candidiores fiunt. Aetas ueterinorum dentibus iudicatur: ex quo ſunt numero xl. amittit xxx. menſe priores utrinq; binos ſequente anno totidem proximos cum ſubeunt. Bicto Columellares quinto āno incipiente binos amittit: qui vi anno renaſcuntur vii. omnes habet & renatos & inmutabiles. Equo caſtrato prius nō decidunt dentes. Aſinorum genus xxx. mēſe ſimiliter amittit: deide ſenis mēſibus quod ſi nō prius peperere q̄ decidant poſtremi ſterilitas certa. bubus bis mutantur. Suibus decidunt nūq̄ aſſumpta hac obſeruatione. Senectus in equis & cēteris uetērinis intellige dentium brochitate ſuperciliorum. Canicie & circa ea lacunis cum fere

xvi.annorum extimantur hominū dentibus quoddam ineſt uirus.Nanq; & ſpeculi nitorem ex aduerſo nudati hebetant.Colūbaq; fętus implumeſcūt. Reliqua de his in generatione hominū dicta ſunt erumpētibns morbis corpora iſantia accipiunt. Reliqua animalia quę ſerratos habēt ſęuiſſima dentibus.

Linguę nō oībus uno modo tenuiſſima ſerpētibus & triſulca uibrans atri coloris & ſi extrabas perlōga:lacertis bifida et piloſa uituliſq; marinis duplex:ſed ſupradictis capillamenti tenuitate cęteris circūlābēda ora piſcibus paulominus q̄ tota adhęrens. Crocodillis tota:ſed in guſtatu linguę uice carnoſum aquatilibus, palatum leonibus pardis omibuſque generis eius etiam felibus imbricatę aſperitatis & lunę ſimilis attenuanſq; lambendo cutem hominis:quę cauſa etiam mālſuefactam ubi ad uicinum ſanguinem puenit:ſaliua inuitat ad rabiē. De purpuraq; linguis diximus Ranis prima cohęret intima abſoluta a gutture:qua uocem mittūt mares cū uocāt ololigones ſtato id tēpore euenit ſcientibus ad coitum fęminas. Tum ſiquidē inferiore labro demiſſo ad libramentum modicę aquę receptum in fauces palpitāte ibi lingua ullulatus elicitur:tunc & extēti buccarum ſinus pręlucent oculi flagrāt labore perpulſi:quibus in poſteriore pte aculei bi et dētes & lingua.Apibus etiā pręlōga eminens et cicadis:quibus aculeus in ore fiſtuloſus:bis nec lingua nec dētes qbuſdā inſectis intus lingua ut formicis.Cęterum lata elephanto pręcipue reliquis in ſuo genere ſemper abſoluta homini tantū ita ſępe cōſtricta uenis ut intercidi eas neceſſe ſit. Metellum pōtificem adeo ĩexplanatę fuiſſe accipimus ut multis uicibus tortus credatur.Dum meditatur in dedicanda ędę opifere dicere cęteris vii.ferme anno ſermonē exprimit:multis uero contingit ut auium & animalium uocis ĩdiſcrete edat imitatio.Intellectus ſaporum cęteris in prima lingua homini & in palato.Tonſile in homine in ſue glandulę quę inter eas uuę nomine ultimo dependet palato: hoi tantum eſt ſub ea minor lingua nulli oua generantiū.Opera eius gemina duabus interpoſita fiſtulis.Interior eaq; epiglofis appellatur:altera ad pulmonē atque cor pertinens hanc operit in epulando ſpiritu ac uoce illac meante:niſi potus cibuſue in alienum deerrauerit tramitē torqueat.

ALtera exterior appellatur ſane gula:quę cibus atq; potus deuoratus tendit:hic ad ſtomachum is ad uentrē hanc per uices aperit:cum ſpiritus tantū aut uox commeat ne reſtagnatio intēpeſtiua alui abſterpat.Ex cartilagiē & carne arteria gulę neruo & carne cōſtat.Ceruix nulli niſi quibus utraq; bęc.Cęteris collū qbus tantum gula:ſed quibus ceruix e multis uerteoratis orbiculatim oſſibus flexibilis ad circūſpectū articuloq; nodis iūgitur.Leoni tantū & lupo hyeme ſingulis rectiſq; oſſibus rigens.Cętero ſpinę annectitur:ſpina lumbis oſſea ſed tereti ſtructura per media foramina a cerebro medulla deſcendēte eſſe et naturam quam cerebro colligūt:quoniā prętenui eius mēbrana modo inciſa ſtatim expiretur:quibus longa crura bis lōga et colla.Item aquaticis quāuis breuia crura habentibus ſimili modo uncos ungues guttur:homini tantum & ſubus intumeſcit:aquarūq; potant plerūque uicio ſummum gulę fauces uocātur.Poſtremo ſtomachus homini eſt ſub arteria iam carnoſa manitas annexa ſpinę ad latitudinē ac longitudinē lagenę modo fuſa.Quibus fauces non ſunt:nec ſtomachus quidem eſt:nec colla nec guttur ut piſcibus & ora uentribus iungunt.Teſtudini marinę lingua nulla nec dentes:ſed roſtri acie cōminuit omnia poſtera arteria & ſtomachus dēticulos callo in modum rubi ad conficiēdos cibos decreſcentibus remis:quicquid appropinquat uētri nouiſſima aſperitas & ſcobrina fabris.

COr animalibus cęteris in medio pectore eſt:homini tantum infra leuā papillā turbinato mucrone in priora eminens:piſcibus ſolis ad os ſpectat hoc primū naſcentibus formari in utero tradunt.Deinde cerebrū ſicut tardiſſime oculos. Sed

bos primũ emori. Cor nouissime: huic precipuus calor palpitat certe & quasi alter mouetur intra animalia pręmoli firmoq; opertum mẽbranę in uolucro munitum costarũ & pectoris muro: ut appareat pręcipuam uitę causam & originẽ primam domicilia intra se animo & sanguini prębet sinuoso specu: & in magnis animalibus triplici in nullo non gemino. Ibi mẽs habitat. Ex hoc fonte duę grãdes uenę in pra et terga discurrũt: sparsaq; ramorũ serie per alias minores omnibus mẽbris uitalem sanguinem rigant. Solum hoc uiscerum uicius nõ macerat nec supplicia uitę trahit lęsumq; mortẽ illico affert. Cęteris corruptis uitalitas in corde durat. Bruta extimãt animalium quibus durum riget: audacia quibus puum est: pauida quibus pręgrãde maximũ autem est pro portione muribus lepori asino ceruo pantherę mustellis biennis & omibus timidis: aut propter metum maleficis. In papblagonia bina pdicibus corda. In equorũ corde & boum ossa reperiunt interdũ augeri. Id per singulos annos in homine ad binas dragmas ponderis ad l: annum accedere ab eo detrahi titundem & ideo non uiuere hominẽ ultra 100. annũ defectu cordis ęgyptii existimãt quibus est mos cadauera asseruari medicata byrsuto corde gigni quosdam homines proditur: neq; alios fortiores esse idustria: sicut Aristomenẽ messeum qui ccc. cecidit lacedemonios ipse cõuulneratus & captus semel per cauernã lautumiarũ euasit ãgustia uulpium aditus secutus. Item captus sopitis custodibus somno ad ignem aduolutus lora cum corpore excussit. Tercio capto lacedemonii pectus dissecuere uiuenti byrsutumq; reptum est. In corde summo piguedo est quędam lętis exitis nõ semp autem in parte extorũ habitũ est. L. postumio & L. albino rege sacrorũ post cẽtesimã xxvi. olympiadem. Cum rex pyrrhus ex italia discessisset & cor in exitus aruspices inspicere cęperũt. Cęsari dictatori quo die primũ ueste purpurea processit atq; in sella aurea insedit sacrificanti bis in extis defuit. Vnde questio magna de diuinatione argumentantibus potuerit ne sine illo uiscere hostia uiuere an ad tẽpus amiserit. Negatur cremari posse in his qui cerdiaco morbo obierint. Negat in ueneno iterẽptis Certe extat oratio uitellii qua reum pisonẽ eius sceleris coarguit: hoc usus argumẽto palamq; testatus non potuisse ob uenenum cor germanici Cęsaris cremari. Cõtra genere morbi defensus est piso.

SVb eo pulmo est spirandique offitium attrahens ac reddens animam. Iccirco spõgiosus ac fisculus manibus canis pauca cum ut dictum est habent aq̃tilia ac cętera oua parientia exiguum spumosum nec sanguinẽ: ideo nõ sitiunt. Eadem est causa quare sub aqua diu ranę & focę urinẽtur. Testudo quoq; q̃uis pręgrandem et sub toto tegumẽto habeat sine sanguine tamẽ habet quãto minor hic corporibus tanto uelocitas maior cameleoni portione maximus & nihil aliud intus.

IEcur in dextra parte est in eo quod caput extorũ uocant magne uarietates. m. marcello circa mortẽ cum perit ab Annibale. defuit in extis sequenti deinde die geminum repertum est. Defuit & C. mario cum imolar & utięę. Itẽ C. principi kl. Iacum iniret cõsulatum quo ãno interfectus est. Claudio successori eius quo mense interẽptus est ueneno. Diuo augusto Spoleti sacrificanti primo potestatis suę die sex uictimarũ loci natura replicata intrisecus ab una fibra reperta sunt rursumq; duplicaturum intra annũ imperiũ Caput extorũ tristis ostenti uisum quoque est pręterq̃ in solicitudine ac metu: tunc enim peremit curas ac bina iocinora lepori circa pręlectum & carnem & cheronessum ad propontidẽ: mirũq; translatis alio interit alter In eodem est fel non omnibus animalibus datum. In euboea calcide nullũ pecori in naxo pręgrande geminũque ut prodigii loco utrinque aduenę. Equi: muli: asini cerui: capręę: apri: cameli: delphini non habent: murium aliqui habent: hominũ paucis non est: quorum ualitudo firma & uita longior. Sunt qui equo non quidem in iecore esse: sed in aluo putent et ceruo in cauda. aut intestinis: ideo tantũ habent ama-

ritudinē ut a canibus non attingantur. Est autē nihil aliud q̃ purgamentū pessimū sanguis & ideo in materia est. Certe iecur nulli est nisi sanguinem habentibus. Accipit hoc a corde cui iungitur: funditq; in uenas.

Sed in felle nigro insanię causa homini morsque toto redito: huic & in mores crimen bilis nomine: adeo magnū est in hac pte uirus: cū se fundit in aimum quin & toto uagū corpore: colorem oculis quoque ausert. Illud quidem redditum etiam aenis nigrescuntq; contacto eo. Ne quis miretur id uenenū esse serpētū. Carēt eo qui absceynthio uescūt in ponto: sed renibus ex pte tantum altera intestino iūgit ut coruis coturnicibus fasianis: quibus intestino tantum ut colūbis accipitre murenis paucis auium in pectore. Serpētibus portioē maxima copiosum & piscibus. Est autem toto plerisq; intestino sicut accipitri. Miluo prēterea in pectore est: & cēteris auibus. Vitulus quidem marinus ad multa quoq; nobile tauroꝝ felle aureus ducit color. Aruspices id neptunno & Iunonis potentię dicauere: geminūq; fuit Diuo augusto: quo die apud attium uicit. Murium iecusculis fibrę ad numeꝝ lunę i mēse congruere dicuntur: totidemq; & inueniri quotū lumē eius sit: prēterea bruma in crescere.

Vniculorum erta in betica gemina sępe reperiunt. Ranaꝝ rubetarum altera fibra a formicis non attingit propter uenenum arbitrant: iecur maxime uetustatis patiens centenis durare annis obsidionum exempla prodidere. Exta serpētibus & lacertis longa. Cecume uolaterano dracones emicuisse de extis lęto prodigio traditur & profecto nihil icredibile sit existimantibus. Pyrrho regi quo die pur pręcisa hostiaꝝ capita repsisse sanguinē suum lambētia. Exta homini ab inferiori uiscerum parte separantur membranę quę prēcordia appellant: quia cordi prētēdūt quod grēci appellauerūt plimeas. Omia quidē principalia uiscera mēbranis ,ppris ac uelut uaginis inclusit prouidēs natura. In hac fuit peculiaris causa uicinitas alui ne cibis supprimeret aimus: huic certe refertur accepta subtilitas mētis. Inde nulla est ei caro: sed numerosa exilitas. In eadem prēcipua hilaritatis sedes: quod titillatu maxime intelligitur alaꝝ quas subit nō alibi tenuiore humana cute: ideoq; scalpendi dulcedine ibi proxima. Ob hoc in prēliis gladiatorūq; spectaculis mortē cum risu traiecta prēcordia attulerūt.

Vbest uentri stomachum habentibus cēteris simplex ruminantibus gemmis sanguine carentibus nullus intestinis enim ab ore incipiens quadam uia codē reflectitur ut sępię & polypo: in homine annexus in fimo stomacho similis canino bis solis animaliū inferiore pte angustior. Itaque sola uomūt: quia repleto propter angustias supprimitur cibi: quod accidere non potest bis: quorum spatiosa laxitas eum ad inferiora transmittit. Ab hoc uentriculo lactes in oue & homine p quas labit cibus. In cēteris illę quibus capaciora intestina ad aluum hominiq; flexuosissimus orbibus. Iccirco magis auidi ciborum: quibus ab aluo lōgius spatium: idem minus solertes: quibus obesissimus uenter. Aues quoq; geminos sinus habēt quędam unum quo mergunt recentia ut guttur: alterum in quem ex eo demittūt cōcoctione maturata: ut gallinę palumbes colūbę perdices. Cēterę fere carent eo: sed gula patentiore utunt: ut graculi: corui: cornices: quędam neutro modo: sed uentrē proximum habent: quibus prēlonga colla & angusta ut porfirioni uēter solidi pedum asper & durus terrestrium: aliis denticulatę asperitatis: aliis cancellatim mordacis: quibus neq; dentes utrinque: nec ruminatio: hic conficiuntur cibi: hinc in aluum delabuntur. Media hęc umbilico annexa: omnibus in homine byle infima parte simul a grēcis appellatur colon: ubi doꝝ magna pte angustissima canibus: qua de causa uehemēti usu: nec sine cruciatu leuant eā insatiabilia animalium: quibus a uētre protinus recto intestino transeunt cibi: ut lupis ceruariis & iter aues mergis uētres et elephanto Quattuor. Cētera suibus similia. Pulmo quadruplo maior q̃ bubulo

Auibus uenter carnosus callosusq. In uentre hyrundinū pullis lapilli candidi aut rubēti colore qui chelidonii uocantur magicis narrati artibus repiunt & in iuuēcarum secundo uentre pilę rotunditate nigricans totus nullo pondere singulare ut putant remedium egre parientibus si tellurē non attigerit uētriculi atq; intestina pinguis atque tenui omento integuntur prēterquam oua gignentibus.

HIc annectitur lien in sinistra parte aduersus iecur cum quo locum aliquando permutat: sed prodigiose quidam putant eum inesse oua parientibus. Itē serpentibus ad modum exiguum. Ita certe admodum appar & in testudine & crocodillo & lacertis & ranis. Equocephalam non inesse cōstat neq; his quę carent sanguine: peculiare cursus impedimētum aliquando in eo quamobrē inuritur cursorū laborantibus et per uulnus etiam exempto uiuere animalia tradunt. Sunt qui putent adimi risum simul homini: intēperantiamq; eius constare lienis magnitudine. Asię regio scepsis appellat in qua minimos esse pecora tradunt: & inde ad lienem inuenta remedia. At in bileto & tharne quaterni renes ceruix. Contra pēnatis squamosisq; mulli de cętero summis adhęrent lumbis. Dexter omnibus est latior & minus pinguis sicciorq;. Vtrique autē pinguitudo e medio exit prēterq; in uitulo marino.

ANimalia in renibus pīguissimis oues qdē lętaliter circū eos cōcreto pīgui aliquando in his inueniunt lapilli. Renes habent omnia quadrupedū quę animal generant oua parientium testudo sola quę & omnia alia uiscera: sed ut homo bubulus similis e multis renibus cōpositus.

PEctus e costa prēcordius & uitalibus natura circūdedit: at uētri quem necesse erat increscere ademit. Nulla animalium circa uētrem ossa: pectus homini tātum latus: reliquis carinatum uolucribus magis & inter eas aquaticis maxime.

COstę homini octonę subitos denę cornigeris xiiii. serpētibus xxx.

INfra aluum est a priore parte uessica. quę nulli oua gignentiū prēter testudinem nulli nisi sānguinē pulmonē habenti: nulli pedibus carentiū. Inter eas & aluū arterię ad pubem tēdentes: quę ilia appellant. In uessica lupi lapillus qui syrites uocatur: sed hominū quibusdam diro cruciatu subinde nascentes caldi & setaq; capillamenta. Vessica mēbrana constat: quę uulnerata cicatrice non solidescit: neq; qua cerebrum aut cor inuoluitur: plura enim membranaq; genera fęminis eadem omnia prēterq; uessicę iunctus utriculus: unde dictus est ueterus quidē alio nomiē lochos appellant: hoc in reliquis animalibus uuluam hoc uiperę: & intra se parientibus duplex. Oua generantium annexa prēcordiis in muliere geminos sinus ab utraq; pte laterum habet fimebris quotiens uersa spiritum inclusit. Boues grauidas negant prēterq; dextro uuluę sinu ferre etiam cum geminos ferant. Vuluę tecto partu melior q; edito. Erectitia uocatur illa hęc porcaria primi partus sui optima cōtra effetis a partu prēterq; eodem die suis occisę liuidi ac macri: nec non clarū suū prēter primos partus probant potius quę uetęq; nec dum effetarum: nec biduo ante partum aut post partum: aut quo erecerit die proxima adiecticię est occisę uno die post partum huius & summū & optimum si non fętus non hauserit erecticię teterrimū. Antiq abdomē uocabant priusquā caleret iniciētes cecidere non assueti:

COrnigera una parte dentata: & quę in pedibus callos habent sęuo pinguescūt bisulca fixis ue in digitos pedibus & non cornigera adipe cōcretus: hic & cū refixit fragilis semper in fine carnis. Contra pingue iter carnem cutemq; succo & liquidū Quędam nō pinguescūt ut lepus perdix. Sterilibra cuncta pinguia & in maribus

et in ſeminis ſeneſcuntq; celerius prepiguia. Omibus anialibus eſt quoddã pigue
adeps cũctis ſine ſenſu: quia nec arterias hab& nec uenas pleraſq; animaliũ pigue
do ſine ſenſu: quam ob cauſam ſues ſpirãtes a muribus tradũt roſas. Quin & labeoi
Conſularis uiri filio detractos adipes elatumq; corpus immobili onere & medulla
ex eodem uidet inuẽta rubens in ſenecta albeſcẽs: nõ niſi canis & oſſibus: nec cru
ribus iumẽtoꝝ aut canum: quare fracta nõ ruminãt: quod defluente euenit medulla
Eſt autem pinguis his quibus adeps ſeuoſa Cornigeris neruoſa & in ſpina tantũ
dorſi oſſa non habentibus ut piſciũ generi. Vrſis non nulla: leoni in femorum &
brachioꝝ oſſibus paucis exigua admodũ: cetera tanta duricia: ut ignis elidat uelut
e ſilice: his duraque non pigueſcunt. Aſinorũ ad tubas canora delphinis oſſa non
ſpina. Animal enim pariunt. Serpẽtibus ſpine aquatiliũ mollibus nulla ſed corpus
circulis carnis uinctum: ut ſepis atque loligini & iſectis negatur eſſe ulla cartilago
Aquatilium quedam habẽt medullam in ſpinis. Vituli marini Cartilaginẽ nõ oſſa
Item non omnium auriculę ac nares que modicũ eminẽt: flexibili molli naturę p
uidentia ne frangerent. Cartilago rupta nõ ſolideſcit nec preciſa oſſa recreſcũt pre
terq; ueteris ab ungula ad ſuffragma: homo creſcit in lõgitudinẽ ad ãnos ter ſeptiõs
Trini deinde ad plenitudinẽ: maxime autẽ pubeſcens nodum quendam ſoluere: et
precipue egritudine ſentitur. Nerui orſi a corde bibuloq; etiam circũuoluti ſimilem
naturam & cauſam habent in omnibus lubricis applicatis oſſibus: nodoſq; corpoꝝ
qui uocant articuli: alibi interuẽtu: alibi ambitu: alicubi tranſitu ligantes: hic illic
lati ut queq; poſſit figuratio: nec hi ſolidantur inciſi: mirumq; uulneratis ſummus
dolor prefectis nullus. Sine neruis ſunt quedam animalia ut piſces: arterias eni con
ſtant: ſed neque his mollis piſcium generis ubi ſunt nerui iteriores cõducũt mẽbra
ſuperiores reuocant. Inter hos laten arterię. i. ſpiritus ſemitę: his innatant uenę. i.
ſanguinis riui.

ARteriaꝝ pulſus ĩ cacumĩe maxĩe mẽbroꝝ euidẽs index fere morborũ in mo
dulos certos legeſq; metricas per etates ſtabilis aut citatius aut tardius deſcri
ptus ab herophilo medicinę uate nimiam propter ſubtilitatẽ miranda arte deſertus
obſeruatione tamẽ crebri aut languidi ictus gubernacula uitę tẽperat. Arterię carẽt
ſenſu nam & ſanguinis ſenſu: nam & ſanguine. Nec omẽs uitalem cõtinẽt ſpiritũ
preciſiſq; torpeſcit tantũ pars ea corporis. Aues nec uenas nec arterias habent. Item
ſerpẽtes teſtudines lacerte mimũque ſanguis uene pretenues. Poſtremo fibre ſub
ter totam cutem diſparſę adeo in anguſtũ ſubtilitatẽ tenuant ut penetrare nõ poſſit
ſanguis aliud ue q̃ exilis humor ab illo qui caminibus innumeris. Sudor appellat
in umblico uenaꝝ nodus ac coitus.

SAnguis quibus multis & pinguis iracundus maribus quã ſeminis nigrior &
iuuentute magisq̃ ſenio & inferiore parte pinguior. Magna & in eo utilitatis por
tio. Emiſſus ſpiritum trahit ſecum & iacturam tamẽ nõ ſentit. Animaliũ fortiora
quibus ſanguis craſſior: timidiora quibus minimus aut nullus. Tauroꝝ celerrime
coit atque dureſcit: ideo peſtifer potu maxime aprorum ac ceruorum caprarumque
et bubalorum omniũ nõ ſpiſſatur pinguiſſimus aſinis homini tenuiſſimus qbus
pluſquã quaterni pedes nullus. Obeſis minus copioſus: quoniam abſumitur pigui
profluuium eius uni fit in maribus homini aliis aliis nare alterutra quibuſdam per
infera multis per ora ſtato tẽpore ut nuper matrino uiſco pretorio uiro: ut in oĩbus
annis uoluſio ſaturnino urbis prefecto: qui lxxxx. etiam exceſſit ãnum. Solum hoc
in corpore tẽporalium ſentit iremẽtum. Siquidem hoſtię abundantiorem fundunt
ſi prius bibere: que animaliũ latere certis tẽporibus diximus nõ habẽt tũc ſanguinẽ
preter exiguas admodum circa corda guttas miro opere naturę. Sicut in homĩe uim
eius ad mima momẽta mutari. Nõ modo tãtum in ore ſuffuſa materia: uerum ad

ſingulos animi habitus pudore ira metu palloris pluribus modis ita roboris alius enim irę & alius uerecũdię. Nam in metu refugere & nuſquã eſſe certũ eſt: multiſq; tranſſluere tranſſoſſos quod homini tantum euenit. Nam quę imitari diximus colorem alienũ accipiunt quadam re percuſſus homo ſolus in ſe mutat morbi omnes morſq; ſanguinẽ abſumunt.

SVnt qui ſubtilitatem animi conſtare non in tenuitate ſanguinis putẽt: ſed cute operimẽtis corpora magis antra minus bruta eſſe: ut oſtreas & teſtudines. Boum terga ſetas ſuum obſtare tenuitati inmeantis ſpiritus: nec purũ liquidũq; tranſmitti ſic & in homine cum craſſior calloſior ue excludat cutis. Quod uero non Crocodillus: ſed duricia tergoris tribuatur & ſolertia hyppotami Corii craſſitudo talis ut ide tornent̃ baſtę & tamen quadam ingenio medica diligẽtia. Elephanto quoq; tergora impenetrabiles ſetas habent: cum tamen omnium quadrupedũ ſubtilitas animi pręcipua perhibeatur. Illis ergo cutis ipſa ſenſu caret maxime in capite ubicũq; per ſe ac ſine carne eſt. Vulnerata nõ coit ut in bucca cilioq;. Quę animal pariunt pilos habent: quę oua pẽnas aut ſquamas aut cortices ut teſtudines: aut cutem puram ut ſerpẽtes pẽna cauę omnium pręciſę non creſcunt: uulſę renaſcunt̃ mẽbranis uolãt fragilibus inſecta humẽtibus hyrũdines in mari ſiccis inter tecta ueſptilio: horum quoque alę articulos habent pili e cute excũt̃ craſſi hircis fęminis tenuiores. Equis in iuba. In barmis leoni. Daſippodi & in buccis intus in pedibus quę utraq; Trogus in lepore tradit. Hoc exemplo libidinoſiores hominũ quoq; hircos: colligens uilloſiſſimus animalium lepus. Pubeſcit homo ſolus quod niſi cõtigat ſterilis in gignẽdo eſt ſeu maſculus ſeu fęmina: pili in homine partim ſimul: partí poſtea gignunt̃ Cum geniti autem non deſinũt ſicut nec in fęminis magnope. Inuẽtę tamẽ quędã de fluuio capitis inualidę ut languidiores cum mẽſtrui curſus ſtetere: quibuſdam poſt genitis uiris ſpõte non gignũt̃. Quadrupedibus plurimũ cadere atq; ſubnaſci annuum eſt uiris creſcunt maxime in capillo: mox in barba: reciſi non ut herbę ac cętera inciſura augent̃: ſed ab radice exeunt. Creſcunt & in quibuſdã morbis maxie tuſſi & in ſenecta: deficiunt quoq; tẽporibus libidinoſis congeniti maturius defluunt: ac nati celerius decreſcunt: quadrupedũ dorſa piloſa uẽtres glabri boum coriis glutinum excoquitur: taurorumq; pręcipuũ mammas homo ſolus e maribus habet Cętera animalia mammas notas tantum: ſed ne fęminę quidem in pectore niſi quę poſſunt partus attollere. Oua gignẽtium nulli: nec lac niſi animal pariẽti. Volucres ueſpertilio tantum. Fabuloſum enim arbitror de ſtrigibus ubera eas infantiũ labris inmulgere eſſe in maledictis iam antiquis ſtrigem conuenit: ſed quę ſit auium conſtare non arbitror.

ASini a fętu dolent ideo vi. menſe arcetur partus cum ęquo anno toto prębẽt: quibus ſolida ungul : nec ſupra geminos fętus: hęc oia binas habẽt mammas: nec alibi niſi in femoribus. Eodem loci biſulca & cornigera. Boues quaternas: Oues capręq; binas quę numeroſo fęcũda ptu: & quibus digiti i pedibus hęc plures habẽt toto uentre duplici ordine ut ſues generoſę duodenas uulgares binis minus. Similiter canes alia uẽtre medio quaternas ut pantherę: alia binas ut leenę. Elephas tãtũ ſub barmis duas: nec in pectore: ſed citra in aliis ocultas nullas in fęminis digitos habentiũ primis genitis in quaque parte ſues primas pręmunt eſcę faucibus proxime ut ſuam nouit quiſq; quo genitus eſt ordine: eaq; aliter nec alia detractio illa alũno ſuo ſterileſcit illico ac reſilit. Vno uero ex omni turba relicto ſola munifex quę geſta fuerat attributa defendit. Vrſę mãmas quaternas gerunt. Delphini binas in uma aluo papillas tantũ: nec euidentes & paulo in obliquũ porrectas: neq; aliud animal in curſu labitur. Et Balenę uitulique mãmis nutriunt fętus.

Vlieri ante vii. mensem fusum lac inutile ab eo mense quod uitales partus salubre plurimis: aut totis in annis atq; etiam in aliaꝫ sinus fluit. Cameli lac mulgetur ne iterum grauescat. Suauissimum hoc existimatur ad unā mensuram tribus aquę additis. Bos ante partum non habet ex proximo semper a partu colostrę fiūt ni admisceatur aqua in punicis modum cocunt duricia. Asinę pregnantes cōtinuo lactescunt pullos earum ubi pingue pabulum biduo a partu maternū lac gustasse letale est. Genus mali uocatur colostratio. Caseus non fit ex utrinq; dentatis: quoniā eorū lac non coit. Tenuissimū Cameli: mox equi crassissimū. Asini ut coaguli uice utantur. Conferre aliquid & candori in mulierꝫ cute existimatur: lopea certe domicii neronis Coniunx quingētas per omnia secum ęstas trahens balneaꝫ etiam solio totum corpus illo lacte macerabat: extendi quoque cutem credens. Omne autem igne spissatur humore feruescit. Bubulum caseo fertilius: qui caprinum ex eadē mensura pene altero tanto: quę plures quaternis mammas habent caseo iutilia & meliora quę binas Coagulum iutile leporis: edi laudatum: prēcipuū dapsipolis: quod & profluuio alui medetur. Vnus utrinq; dentatorum mirum barbaras gentes: quę lacte uiuūt ignorare ac spernere tot seculis casei dotem. Densantes id aliq; quin macorem iucundum & pingue butirum supunna. i. lacte concretiorq; q̄ quod seui uocatur. Non omittendum in eo dei uim esse & barbaros omēs infantesq; nostros eo ungi

LAus caseo Romę ubi oim gētiū bona iudicātur. Cominus & e puiciis neumasenus prēcipua laus gaballicis pagis: sed breuis ac musteo tātū cōmēdatio. Duobus per alpes generibus pabula sua approbant dalmaticę docleata mittunt ceu tronitere nautusicum numerosior appennino cebanum hoc & liguria mittit. Ouium maxie lactis asinatem ex uimbria mixtoq; Etrurię atq; Ligurię confinio lunensem magnitudine cōspicuum quippe & ad singula milia pondo prēmitur. Proximū autē urbi uestinum eumq; cedicio Campo laudatissimū et capraꝫ gregibus sua laus est. Ingēti maxime querente gratiam fumo qualis in ipsa urbe cōficitur cunctis prēferēdis. Nā gallia ꝫ sapor medicamēti uim obtin&. Transmarina uero bitimus fere in gloria est Inesse pabulis salem etiam ubi non detur ita maxime intelligitur omni in sale caseo senescente: quales redire in musteum saporem aceto & thimo maceratos certum est Tradunt zoroastem in desertis caseo uixisse xx. annis ita tēperato ut uetustatem nō sentir&.

TErrestrium solus homo bipes uni unguli humeri ęcteris armis uni ulne. Quibus animalium manus sunt: intus tātum carnose extra neruis & cute constant Digiti quibusdam seni. In manibus eni C. Oratii ex patricia gente filias duas ob id sedigitas accepimus appellatas & uulcatium sedigitum illustrem in poetica homis digiti ternos articulos habent. Pollex binos & digitis aduersis flectitur: parte uero in obliquū porrigitur crassior ęcteris: huic minimus mensura duo reliqui sibi inter quos medius longissime protēditur: quibus ex rapina uictus quadrupedum quini digiti in prioribus pedibus reliquis quaterni: leones: lupi: canes: in posterioribus quoq; quinos ungues habent uno iuxta cruris articulum depēdente. Reliqua sunt minora & digitos quinos. Brachia non onibus paria. Tracio studioso in C. Cęsaris ludo notū est dextrā fuisse proceriorē. Animaliū quędam ut manibus utuntur prioꝫ ministerio pedum sedentq; ad os illis admouētia cibos seauri.

NAm Simiaꝫ genera pfectam hominis similitudinē cōtinēt facie naribus auribus: palpebris quę solę quadrupedū & inferiorē habent genā. Nā mamas in pectore et brachia & crura in contrariū flexa similiter in manibus ungues digitos lōgiorēq; mediū pedibus paulū differunt. Sunt eni ut manus prēlongę: sed uestigium palmę simile faciunt. Pollex quoque bis & articuli ut homini: ac prēterea genitale tātum

hominũ uiscera etiã interiora õnia ad exẽplar.

VNgues clausulę neruorum summę existimantur õnibus his quibus & digiti sed simię ũbrię: hominibus lati & defuncto crescunt. Rapacibus unci: cęteris recti ut canibus prẽter eum qui a crure plerisq; dependet. Omnia digitos habẽt quę pedes excepto Elephanto huic enim informes numero quidẽ v. sed indiuisi ac leuiteo discreti ungulisq; haud unguibus similes: & pedes maiores priores in posterioribus: articuli breues. i. poplices flectit intus hoinis modo. Cętera animalia idiuersa posterioribus articulis pedibus quã prioribus. Nam quę animal generant genua ãte se flectunt & suffraginum artus in aduersum hoi genua & cubiti contraria. Itẽ ursus et simiaę generi. Ob id minime pernicibus oua parietibus quadrupedũ Crocodillo lacertis priora genera post curuant̃: posteriora in priorem partẽ. Sunt autem crura his obliqua humani pollicis modo: sic & multis pedibus prętereq̃ nouissima salientibus. Aries ut quadrupedes alas in priora curuãt suffraginẽ in posteriora hominis genibus quędam & religio inest obseruatione gẽtium: hęc & supplices attigũt. Ad hęc & manus tendunt: hęc ut aras adorant fortassis quia in istis uitalitas. Nique in ipsa genu utriusq; cõmissera dextra leuaq; peiore parte gemina quędã buccaę ianitas inest: qua perfossa ceu ungulę spiritus fugit. Inest & aliis partibus religio quędam sicut dextra oculis appetitur in fide porrigit̃. Antiquis gręcię in supplicãdo mentũ attingere mos erat. Est in aure una memorię locus quam tangentes attestantur. Et post aurẽ ęque dextram nemesios: quę dea latinũ nomen ne in capitolio quidẽ inuenit quo referimus per tactũ ori proximũ a minimo digito ueniam sermonis a diis sibi reposcentes. Varices in cruribus uiro tantũ mulieri raro C. Mario. s. qui septies Consul fuit stante sibi extrahi sibi passum unum opius auctor est. Omnia animalia a dextris partibus incedunt sinistris incubant. Reliqua ut libitũ est gradiunt̃. Leo tantũ & camelus pedatim: hoc est ut sinister pes non transeat primũ sed subsequitur Pedes hoi maximi: fęminis tenuiores in omni genere. Sure homini tantũ & crura carnosa. Reperitur apud auctores quẽdam in ęgypto non habuisse suras. Vola hoi tantũ exceptis quibusdã. Nanque & hinc & cognomina inuẽta planci pansę Scauri sicut a cruribus uari uatini: quę uicia & in quadrupedibus solidas habent ungulas quę non sunt cornigera. Igitur pro his tęlum ungula est illis nec talos habent cadẽ At quę bisulca sunt habent idẽ digitos habentibus non sunt neq; in prioribus pedibus omnino ulli. Camelo tali similes bubalis: sed minores paulo. Est enĩ bisulcus discrimine exiguo pedes in uestigio carnosi ut ursis: quadecausa in lõgiore itinere sine calciatu fatiscunt.

VNgulę tantum ueterino generi renascuntur. Sues in illirico quibusdam locis solidas habẽt ungulas. Cornigera fere bisulca solida ungula & bicorne nullũ. Vnicorne tantum Asinus idicus. Vnicorne bisulcum orix. Talos Asinus indicus unus solidi pedum habet: nam sues ex utroque genere existimant̃: ideo fedi earum hominẽ qui existimarunt habere facile coniũcti. Linx tantũ digitos habẽtiũ simile quiddam talo habet leo etiam num tortuosos: talus autem rectus est in articulo pedis uentre eminens concauo in uertebra ligatus.

AVium alię digitatę: alię palmipedes: alię inter utrunq; digitis diuisis adiecta latitudine. sed omnibus quaterni digiti tres in priore parte unus a calce: quibusdam longa crura habentibus. Linx sola utrinq; binos habet. Eadem linguam serpentiũ similem in magnam lõgitudinẽ porrigit circũagit collum in aduersam se. Vngues ei grandes ceu graculis. Auium quibusdam grauioribus in cruribus additi radii nõ nulli uncos habentiũ ungues longipedes porrectis ad caudam cruribus uolãt qbus breues contractis ad medium qui negant uolucram ullã sine pedibus esse: cõfirmãt iapodas habere & iocẽ & drepam in eisq; quę rarissimẽ apparent. Visę etiã & serpentes

anſerinis pedibus·

INſectorum pedes primi longiores duros habentibus oculos ut ſubinde pedi/ bus eos tergeant ceu notamus in muſcis quę ex his nouiſſimos habēt longos Saliunt ut locuſtae: omnibus autem bis ſemipedes. Araneis quibuſdam prę longi accedunt bini. Internodia ſingulis terna. Octonos marinis eſſe diximus polypiis ſę/ piis loligini caneris qui brachia in contrariū mouent pedes in orbē aut in obliquū Idem ſoli animalium rotūdi: cętera binos pedes duces habēt. Cancri tantū q̄ternos quę hunc numerū pedum exceſſere terreſtria ut pleriq; uermes nō infra duodenos habent. Aliqua uero & centenos. Numerus pedum imper nulli eſt. Solipedū crura ſtatim iuſta naſcunt menſura: poſtea exporrigētia ſe uerius q̄ creſcētia. Itaq; in iſan/ tia ſcabunt aures poſterioribus quod addita ętate nō queunt quia lōgitudo ſupfitiē corpoꝛ ſola āpliat. Hac de cauſa inter iitia paſci niſi ſummiſſis genibus nō poſſunt nec uſq; dum ceruix ad iuſta incremēta perueniat.

POmilionum genus in omnibus animalibus eſt atque inter uolucres genitalia maribus quibus eſſent retro ſat diximus. Oſſea ſunt lupis uulpibus muſtellis: quo/ rum urinę ſunt etiam calculo humano remedia pręcipua. Vrſo quoq; ſimul ut expi rauerit corneſcere aiunt. Camelino arcus intendere orientis populis fidiſſimū: nec non aliqua gentiumq; in hęc diſcrimina & ſacroꝛ etiam citra perniciem āputātibus matris deum gallis. Cōtra mulieꝛ paucis prodigioſa aſſimilatio ſicut hermaphro/ ditis utriuſq; ſexus: quod & quadrupedū generi accidiſſe Neronis pricipatu primū arbitror oſtentabat certo hermaphroditas ſubiunctas carpēto ſuo equas in treuerico gallię agro repertas ceu plane uiſenda res eſt & principē terrarum inſidere portentis Teſtes pecori armentoque ad crura decidui. Suibus annexi delphino prę longi ultia condunt aluo & elephanto oculti qua parientiū lumbi intus adhęrent qualia ociſſi/ ma inuenere piſcibus ſerpētibuſq; nulli: Sed eorum uice binę ad genitalia a renibus uenę buteonibus terni boi tantū iniuria aut ſpōte natura frangūt. Idq; tertium ab hermaphroditis & ſpadonibus ſemini genus habent. Mares in omni genere forti/ ores prę terquam pantheris & urſis.

CAudę prę ter hominē ac ſimias omnibus fere animalibus & oua gignētibus p deſiderio corpoꝛ nudę: hyrcis & apris puę uilloſę ut urſis prę longę & ſetoſę ut eqs Amputatę lacertis & ſerpētibus renaſcuntur. Piſcium meatus gubernaculi modo regunt atque etiam in dextram ac leuā motę ut remigio quodam impellūt. Lacertis inueniunt & geminę boum caudis longiſſimus pilus & in una parte hyrtus. Idem aſinis longior q̄ equis: ſed ſetoſus ueterinis. Leoni in ima parte ut bubus & ſorici pātheris non ide. Vulpibus & lupis uilloſus ut ouibus quibus procerior ſues in/ torquent. Canum degeneres ſub aluum reflectunt.

VOcem non habere niſi quę pulmones & arterias habēt hoc eſt niſi quę ſpirāt Ariſtoteles putat. Iccirco & inſectis ſonum eſſe non uocē intus meāte ſpiritu & in/ cluſo ſonante. Alia murmur edere ut apes: alia cōtactu ſtridore ut cicadas. Receptū enim ut duabus ſub pectore canis ſpiritū mobili occurſante membrana itus attritū eius ſonare muſcas apes. Cętera ſimilia cū uolatū incipere audiri & deſinere. Sonū eni attritu & iteriore aura nō anima reddi: locuſtas pinnaꝛ & fęminū atteritu ſonare creditur ſane. Item aquatilium pectines ſtridere cum uolant: mollia & cruſtis itecta nec uocem: nec ſonum ullū habere: ſed & cęteri piſces q̄uis pulmone & arteria carēt nō in totū ſine ullo ſono ſunt. Stridore cum dentibus fieri cauillant & is qui caper uocatur in acheloo amne grumitum habet & de aliis de quibus diximus oua parie/ tibus. Sibilus ſerpētibus lōgus: teſtudini abruptus: ranis ſui generis ut dictum eſt

nisi si & in his ferēda dubitatio est: qui mox in ore concipit̃ non in pectore: multū tamen in his refert locoꝝ natura. Mutę in macedonia tradunt̃: muti & apri. Auiū loquaciores quę minores & circa coitus maxime. Alius in pugna uox ut Coturnicibus: aliis ante pugnam ut perdicibus: aliis cū uicere ut gallinaceis. Iisdē sua maribus aliis eadē ut fęminis ut luscinaꝝ generi. Quędam toto anno canūt. Quędam certis tēporibus ut in singulis dictū est. Elephas citra nares ore ipso sternutamēto similē elidit sonum: per nares autē tubaꝝ raucitati. Bubus tantum fęminis uox grauior. In alio omni genere exilior q̃ maribus. In homīe etiā castrato. Infantis in nascēdo nulla audit̃ anteq̃ totus emergat utero: primus sermo anniculo est semestris locutus est Cresi filius & in crepundiis prodigio quo tum id concidit regnū. Qui celerius fari cepere tardius ingredi incipiūt. Vox roboratur a xiiii. ānis. Eadem in senecta exilior neq; in alio animalium sępius mutatur. Mira prętera sunt de uoce digna dictu Theatro in orchestris scrobe aut harena superiacta deuoratur & in rudi parietū spacio circum & ectudolis etiam maibus currit: eadem recto uel cōcauo parietū spacio q̃uis leui sono dicta uerba ad alteꝝ caput pferens si nulla inequalitas impediat. Vox in homīe magnā uultus partē habet. Agnoscimus ea priusq̃ cernamus non aliter q̃ oculis. Totidēq; sunt hę quot in reꝝ natura mortales: & sua cuiq; ut facies: hinc illa gētium: totq; linguaꝝ toto orbe diuersitas: hinc tot cantus & moduli flectioēsq; Sed ante omnia explanatio animi quę nos distinxit a feris. Inter ipsos quoq; homines discrimē alterumęque grande q̃ a beluis fecit.

MEmbra animalibus agnata inutilia sunt sicut sextus boī semp digitus. Placuit in ęgypto nutrire portētum binis & in aduersa parte capitis hominē oculis: sed his non cernentē. Miror quidem Aristotelē non modo credidisse pręscita uitę esse aliq̃ in corporibus ipsis. Verum etiam prodidisse. Quę q̃q̃ uana existimo nec sine cunctatione proferēda: ne in se quisq; ea auguria auxie quęrat. Attigam tamen quę tantus uir in doctrinis non spręuit: igitur uitę breuis signa ponit Raros dentes: pręlōgos digitos: plūbeum colorē: pluresq; in manu icisuras: nec perpetuas. Contra lōge esse uitę in curuos humeris & in manu una duas incisuras lōgas habētes & plures q̃ xxxii. dētes auribus āplis: nec uniuersa hęc ut arbitror: sed singula obseruat. Friuola ut reor & uulgo tamen narrata: addidit morum quoq; aspectus simili modo apud nos. Trogus & ipse auctor est: e uerissimis quo uerbis eius subiciam. Frons ubi est magna: segnem animum subesse significat: quibus parua nobilem: quibus rotunda iracundū uelut hoc uestigio tumoris apparēte. Supcilia quibus porrigunt̃ in rectū molles significat: quibus iuxta nasum iflexa sunt austeros: quibus iuxta tēpora iflexa derisores: quibus in totū demissa maliuolos & inuidos. Oculi quibuscūq; sunt longi malęficos indicant esse moribus. Qui carnosos a naribus angulos habēt malicię nota pręuerti. Candida pars extēta notā impudentię habet. Qui identidē opiri solent incōstantię. Auriculaꝝ magnitudo loquacitati & stulticię nota est: hactenus trogus.

ANima leonis uirus graue. Vrsi pestilens cōtacta alitu eius attigit nulla fera citiusq; putrescunt afflata reliquis hominis tātū natura infici uolunt pluribus mōdis et ciboꝝ ac dentiū uiciis: sed maxime senio dolorē sentire non poterat tactu: omniq; sensu carebat sine quo nihil sentitur. Eadē commeabat ab eo recedens assidue exitura suppremo sola ex omī superfutura. Deniq; hac trahebat̃ ę cęlo huius quoq; tamē reperta pena est: ut neq; id ipsum quo uiueret in uita iuuaret. Parthoꝝ populis hęc pręcipue & a iuuēta propter indiscretos cibos. Nanq; & uino fętent ora nimio. Sed sibi proceres medent̃ grano assyrii mali: cui est & suauitas pręcipua in esculētia addito. Elephantoꝝ anima serpētes trahit. Coruoꝝ itē urit. Diximus hominū genera

qui uenena ſerpētium ſuctri corporibus exigerēt quin & ſuibus ſerpētes in pabulo ſunt et alius uenenū eſt. Quę inſecta appellauimus onia olei aſpſu necant. Vulturis unguēto qui fugant alios appetūt odores. Scarabei roſam quoſdā ſerpētes. Scorpio occidit. Scythę ſagittas ungunt acie uiperina ſanie & humano ſanguine inremediabile. Id ſcelus mortē illico affert leui tactu. Quę animalium paſcerent uenenо diximus: quę innocua alioquin uenenatis paſta noxia fiunt & ipſa. Apros in pāphilia et Cilicię montuoſis ſalamādra ab his deuorata qui edere moriunt. Nec enim eſt intellectus ullus in odore uel ſapore & aqua uinūq; interimit ſalamandra ibi ímortua: uel ſi omnino biberit unde potetur. Itē ranam quā uocant rubetam tantū iſidiax eſt uitę. Veſpere ſerpētes auidę ueſcuntur: quo alimēto mortiferos ictus faciunt Ideoq; magna differentia eſt uictus ut intracti piſce uiuētiū. Theophraſtis prodidit Boues quoq; piſce ueſci: ſed non niſi uiuēte: homini cibus utiliſſimus ſimplex acceruatio ſaporū peſtifera & cōdimenta pnicioſiora. Difficulter autē perficiunt omnia incibis acria nimie & auide hauſta & ęſtate q̄ hyeme difficilius & in ſenecta q̄ iuuēta. Vomitiones boi ad hpc in remediū excogitate frigidiora corpora faciunt iimica oculis maxime ac dentibus. Somno cōcoquere corpulētię q̄ firmitati utilius. Ideo athletas malūt cibos ambulatione perficere peruigilio quidem pręcipue uicūt cibi

AVgeſcunt corpora dulcibus atq; pinguibus & potu. Minuunt ſiccis & aridis frigidiſq; ac ſiti. Quędam animalia & pecudes quoq; in africa quarto die bibūt: boi non utiq; diem vii. lętalis in edia duraſſe & ultra xi. pleroſq;. Eſuriendi ſemp iexplebili auiditate. Animalium uni boi quędam rurſus exiguo guſtu famē ac ſitim ſedāt conſeruantq; uires ut butirum ut tripace glicyriza. Perniciofiſſimū autē & in omni quidē uita quod nimium pręcipue tantū corpori minui quod graue quolibet modo utilius: uex ad reliqua naturę tranſeamus·

NIMALIVM OMNIVM QVAE NOSCI potuere naturę generatim mēbratimque ita ſeſe habent Reſtant neq; ipſa anima carētia. Quando quidē nihil ſine ea uiuit terra ędita ut inde eruta dicant: ac nullum ſileat nature opus: diu fuere oculta eius beneficia: ſummumq; munus homini datū arbores ſiluęq; itelligebāt Hinc primū alimēta hax fronde mollior ſpecus libro ueſtis ęternum gentes ſic degunt quo magis ac magis admireris ab his a principio cedi montes in marmora ueſtes aſeres peti unionem in rubri maris profundo ſmaragdum in una tellure quęri ad hoc excogitata ſunt aurium uulnera. Nimirum quoniam pax erat collo crinibus manibusq; geſtari niſi infodorent etiam corpori. Quamobrē ſequi par eſt ordinē uite & arbores ante alia dicēda ac moribus primordia ingerere.

NAEc fuere numinum tēpla priſcoq; ritu ut ſimplicia rura etiam nunc deo pręcellentē arborē dicant nec magis auro fulgētia atq; ebore ſimulacra q̄ lucos & in his ſilentia ipſa adoramus. Arbox genera numinibus ſuis dicata ppetue ſeruantur: ut Ioui eſculus: apollini laurus: minerue olea: ueneri myrthus: herculi populus: quin et ſiluanos fauoſq; & deox genera ſiluis ac ſua noīna tanq̄ e cęlo attributa credimus Arbores poſtea blandioribus fruge ſuccis boiem mitigauere ex his recreans mēbra Olei liquor uireſq; potus uini. Tot denique ſapores anno ſponte ueniētes & menſe

Depugnetur licet earum causa cũ feris & pasti naufragorũ corporibus pisces expectantur ęternum tamẽ sede. Mille prętera sunt usus earum sine quis uita degi nõ possit. Arbore sulcamus maria. terrisq; admouemus arbore exędificamus tecta. Arbore & simulacra numinũ facta nondum pręcio excogitato beluaꝝ cadaueri: atque ut a diis nato iure luxurię codẽ ebore numinum ora spectarentur & mẽsarum pedes produnt aipibus cobercitas & cum iexsuperabili munimẽto. Gallias banc primum habuisse causam superfundẽdi se italiq; quod dico ex beluetiis ciuis eorũ fabrilẽ ob artem Romę cõmoratus ficũ siccam & uuam oleiq; ac uini pręmissa remeans secum tulisset: q̃propter hęc uel bello quęsisse uenia sit. Sed quis non iure miret arborem umbrę gratia tantum ex alieno petitam orbe: platanus hoc est per mare ionium in diomedis insulam tenuis eiusdẽ tumuli gratia primum iuecta: inde ĩ Siciliã transgressa atq; inter primas donata italiq; etiam ad morinos usq; puecta ac tributarium etiam detinens solum: ut gentes uectigal & pro umbra pendant. Dionysius prior Siciliq; tyrannus regiam in urbẽ transtulit eas domus suę: miraculũ postea ubi factũ gynnasium nec potuisse in amplitudinẽ adolescere & alias fuisse in italia ac noiatim In hispania apud auctores inuenit hoc actũ. Circa captę urbis ętatẽ tantũq; postea honoris increuit: ut mero infuso enutriant. Cõpertũ id maxime prodesse radicibus docuimus etiam quę arbores uina potare ęlebratę sunt primũ ambulatione achademica athenis cubitoꝝ xxx. unius radice ramos antecedẽte. Nũc est clara in licia socia gelidi fontis amęnitate itineri apposita domicilii modo caua octogita atq; unius pedũ specu numerosa uertice & se uastis & se protegẽs ramis arboꝝ instar agros lõgis obtinet umbris. At ne quid desit spelunce imagini saxea intus crepidinis corona muscoso cõplexa punices tam digna miraculo licimus ter consul & nuper prouicię eius legatus prodẽdum etiam posteris putarit. Epulatum intra eam se cum duo de xx. Comite large ipsa thoros prebẽte frondibus ab omni afflatu securũ optantẽ ibriũ per folia crepitus lętioręq; marmoꝝ nitore: picturę uarietate laquearium auro cubuisse in eadem. Aliud exemplũ. C. principis in ueliterno rure mirati unius tabulata laxeq; ramoꝝ trabibus scamna patula & in ea epulanti cum ipse pars esset umbrę xv. conuiuaꝝ ac ministerii capacẽ triclinio quam cęnam appellauit ille nidũ. Est grotine in Creta insula iuxta fontẽ platanus una isignis utriusq; linguę monumẽtis nũq̃ folia dimittens statimq; ei gratię fabulositas superfuit. Iouẽ sub ea cum Europa cõcubuisse: ceu uero non alia eiusdẽ generis esset in Cypro: sed ex ea primũ in ipsa creta ut est natura hominũ nouitatis auida platanus adicere genera uitium: quãdo qdẽ Commẽdatio arboris eius non alia maior est q̃ solem ętate arcere: byeme admittere Inde in italia quoq; ac suburbano suo Claudio pricipe macelli esserini libertus: qui se potẽtię causa Cęsaris libertis adoptassẽ & spado thessalicus prędiues ut merito dici possẽ. Is quoq; dionysius trãstulit id genus. Durantq; in italia portẽta terraꝝ prętter illa. s. quę ipsa cogitauit italia.

NAnque & Cameplatani uocãt coacte breuitatis: quoniam arboꝝ etiã abortus inuenimus: hęc ergo quoq; in genere pomilionũ infelicitas dicta erit. Fit hoc et ferendi ordine & recidendi primus. C. matius ex equestri ordine diui Augusti amicus inuenit nemora tonsilia Intra bos xxx. annos.

PEregrinę Cerasę persicęq; & omnes quaꝝ gręca nomina aut aliena sed q̃ ex his incolaꝝ nomia esse cepere dicent inter fructiferas: in prędentia externas ꝓsequemur a salutari maxime orsi malus assyria quam alias uocant medicam uenenis medetur folium eius cardonis intercurrẽtibus spinis pomũ ipsum alias non manditur: odore precellit. Folioꝝ quoq; qui transit in uestes una cõditus arcetq; animalium noxia Arbor ipsa omnibus horis pomifera aliis cadentibus: aliis maturescẽtibus: aliis subnascentibus. Tentauere gẽtes transferri ad sese propter remedii prędstãtiam fictilibus

in nasis dato per cauernas radicitus spiramento qualiter omnia transitura longius seri arctissime transferriq; meminisse cõueni&: semelq; dicant˜: sed nisi apud medos et in perside nasci noluit. Hec est cuius grana parthoꝝ proceres ico querere diximus esculentis cõmendandi alitus gratia: nec alia arbor laudat˜ in medis lanigeras serum in mentione gentis eius narrabimus.

ITem Indiẹ arbor magnitudinẽ unam e peculiaribus uirgilius ẹlebrauit bebenum nusquam alibi nasci professus. Herodotus eam ẹthiopiẹ intelligere maluit tributi uice regibus psidis emazie eius cẽtenas phalãgas: tercio quoq; anno pẽsitasse ẹthyopas cum auro & ebore prodendo. Non omittendũ id quoq; ingens dentes elephantoꝝ grandes: quoniam ita significauit ẹthyopas ea de causa pẽdere solitos tãta eboris auctoritas erat urbis nostrẹ ccc.x. anno. Tunc enĩ auctor ille historiam illam cõdidit. Thuriis in italia quo magis mirum est quod eidẽ credimus qui padũ amnẽ non uidisse&. Neminẽ ad id tẽpus asiẹ grẹciẹq; haud sibi congnitũ ẹthyopiẹ forma ut diximus. Meroem usq; nuper allatam neroni principi raram arborẽ bebenum in finem imperii per nongẽta nonaginta sex m.p. nullamq; nisi palmaꝝ generis esse docuit: ideo fortassis in tributoꝝ auctoritate tertia res fuerit bebenus: bebenũ romẹ magnus Pompeius triumpho mitridatico ostẽdit accendi. Fabianus negat: uritur tamen odore iucundo. Duo genera eius: rarũ id quod melius arborem iure enodi materiẹ nigri splendoris: ac uel sine arte protinus iucũdi. Alterum fruticosum cytisi modo & tota india dispersum est.

IBi & spina similis sed depręssa uel lucernis igni protinus transiliente non eas exponam quas mirata est alexãdri magni uictoria orbe eo patefacto. Ficus ibi exilia poma semper ferens uastis diffunditur ramis quoꝝ imi adeo in terrã curuant˜ ut annuo spacio infingant˜ nouamq; sibi propaginẽ faciant circa parentẽ in orbem quodam opere topiario intra sepẽ eam extiuant: pastores opacam pariter & munitã habent uallo arboris decora spetie subter intuenti procul ue formicato ambitu supiores eiusdẽ rami in excelsum emicant siluosa multitudine uasto matris corpore ut lx. passus pleriq; orbẽ colligant: umbra uero bina stadia pariant foliorum latitudo peltẹ effigiem amaronicẹ habet. Ea causa fructũ integens crescere prohibet rariusq; nec fabẹ magnitudinẽ excedens sed per folia solibus coctus prędulci sapore dignus miraculo arboris gignitur circa accessine maxie amnẽ.

MAior illa pomo & suauitate prẹcellentior quo sapientes indoꝝ uiuant folium alas auium imitatur longitudine triũ cubitoꝝ latitudine duum. Fructum e cortice emittit ad mirabilẽ succi dulcedinẽ ut uno quaternos satiet. Arbori nomen palepomon. Siene plurima est insidracis expeditionũ alexãdri termino. Est & alia similis huic dulcior pomo: sed intraneorũ ualitudini infesta dixerat alexander ne quis aggminis sui id pomũ attingeret. Genera arborũ macedones narrauere ex maiore parte sine nominibus. Est et therebintho similis. Cẹtera pomo amigdali minore tamen magnitudine prẹcipuẹ suauitatis. In bactris utique hanc therebinthũ esse proprii generis potiusquã similẽ ei putauerunt. Sed unde uestes lineas faciunt foliis morisimiles calice pomicino. Rhodo serũt eam in cãpis: nec est gratior ullaꝝ prospectus. Oliua indiẹ sterilis: preterq̃ oleastri fructu.

PAssim uero quẹ piper gignũt: iuniperis nostris similes q̃q̃ in fronte caucasi solibus opposita: gigni tantũ eas aliqui tradidere. Semina a iunipero distant puulis siliquis qualis in ipsis papasiolis uidemus. Hae priusquã debiscant decerptẹ tostẹq; sole faciunt quod uocatur pip longum: paulatim uero debiscentes p maturitatem ostendunt candidum piper quod deinde tostum solibus colore rugisque mutatur

Verum & his ſua iniuria eſt: atque cęli intēperie carbunculantur: fiūtque ſemina caſſa et inania quod uocant brecinaſim indoꝫ lingua ſignificāte mortuū: hoc ex omni genere aſperrimū eſt leuiſſimūq; & pallidum gratius nigrū: leuius utroq; candidū nō eſt: huius arboris radii ut aliqui exiſtimauere quam uocant ſingineri: alii uero gurpiperi q̄q̄ ſapore ſimili. Id enim in arabia atq; trogoditica in uillis naſcitur pua herba radice candida celeriter ea carie ſentit q̄uis in tanta amaritudine prēciū eius in libras vi. piper longū facilime adulteratur. Alexandrino ſinapi emitur in libras xv. albū xvii nigrum xiiii. Vſum eius adeo placuiſſe mirū eſt. In aliis quippe ſuauitas cępit: in aliis ſpecies inuitauit: huic nec pomi nec bacę cōmendatio eſt. Aliqua ſola placuere amaritudine & hanc in indos peti quis ille primus experiri cibis uoluit: aut cui in appetēda auiditate exurire non fuit ſatius. Vtrunq; ſilueſtre gētibus ſuis eſt & tamē pondere emitur ut aurum & argentum: piperis arborē iam & habet italia maiorem myrtho nec abſimilē amaritudo. Grano eadē quę piperi muſteo creditur eſſe. Deeſt toſta illa maturitas: ideoq; & rugaꝫ coloriſq; ſimilitudo adulteratur iuniperi bacis mirrę uim trahentibus in pondere quidē e multis modis.

Et etiam unū in India piperis granis ſimile quod uocatur gariophilon grādius fragiliuſq; tradunt in indico luco gigni aduehitur odoris gratia. Fert & in ſpinis piperis ſimilitudinē prēcipua amaritudine foliis paruis denſiſq; iuniperi modo ramis triū cubitoꝫ cortice pallido radice lata lignoſaq; buxei coloris: hac in aqua cū ſemie excępta in ereo uaſe medicamentū fit quod uocatur licyon. Ea ſpina & in pellio mōte naſcitur adulteratq; medicamentū. Itē aſphodeli: radix aut fel bubulum aut abſcynthium uel thus uel anurca abſcynthiū aptiſſimū medicinę quod eſt ſpumoſum. Indi in utribus camelorū aut rinocerontū admittunt. Spina ipſa in grēcia quidam pixacantū chironiū uocant.

Macir ex India aduehitur cortex rubens radice magne nomine arboris ſuę qualis ſit ea incōpertū habeo corticis melle decocti uſus in medicina ad diſſinteriēcos prēcipuus habetur. Secharon & arabia fert ſed laudatius india. Eſt autem mel in harudinibus collectū gumi modo candidū dentibus fragile ampliſſimum nucis auellane magnitudine ad medicinę tantum uſum. Contermina indis gens arriana appellatur cui ſpina lachrymaꝫ preciosa mirrę ſimilis acceſſu propter aculeos anxiolor & frutex peſtilens raphani folio lauri odore quo inuitati equi pene equitatu orbarunt alexandrū primo itinere quod in cedroſis accidit. Itē laurino folio & in ſpina tradita eſt: cuius liquo arſperſus oculis cęcitatē infert omnibus animalibus: necnon et herba prēcipui coloris referta minutis ſerpentibus: quaꝫ ictu protinus moriēdū eſſet. Honeſicritus tradit in hyrcanię conuallibus fico ſimiles eſſe arbores quę uocētur ochi: ex quibus defluat mel horis matutinis duabus.

Vicina eſt bactriana in qua bdelium nominatiſſimū arbor eſt nigra magnitudine oleę folio arboris fructu caprificis naturaq; gumi: alii brocon appellant: alii malachi: alii maldacon: nigrum uero & in offas cōuolutū ad robolum. Eſſe autē debet translucidū: ſimile cerę odoratu & cum fricatur pingue guſtu amaꝫ citra acore in ſacrificio perfuſo adoratius. Naſcitur in arabia indiaq; & media ac babylone. Aliqui paraticum uocant ex media aduectū facilius hoc & cruſtoſius amariuſq; & gūmoſum. Adulteratur amigdala nuce. Cętera eius genera cortice ſcordaſti ita uocatur arbor emula gummi: ſed deprehendunt quod ſemel dixiſſe & in cęteros odores ſatis ſit odore colore pondere guſtu igne bactriano nitor ſiccus: multiq; candidi ungues: prēterea ſuum pondus quod grauius eſſe aut leuius non debeat prēcium ſincero in libras ternas. Gentes ſupradictas attigit perſis rubro mari quod ibi perſicum uocauimus longe in terram ęſtus agentē mira arboꝫ natura: nanq; eroſe ſale inuectis derelictiſq;

ſimiles ſicco littore radicibus nudis polyporum modo amplexe ſteriles in harenas ſpectant. Eędem mari aduenente fluctibus pulſatę reſiſtunt ĩmobiles qui & pleno ęſtu operiunt. tote apparentq; itez ĩmobiles aſperitate aquaz. Illa ſoli magnitudo miranda eſt: ſpecies ſimilis unedonis pomum amigdalis extra ĩtus cõtortis nucleis

HI los inſula in eodẽ ſinu eſt repleta ſiluis qua ſpectat orientẽ quaq; & ipſa ęſtu maris perfunditur. Magnitudo ſingularis arboris fici flos ſuauitate inenarrabili pomum lupino ſimilẽ propter aſperitatẽ intactum oĩbus animalibus eiuſdẽ inſulę excelſiore ſuggeſtu lanigerę arbores alio modo q̃ ferum: bis folia infecunda: quę ni minora eſſent uitium poterant uideri: ferunt cotanei mali amplitudine: cucurbitas q; maturitate ruptę oſtendunt lanuginis pilos e quibus ueſtes pręcioſo linteo faciũt

ARbores uocant goſſim pinum fertiliores etiam thilę minore quę diſtat x.p. Iuba circa fruticem lanugines eſſe tradit: linteaq; indicis pręſtantiora. Arabię autem arbores ex quibus ueſtes faciãt cynas uocari folio palme ſimili: ſic indos ſuę arbores ueſtiunt. Intilis autẽ & alia arbor floret albę uiolę ſpetie: ſed magnitudine quadruplici ſine odore quod miramur in eo tractu. Eſt & alia folioſior tamẽ roſeiq; floris quem noctu cõprimens aperire incipit. Incipit ſolis exortu meridie expãdit. Incolę dormire eam dicunt. Fert ea inſula & palmas oleaſq; ac uites & cum reliquo pomoz genere ficos. Nulli arbori folia ibi decidunt: rigaturq; gelidis fontibus & imbres accipit. Vicina bis arabia flagitat quãdam genez diſtinctionẽ quoniam fructus bis conſtat radice frutice cortice ſucco lachryma ligno ſurculo flore folio pomo.

RAdix & folium indis & maxime pręcio radix coſti guſtu feruẽs odore eximio frutice alias iutili primo ſtatim introitu amnis indi in patale iſula duo genera ſunt eius nigrum & quod melius & candicans pręciũ in libras xvi. De folio Nardi plura dicere par eſt ut principalis in unguentis frutex eſt graui & craſſa radice: ſed breui ac nigra fragiliq; q̃uis pingui ſucco redolete aut cupreſſi aſpero ſapore folio paruo denſoq; cacumina in criſtas ſe ſpergunt: ideo gemina dote nardi ſpicas ac folia celebrãt Altez eius genus apud gangẽ naſcẽs dãnatur in totũ ozaenitidis nomine minus redolens. Adulteratur & pſeudo nardo herbę quę ubique naſcitur craſſiore atq; latiore folio & colore languido in candidum uergẽte. Item ſua radice permixta ponderis cauſa & gũmi ſpumaq; argẽti aut ſcibi ac cypero cypri ue cortice ſincez qdẽ leuitate deprehenditur & colore rufo odoriſq; ſuauitate & guſtu maxime ſiccante os ſapore iucundo pręcium ſpicę in libras lxxxx. folii diuſere ad nonam amplitudinẽ: quod adroſpez uocatur maioribus pipulis xx. quod minore folio eſt meſoſez appellatur Emitur xl. laudatiſſimũ macroferrũ e minimis folium: pręciũ ęius lxxv. odoris gratia omnibus maior recẽtibus. Nardo color qui inueteraueriit nigrior melior in noſtro orbe proxime laudatur: ſyriacum mox gallicum tercio loco crẽticum quod alii agrion uocant: alii aliphũ folio oliſatri caulę cubitale geniculato in purpura albicate radice obliqua uilloſaque & imitãte auium pedes.

BAcaris uocatur nardum ruſticum de quo dicemus inter flores. Sunt autem ea omnia herbę prẽter ĩdicum. Ex bis gallicum & cum radice uellitur: abluiturq; uino ſiccatur in umbra alligatur faſſciculis in charta non multũ ab indico differens. Syriaco tamen leuius pręcium xiii. In bis probatio una ne ſint fragilia & arrida potiuſ q̃ ſicca folia cum gallico nardo ſemper naſcitur herba quę hyrcolus uocat. & grauitate odoris & ſimilitudine quã maxime adulteratur. Diſtat q̃ ſine caule eſt & q̃ minoribus foliis quodq; radicis neq; amare neque odorate.

NArdi uim habet & assaꝫ quod & ipsum aliqui siluestre nardum appellant. Est autē edere similis foliis rotūdioribus tamen molliorib̄usque flore purpureo radice gallici nardi simile acinosum saporis calidi ac uinosi. Montibus in umbrosis bis in anno floret: optimū in ponto proximū in phrygia tertium in illyrico Foditur cum folia mittere incipit & in sole siccatur celeriter succū trahēs ac senescēs. Inuenta nup in thracia herba est: cuius folia nil ab indico nardo distant. Amonii una in usu est in dica uitę labrusca ut alii extimauere frutice myrtuoso palmi altitudine capit̄ cum radice manipulatim leuiter cōponitur protinus fragile laudatur q̄ maxime punici mali foliis simile: nec rugosis colore rufo: fecūda bonitas pallido herbatium peius pessimūq; candidū quod e: uetustate euenit: prēcium uue in libras lxx. Syriaco uero amonio lxxxii. nascitur & in Armenię parte quę uocat̄ ocene & in media & in pōto Adulterat̄ foliis punicis & gūmi liquido ut cohereat cōuoluatq; se in uuę modum. Est & quę uocat̄ Amomis minus uenosa atq; durior ac minus odorata: quo apparet haud aliud esse aut colligi ímatuꝫ. Simile bis & nomine & frutice Cardamomū semine oblongo. metit̄ eodē modo & in arabia: quattuor eius sunt genera uiridissimū & pingue acutis angulis cōtumax fricanti hoc maxime laudatur: proximū eius ruffo candicans: tertiū breuius atq; nigrius peius tamē uariū & facile tritu odorisq; parui: quod uerius costo uicinius esse debet hoc & apud medos nascit̄ prēciū optimi: libras xii.

CInnamomo gentilitas proxima erat ni prius arabię diuitias indicari cōueniret causasq; quę cognomē illi felicis ac beate dedere. Principalia ergo in illa thus atque mitra: hęc & cum trogoditis communis.

TVra prēter arabiam nullis: ac ne arabię quidē uniuersę. In medio eius sunt fere a tramite pagus sabeoꝫ capite regni sabotha in mōte excelso: a quo octo mansionibus distat. Regio eoꝫ turifera Sabea appellat̄: hoc significare grēci misterīū dicunt Spectat̄ tus solis estiui nudique maris scopulis inaccessi. Id solum e rubro lacteum tradit̄. Siluaꝫ lōgitudo est choenoꝫ xx. latitudo dimidiū. Choenus patet Eratosthenis ratioē stadia xl. hoc est passus v: aliqui xxii. stadia singulis choenis dedere. Attollunt̄ colles alti decurruntq; & in plana arbores sponte natę. Terrā argillosam esse cōuenit raris fontibus ac nitrosis. Attīgūt & minei pagos alios per quos euehit̄ uno tramite angusto: hi primi comertiū turis fecere maximeq; exercent: a qbus & nimęū dictū est. Nec prēterea arabum alii turis arborē uident ac ne hoꝫ quidē oēs. Ferūtq; ccc. non amplius esse familiaꝫ quę ius per successiones id sibi uēdicent. Sacros uocari ob id. nec ullo cōgressu fęminaꝫ funerūque cum incidant eas arbores aut metāt pollui: atque ita religione messes augeri: quidā ꝓmiscuū ius his populis esse tradūt in siluis: alii per uices annorū diuidi: nec arboris ipsius quę sit facies constat. Res i Arabia gessimus & Ro. arma in magnā partē eius penetrauere C. etiam Cęs. augusti filius inde gloriam petiit: nec tantū ab ullo quod equidē sciam latino arboꝫ eaꝫ tradita est facies: grēcorum exempla uariant: alii folio pyri minori dūtaxat & herbidi coloris prodidere: alii lentisco similē sub rutilo folio: quidā therebyntū esse & hoc uisum Antigono regi allato frutice. Iuba rex his uoluminibus quę scripsit ad C. Cęsarē augusti filiū ardentē famā arabię tradit: contorti esse caudicis ramis aceris maxie pontici succum amigdale modo emittere. Talesq; in carmania apparere & in egypto satas studio ptolemęorū regnantiū cortice lauri esse cōstat. Quidam & foliū simile dixere. Talis certe fuit arbor sardibus. Nam & asie rege: serendi curam habuerūt qui mea ętate legati ex arabia uenerunt. Omnia incertiora fecerunt quod iure miremur uirgis etiam turis ad nos cōmeantibus quibus credi potest: marem quoque terecem enodi fruticare trunco meti semel anno solebat minori occasione uendendi. Iā questus alteram uiā affert.

PRior atque naturalis uidemia circa Canis ortum flagrantissiō estu icidētibus qua maxime uideatur esse pregnans tenuissimusq; tendi cortex laxat. hic plaga non admittit. Inde prosilit spuma pinguis: hęc concreta densat. ubi loci natura poscat tegete palmea excipiente. Alii ubi area circūpauita purius illo modo: sed hoc pōderosius quod in arbore hęsit ferro depectit: ideo corticosum: silua diuisa certis portionibus mutua innocentia tuta est. Nemo sautias arbores custodit: nemo furat alteri. At berele Alexandrię ubi thura interpollant: nulla satis custodit diligētia officinas subligaria signat opifici persona rea adiicit capiti demptis testiculis nudi emittūt tanto minus fidei apud nos penax q̄ apud illos silue habent. Autūno legit & estiuo partu hoc purissimū candidū. Secūda uindemia est et uere ad eam hyeme corticibus incisis. Rufum hoc erit nec cōparandū priori. Illud carphiatū hoc datbiatū uocant. Creditur & nouellę arboris candidius esse sed ueterius odoratius. Quidā et in insulis melius putant gigni. Iuba in insulis negat nasci. Quod ex eo rotūditate guttę pependit masculū uocamus cum alias non fere mas uocet ubi nō sit fęmina. Religioni tributū ne sexus alter usurpet. Masculū aliqui putāt a spetie testium dictū pręcipua autē gratia est māmoso cum hęrente lachryma priore cōsecuta alia amiscuit se. Singula hęc manum iplere solita inuenio cū minore dirripiendi auiditate lētius nasci liceret. Gręci stagoniam & atonū tali modo appellant: minorē autē orabiā micas concussu elisas manam uocamus etiam num tamen inueniunt guttę quę tertiā partem minę hoc est xxx. denarioꝝ pondus ęquent. Alexandro magno in pueritia sine parsimonia tura ingerenti aris pedagogus leonides dixerat ut illo modo cum deuicisset turiferas gentes supplicaret. At ille Arabia potitus ture onustam naui misit ei exhortatus ut large deos adoraret. Tris collectum sabota Camelis conuehitur porta ad id una patente digredi uia capitales leges fecere. Ibi decimas deo quē uocāt sabin. Mensura non pondere sacerdotes capiunt: nec ante mercari licet q̄ inde ipensę publicę tollantur. Nam & benigne certo ueꝝ numero deus hospites pascit. Euehi non potest nisi per gebbanitas. Itaque & horum regi penditur uectigal. Caput eoꝝ thona. Abest agara nostri littoris in Iudea oppido lxxx. d. quod diuiditur in māsiones Camelorū lxv. Sunt & quę sacerdotibus dantur portiones scribisq; regū. Certe prēter hos & custodes satellitesq; & hostiarii & ministri populant. Iam quacunque iter ē aliubi ꝓ aq̄ et aliubi ꝓ pabulo aut ꝓ māsioibus: uariisq; portoriis pēdūt & sūptus i singulos Camelos dc. lxxxviii. ad nostꝝ littus colligat. Iterūq; iperii nri publicanis penditur. Itaque optimi turis libra xvi. prēcium hab & secunda xv. minuti xiii. Apud nos adulteratur resinę candidę gēma per quam similis: sed deprehēditur qbus dictum est modis: probatur cādore amplitudine fragilitate Carbone ut stati ardeat Itēne dentem recipiat potius quam in micas frāgat.

MYrrha in iisdem siluis pmixta arborem nasci tradidere aliqui plures separatim Quippe multis locis Arabię gignitur ut apparebit in generibus. Conuehitur & ex insulis laudata petuntque eam etiam a trogoditis Sabei transitu maris Sātiua quoq; prouenit multum siluestri prelata: Gaudet rastris & ab laqueationibus meliorque radice frigerata. Arbori altitudo ad v. cubita nec sine spina caudice duro & intorto crassiore q̄ turis & ab radice etiam q̄ reliqua sui parte corticem leuē similemq; unedoni. Scabrum alii spinosumq; dixere folium olue: ueꝝ & crispius & aculeatū. Iuba olisatri: aliqui similē iuniperio: scabriorem tamē spinisq; horridā folio rotūdiore sed sapore uniperii: nec nō fuere qui eturus arbore utrunq; nasci mētirent. Incidūtur bis & eisdē denique tēporibus sed a radice usq; ad ramum qui ualent. Sudant autē sponte priusquam incidant stactem dictā: cui nulla prefert. Ab hac satiua & in siluestri quoque meliora estiua. Non dant ex mirrha portiones deo: quoniā & apud alios nascitur. Regi tamen gebbanitarum quartas ptes eius pendūt. Cętero passim

a uulgo comptam in folles cōfertiunt: nostrique ūguētarii digerūt haud difficulter odoris atque pinguedinis argumētis.

GEnera cōplura trogodita siluestrium prima sequens in ea in qua & astramitica et gebbanitica & ausaritis. Gebbanitarum regno tertia dianitis: quarta colaticia quinta Sembracena a ciuitate regni sabeoꝝ mari proxima: sexta quā dusiritim uocāt Est & candida uno tantū loco quę in messalum oppidū cōfert̃ probat̃ trogoditicę pinguedinis & quo aspectu aridū est: sordida ac barbara: sed acrior cęteris Sabracena prędictis caret uitiis ante alias hilaris: sed uiribus tenuis. In plenū autē probatio est minutis glebis nec rotundis in concretu albicantis succi & tabescentis utriq; cōfracta candidos ungues habeat: gustuq; leuiter amara. Secunda bonitas intus uaria pessima quę intus nigra peior si etiā foris: pręcia ex occasione ementium uaria stractea xiii. ad lx. satiue summū xxi. Erithree xvi. hāc uolunt arabiā intelligi trogoditicę nucleo xiii. Sey uero quā odorariā uocant xiiii. adulterat̃ lentisci glebis & gūmi. Itē Cucumeris succo amaritudinis causa sicut ponderis spuma argēti. Reliqua uitia deprehēdunt̃ sapore gūmi dente lentiscens. Fallacissima autē adulterat̃ Indica mirrha: quę ibi de quadā spina colligit̃ hoc solū peius idia affert facili distinctione tāto deterior ē

ERgo transit in masticē quę ex alia spina fit in india. Itēq; in arabia lamā uocant Sed mastice quoq; gemina est quoniam & in asia gręciaque herba reperitur radice folia emittens & carduū simile malo seminis plena lachrymaque erūpit incisa pte summa uix ut id dignosci possit a mastice uera nec nō et tertia in ponto est bitumis similior: laudatissima autē chia candida: cuius pręcium in libras xx: nigra uero xii. chia lentisco traditur gigni gummi modo. Adulterat̃ ut tura resina.

ARabia etiam num & ladano gloriatur forte: casuq; hoc & iniuria odoris fieri plures tradidere: caprasq; maleficium alias frondibus animal odoratoꝝ uero fruticū expetentes tanq̃ intelligant pręcia carpere germinū caules prędulci liquore turgētes distillātēq; ab his casus mixtura succū improba barbaꝝ uillo abstergere hoc glomerari puluerē & incoqui sole: & ideo in ladano caprarū pilos esse. Sed hoc non alibi fieri quā in nabatheis qui sunt ex arabia contermini syrię: recensiores ex auctoribus serobo hoc uocant: tradunt q; siluas arabum pastu capraꝝ ifringi: atq; ita succū uillis inhęrescere. Verum autē ladanū in Cypri insula esse ut obiter quęq; genera odorum dicantur q̃uis non terraꝝ ordine similiter hoc ibi fieri traditur & esse osisum hyrcorum barbis genisque uillosis inhęrens: sed hedere flore de roso pastibus matutinis cum est rorulenta Cypros dein nebula sole discussa in puluerem madentibus uillis adhęrescere atq; ita ladanū depecti Sunt qui herbam in Cypro ex qua id fiat lędam appellant. Etenim illi lędanum uocant huius pingui insidere atq; attractis funiculis herbam eam conuolui atq; ita offas fieri. Ergo in utraque gēte bina genera terrenū et factitium: Id quod terrenū est fricabile factitium lentum: nec non fruticem esse dicunt in carmania & super egyptum per ptolomęos translatis plantis: aut ut alii generari & in id turis arbore colligiq; ut gūmi incisio: cortice & caprinis pellibus excipi pręcia sunt laudatissimo in libras asses xl. Adulterant̃ myrti baccis & aliis animaliū sordibus sinceri odor esse debet ferus & quodammodo solitudinē redolens. Ipsum uisu aridum tactu stati mollescere accensum fulgere odore iucūdo gratuitum myrrha deprehēdunt̃ crepitantq; in igne. Prętera sincero calculi potius e rupibus ihęrēt q̃ puluis.

IN Arabia & olea dotat̃ lachryma qua medicamentū conficitur a gręcis embemō dictū singulari effectu cōtrahēdis uulneꝝ Cicatricibus i maritimis hęlictibus estuque operūt̃: nec bacce nocet̃ cum constet in foliis salem reliqui: hęc sunt peculiaria arabię & pauca: prętera alibi communia dicenda: quoniā in his uicit pegrinos

ipsa myrrhę odores & ab exteris petit tanta mortalibus suarum rerum satietas & alienarum auiditas: petunt igitur in helimeos arborem bratim cupresso fuse similem ex albidis ramis iucundi odoris accensam & cum miraculo historiis Claudii Cęsaris prędicata folia eius inspargere potionibus parthos tradit odorē proximū esse Cedro fumūq; eius contra ligna alia remedio. Nascitur ultra phasitigrim in finibus oppidi scythię in monte scantho.

PEtunt & in Carmanos arborē hystobrū ad suffitus: pfusam uino palmeo accedentes huius odor redit a camaris ad solū iucundos: sed aggrauans capita citra dolorē. tamen somnum ęgris quęrunt his comertiis Carra oppidū aperuere quod est illis nundinariū: inde gabbam omnes petere solebant diebus xx. itinere & palestinā syriam postea caracē peti cęptum ad regna parthorum. Ex ea causa Iuba auctor est. Minei ad persas etiam prius ista portasse q̄ in syriam aut ęgyptum uidentur: herodoto teste qui tradit singula milia talentum annua turis penitasse arabas regibus persarū Ex syria reuehunt sciracem aeri odore eius in focis abigentes suorum fastidiū. Cętero non alia ligni genęra sunt in usu q̄ odorata cibosq; Sabei concoquunt turis ligno alii myrrhę oppidorum uicorūque non alio q̄ ex aris fumo atque nidore. Ad hūc ergo sanandum urunt stiracē in pellibus hyrcinis: efficiuntque tecta. Adeo nulla est uoluptas quę non assiduitate sui fastidium pariat. Eundem ad serpentes fugandas urunt in odoriferis siluis frequentissimas.

NOn sunt eorū Cinnamomū aut Casia & tamen felix appellatur Arabia falsa et ingrata cognominis quę hoc acceptum superis ferat cum plus ex eo inferis debebeat. Beatum illa fecit hominē etiam in morte luxuria quę diis intellexerat genita urendis defunctis periti rerum asseuerant non ferre tantum annuo fętu: quantum Nero princeps nouissimę pompę suę die concremauerit: extimentur postea toto orbe singulis annis tot funera aceruatimq; congesta bouori cadauerū quę diis per singulas micas dantur: nec minus propicii ernut mola salsa suplicantibus: imo uero ut palam est placatiores: uerum Arabię etiam num felicius mare est. Ex illo nanque margaritas mittit: minimaque computatione miles centena milia sestertium annis omnibus India & seres peninsula illa imperio adimunt. Tanto nobis delicie & fęminę costant: quota eni portio ex illis ad deos quę sola myrti ad inferos ptin&.

CInnamomū & Cassiam fabulose narrauit antiquitas princeps uerodotus auium nidis & priuatim phęnicis in quo situ liber pater educatus esset eximius rupibus arboribusque decuti carius q̄ ipse inferret pendere aut plumbatis sagittis. Item Casiam circa paludes repugnante unguibus diro uesptilionū genere aligerisq; serpentibus his cōuentis augentes reuorum pręcia Comitata uero fabula est ad meridiani solis repcussus in enerrabilem quēdam uniuersitatis abitum ex tota peninsula existere tot generum aut expirante conceptū: magnique Alexandri classibus arabiam odore primū nuntiatam in alto omnia falsa Siquidem cinnamomū ideōque cinnamomū nascitur in ęthiopia trogoditis connubio permixta: hi mercantes id a conterminis uehunt per maria uastaque ratibus: quas neque gubernacula regūt: neque remi trahūt uel ipellant: non uella non ratio ulla adiuuat: cum oium instar ibi sunt homo tātū et audacia. Prętera hibernum mare exigunt circa brumam euris tū maxime flantibus: hi recto cursu per sinus ipellunt atq; a promontorii ambitu argeste deferunt in portu gabbanitarum qui uocatur occilia. Quamobrem illi maxime id petunt: produntq; uix quinto anno reuerti negotiatores & multos iterire. Contra reuehūt uitrea zaena Vestes fibulas cum armillis ac monilibus. Ergo natio illa fęminarum maxime fide cōstat. Ipse frutex duorum cubitorum altitudine altissimus quattuor digitorum crassitudine statuta terra sex digitis surcuiosus aridio similis cū uiret: non odoratus folio origani

ſiccitate gaudens ſterilior ibre calidę naturę gignitur quidē in palmis ſed dēſiſſimis in uepribus rubiſq; difficilis collectu metit̃ :non niſi permiſerit deus. Iouem hunc intelligunt: Aliqui aſſabinū illum uocant xliii.boum caprarūque & arietum extis impetratur uenia metēdi non tamen aut ante ortū ſolis:aut poſt occaſum licet.Sarmenta ha ſta diuidit ſacerdos deoq; partē ponit· Reliquū mercator in maſſas condit Eſt & aliafama cum ſole diuidi ternaſque partes fieri: dein forte germina diſcerni: quodq; ſoli ceſſerit relinqui aut ſponte conflagrare. Prȩcipua bonitas uirgultorum tenuiſſimis partibus ad longitudinē palmi ſecunda proximis breuiore tamen menſura: atque ita tamen menſura: atque ordine uiliſſimū quod radicibus proximium Corticis in quo ſumma gratia eſt qua de cauſa prȩferunt̃ cacumina ubi plurimus torpet.

IPſum uero lignū in faſtigio propter origani acrimoniam quod xilocinnamū uocatur prȩciu eſt in libras xx.Quidā Cinnami duo genera tradidere Cādidius nigriuſque & quondā prȩferebatur candidū nunc e contra.Nigrum laudat̃ atq; etiam uariū prȩferunt candido.Certiſſima tamē extimatione ſi ſit ſcabrū atq; ut iter ſeſe tritum tarde fricetur.Damnatū in primis molle aut cui labit̃ cortex·Ius eius a gebbanitaꝭ rege ſolo proficiſcitur.Is edicto mercatu uendit prȩcia quondā fuere in libras denariorꝭ mille· Actū id parte dimidia eſt incenſis ut ferunt ſiluis ira barbarorꝭ id acciderit ob iniquitatē prȩpotentiū an forte non ſatis conſtat Auſtros ibi tam ardenter flare:ut ęſtatibus ſiluas accendant.Inuenimus apud auctores coronas Cinnamomo in terra ſimili auro incluſas:primus omniū in tēplis capitolii atque pacis dicauit. Imperator Veſpaſianus auguſtus radicē eius magni ponderis uidimus in palacii tēplo quod fecerat diuo auguſto Coniunx auguſta aure ępaterę ipoſitā.ex qua annis omnibus in grana durabant̃ donec id delubrū incēdio cōſumptū eſt.

FRutex & caſię eſt:iuxtaq; Cinnami campos naſcit̃ ſed in montibus groſſiori ſarmento tenui cute uerius q̄ cortice.quem conteri atque in Cinnamomo lauari & exinaniri prȩciū eſt amplitudo fruticis triū cubitorꝭ:color triplex cū primū emicat candidius pedali mēſura dein rubeſcit addito ſemipede ultra nigricans:hęc ps maxīe laudatur ac deinde proxia:damnatur uero candida cum ſecant ſurculos longitudinē binum digitorꝭ:mox prȩſunt recentibus cortis quadrupedū ob id interēptorꝭ ut putreſcentibus uermiculi lignū erodant: excauent corticē tutū amaritudine probatur recēs & maxime & quę ſit odoris molliſſimi guſtu ue q̄ maxime feruens potiuſquā lento tepore leuiter mordens colore purpurę quoque plurima pōderis minimū faciat breui tunicarū fiſtula atque non fragili ladam uocant talē barbaro nomine.Alia eſt balſamodes ab odore ſimili appellata ſed amara.ideoq; utilior medicis ſicut nigra unguentis prȩcia nulli diuerſiora.Optimi in libras xl.cęteris xv.

HIs addidere magones quam diaphanidos uocant miſocinnamon cognominatā prȩciū eius faciunt xccc. Adulteratur ſtirace & propter ſimilitudinē cortice lauri tenuiſſimis ſurculis:quin & in noſtro orbe feritur:extremoque in margine iperii:qua rhenus alluit iniuit in aluearis apum ſata. Color adeſt torridus ſole & ob id ſimul idem odor ex confinio caſię cannaque & Cinnami cācamū actaꝭ inuehitur:ſed per nabatheos trogoditaſque confines nabatheis.

COmportatur & ſericatum & gaballium quę intra ſe cōſumunt.Arabes noſtro orbi tantū nominibus cognita:ſed cū Cinnamo caſiaque naſcentia.Prȩuenit tamen aliquando ſericatū & in unguenta additur.Ab aliquis pmutat̃ in libras xvi.

MIrabolanū Trogoditis & thebaidi & Arabię quę Iudeam ab ęgypto diſtermiāt

Comune est noscens unguento ut ipso nomine appar& quo itē indicatur et glandē esse arborē heliotropio quam dicemus inter herbas simili folio fructus magnitudīe auellanę nucis ex his in arabia nascens syriaca appellatur & est candida. Contra in thebaide nigra prefertur illa bonitate olei quod exprimitur. Sed copia thebaica. Inter hęc trogoditica uilissima est. Sunt qui ethiopicam his preferant glandę nigram: nec pinguem nucleoq; gracili: sed liquore qui exprimitur odoratiori nascentē in cāpestribus egyptiā pinguiorē esse & crassiori cortice rubentē: & q̄uis in palustribus nascat breuiorē siccioręque e diuerso arabicā uiridē ac tenuiorē. & quoniam sit montuosa spissior est longe autē optima petreā ex quo diximus oppido nigro cortice: nucleo candido. Vnguentarii autē tantū cortices premunt medici nucleos tundunt affusa eis paulatim calida aqua.

Mirabolano in unguentis similē proximūque usum hab& palma in egypto quę uocat adipsos uiridis: odore mali cotonei nullo itus ligneo. Colligit autē paulo anteq̄ incipiat maturescere: quod si reliquatur phenicobalanus uocat & nigrescit uescentesque inebriat. Mirabolano pręcium in libras x. binas institores & fecē unguenti hoc nomine appellant.

Calamus quoq; odoratus in Arabia nascens Comunis indis & syrię est in quo uincit omnis a nostro mari ci. stadius inter libanum montē aliūque ignobilē non ut quidē existimauere antilibanum in conualle modica iuxta lacū: cuius palustria estate siccantur tricenis ab eo stadiis calamus & iuncus odorati gignunt. Sane enim dicamus & de iunco q̄uis alio herbis dicato uolumine: quoniam tamen hic unguentoꝝ materia tractatur. Nihil ergo a ceteris sui generis differunt aspectu. sed prestantior calamus odore statim e longinquo inuitat mollior tactu meliorq; quiminus fragilis & qui potius q̄ qui raphani modo frangitur. Inest fistule arancum quod uocant florē prestantior est cui numerosior. Reliqua probatio ut niger sit Damnatur alibi melior quo breuior crassior & lentus in frangendo calamo. Pręciū in libras xi. iunco xv. traduntque iuncū odoratū & in cāpania inueniri. Discessimus a terris oceanum spectantibus ad conuexas in nostra maria.

Ergo ethiopię subiecta affrica hermoiaci lachrimam stillat in barenis suis ide nomine etiam hermonis oraculo. Iuxta quod gignitur arbor quam metopō uocant resinę modo aut gūmi. Genera eius duo transton masculi thuris similitudīe quod maxime probatur. Alteꝝ pingue & resinosum: quod pirama appellant. Adulteratur barenis uelut nascēdo apprehensis igitur q̄ minimis glebis probat & q̄ purissimis pręcium optimū in libras asses xxx.

Spacnos infra eos situs in Cyrenaica prouincia maxime probat: alii brion uocant. Secundum locum obtinet Cypria. Tertium phenicia. Fertur & in egypto nasci quin & in gallia nec dubitauerim. Sunt enim hoc nomine Cani arboꝝ uilli quales e quercu maxime uidemus: sed odore prestantes: laus prima candidissimis atq; altissimis: secunda rutilis: nulla nigris & insulis petrisque nati improbantur omnes quibusque palmarū atq; non suus odor est.

Ciperus in egypto est arbor zizyphi foliis semine Coriandri candido odorato Coquitur hoc in oleo: premiturq; quod postea cyperus uocatur pręcium in libras ei xv. Optimū hoc canopica in ripis nili nata: Secundum ascalone iudeę: tertiū Cypro insula. Odoris suauitas quidam hanc esse dicunt arborem quę in Italia ligustrum uocetur. In eodem tractu aspbalatos nascitur spina candida magnitudine arboris medicae flore rosę. Radix unguentis expetitur: tradunt in quocūque frutice curuetur arcus celestis eandem quęcunque sit aspbalati suauitatem odoris existere: sed si in aspbalato inenarrabilem quandam quidam eum erisi sceptrum uocāt: cuius

probatio est in colore rufo uel igneo tactuque spisso & odore castoreo permutatur in libras quindeci. In egypto nascitur & in aaron peiusquā lidium maioribus foliis ac uariis illa breuia ac minuta & odorata.

SEd omnibus odoribus prę fertur balsamū uni terrarū Iudeę concessum quondā in duobus tantū ortis utroq; regio altero iugerum xx. non amplius: altero pauciorū Ostendere arbustum hanc urbi imperatorrs Vespasiani clarumque dictu a pōpeio magno in triumpho arbores quoq; diximus seruit: nunc hęc tributa pendit cum sua gente in totū alia natura q̄ nostri externiq; prodiderant. quippe uiti similior est quā myrto in aleolis seritur nuper iuncta ut uitis & impl&: colles uineaq; modo quę sine adminiculis se ipse sustinent. Tondetur similiter fruticans ac rastris nitescit properatque nasci. Intra tertium annum frutifera folium maxime rub& perpetua coma Seruire in eadem iudei sicut in uitam quoq; suam. Cōtra defendere Romani & dimicatum pro fructu semper est. Seritq; nunc eam fiscus nec unq̄ fuit numerosior aut procerior. Proceritas itra bona cubita subsistit. Arbori tria genera tenui & capillacea coma quod uocant antberistum. Alteraq; scabro aspectu in curuum fruticosum odoratius hoc thratim appellant tertiū eumeces quia est cęteris ,pcerius leui cortice huic secuuda bonitas nouissima antberisto. Semen eius uino proximū gustu colore rufum nec sine pingui. Peius in grano quod leuius atq; uiridius ramus crassior q̄ myrto. Inciditur uitreo lapide ossei sue cultellis ferro lędi uitalia odit. Moritur protinus eodem amputari superuacua patiens incidentis manus liberatur artificii temperamento: ne quid ultra corticē uiolet: sucus e plaga manat: quem opobalsamum uocāt eximię suauitatis: sed tenui gutta ploratu lanis parua colligitur in cornua. Ex his nouo fictili conditur crassiori similis oleo & in musta candida rubescit: deinde simulq; durescit & translucida. Alexādro magno res ibi gerente toto die ęstuio unā concham impleri iustū erat. Omni uero fecunditate maiori horreo congios senos minori singulos cum duplo rependebatur argentū. Nunc etiam singularū arborum largior uena ter omnibus percutit ęstatibus: postea deputatur & sarmenta quoq; in merce sunt deceiii. Amputatio ipsa surculisq; uenit intra quintū de uite annū xylobalsamū uocatur & coquitur in unguentis pro succo ipso substituere officinę. Corticis etiam ad medicamenta prę cium est: prę cipue autē gratia lachrimę: secunda semi tertia cortici: minima ligno. Ex hoc buxeum est optimū quod est odoratissimum et semine autem maximū & ponderatissimū: mordens gustu: feruensq; in ore. Adulteratur petreo bisperico quod arguitur magnitudine inanitate longitudine odoris ignauia sapore piperis: lachrymę probatio ut sit pinguis tenuis ac modice rufa & in fricando odorata. Secundus candido colos peior uiridis crassusque pessimus niger quippe ut oleū senescit. Ex omni incisura maxime probatur quod ante semel fluxit et alias adulteratur semine succoque. Vix maleficū deprę hendit gustu a maiore: esse enim dicunt genis non subacidus odore tantum austerus. Viciatur & oleo rosę cypri lentisci balani therebynthi myrti resina galbano cera cypria prout quęq; res fuit Nequissime autē gūmi quin arescit in manu inuersa & in aqua residet: quę ,pbatio gemina est. Debet sincerū & inarescere: sed hęc omnia gūmi addita fragili crusta uelit et gustu deprę henditur. Carbone uero quod cera resinaque adulteratur e nigriori flama. Non melle mutatū statim manu contrahit muscas. Prę terea sincera densatur In tepida aqua gutta sidens ad ima uasis. Adulterata olei modo innatat. Et si metopio uiciatū est: circulo candido cingitur. Summa est probatio ut lac coagulet & in ueste maculas non faciat. Nec manifestior alibi fraus: quippe milibus denariū sextarii empti uendente fisco ccc denariis ueneunt. In tantum expedit augere liquore xilobalsamo prę cium in libras xv. proxima Iudea syria super phęnicē stiracem gigcirca gabalam & maratuntha & Casium Seleucię montem. Arbor est eodem nomine

Cotoneo malo similis lachrymę ex haustero iucundior intus similitudo barūdinis succo prēgnans. In hanc circa canis ortus aduolant pennati uermiculi erodētes ob id in scrobe sordidescit stirax laudatur post supradicta ex pisidia sydone Cypro Cilicia Creta minime ex amano syriq medicis: sed unguentariis magis. Color in quacūque natione prēfertur rufus & pinguiter lentus deterior furfurosus & cano situ obducetus. Adulteratur Cedri resina uel gūmi uel melle: aut amigdalis amaris. Omia ea deprēhendunt gustu: prēcium optimo xviii. Exit & in pamphilia sed acrior minus que succosus

At & galbanū Syria in eodē amano monte & ferulam: quā eiusdem nominis resinę modo stagonitū appellant quod maxime laudant Cartilaginosum pirum ad similitudinē armoniaci minimeq; lignosum. Sic quoq; adulterat faba aut sacopenio. Sincerę si uratur fugat nidore serpentes permutat & in libras xv. medicinę hoc tantum.

PAnacem & unguentis eadem gignit nascentē & in ipso fine Archadię: circaq; trimanthi fontes & in archadia & in macedonia ferula sui generis v. cubitorū Foliis primo quaternis: mox senis in terram iacentibus ampla magnitudine rotūdis. In cacumine uero oleagineis semine in muscariis dependente ut ferulę. Excipit succus iciso caule messibus radice in autumno laudatur candor eius coacti sequens pallido statera. Niger colos improbatur: prēcium optimo in libras x. bini.

AB hac ferula differt quę uocatur spōdilion foliis tantum quia sunt minora et platani diuisura: nō nisi in opacis gignitur semen eodem nomine silis spetiē habet medicinę tantum utile. Dat & malabatrum syria arborē folio conuoluto arridi folii colore ex quo premitur oleum ad unguenta fertiliore eiusdē egypto: laudacius ex india uenit in paludibus ubi gigni tradunt lentis modo odoratius Croco nigricans scabrumque quoddā salis gustu. Minus probatur Candidum celerrime situm in uenustate sentit. Sapor eius nardo similis esse debē & sub lingua. Odor uero suffer uefacti in tuno ātecedit alios: in prēcio quidē prodigio simile est a x. singulis a ccc. peruenire libras. Foliū autem ipsum in libras lxx.

OLeum & omphacium est. Fit duobus generibus & totidē modis ex olea & uite olea adhuc alba expressa. Deterius ex druppa ita uocatur priusquā in cibū maturescat: iam tantum colorē mutans. Differentia quod hoc uiride est: illud candidū e uite fit psitia aut amnimea cum sit acini ciceris magnitudine. Ante Canis ortum in prima lanugiē demetitur uua eiusque melligo. Reliquū corpus sole coquit nocturni rores cauentur in fictili condita melligo colligitur. Subinde cyprio ęre seruat. Optimique rufa acriorq; & aridior prētiū omphatio in libras xvi. Fit & alio modo cum in mortariis uua imatura terit siccataq; in sole postea digeritur in pastillos.

EOdem & brion pertinet uua populi albę optima circa gnidū aut cariam in sitientibus aut siccis asperisque secunda in litię cedro

EOdem & oenanthe pertinet. Est autē intus labrusce uua colligitur cum flore cum optiē olet. Siccat in umbra substrato lintheo: atque ita in cados conditur prēcipua ex parapotamia. Secunda ab Antbiocia atque laodicia syrię. tertia ex mōtibus medicis: hęc utilior medicinę: quidā omnibus prēferunt eam quę in cypro insula nascitur. Nam quę in Africa fit ad medicos tātum pertinet uocaturq; massiaris: oibus autē est alba labrusca prēstantior q̄ e nigra.

ESt prēterea arbor ad eadē unguenta pertinens quā alii elatē uocant: nos abietē alii palmā: alii spatā: laudat hamoniaca egyptia maxiē: deinde syriaca dūtaxat

in locis ſitientibus odorata pingui lachryma quę in unguēta additur ad domandū oleum. In ſyria gignit⁻ & Cinnamū quod cariopon appellant: hoc eſt ſuccus expreſſus nuci multum a ſurculo ueri Cinnami differens uicina tantū gratia pręcium in libras aſſes xl.

HACTENVS IN ODORIBVS HABENT PRECIA ſyluę erantq; per ſe mira ſingula: uiuitque luxuria ea omnia miſcere & e cunctis unum odorē facere ita reperta ſunt unguenta.

VNguenta quis primus inuenerit non traditur illi acis tēporibus non erant nec ture ſupplicabat⁻ Cedri tantum & Citri ſuoꝝ fruticū & in ſacris fumo conuolutum in nidorē uerius q̄ odorē nouerant. Iam roſę ſucco reperto. Nominat⁻ enī id quoq; in olei laude perſarum gentis unguentiū ſed & illi mandent eo & accerſita cōmendatione ingluuię natum uirus extinguūt. Primū quod ęquidē inueniam Caſtris darii regis expugnatis In reliquo eius apparatu alexāder cępit ſerinium unguentoꝝ poſtea uoluptas eius a noſtris quoq; inter laudatiſsima atque etiam honeſtiſſima uitę bona admiſſa eſt: bonos quoq; & ad defunctos ptinere cepit: q̄ propter plura de eo dicemus quę his non erūt fruticum ad pręſens nominibus tantū iudicabuntur: natura uero eoꝝ ſuis reddunt⁻ locis. Vnguentis cognomina dedere aliis patrię: aliis ſucci: aliis arbores: aliis cauſę: primūque id ſcire cōuenit mutata auctoritate ad peius tranſiſſe gloriam laudatiſſimū fuit antiquitus in delo inſula poſtea mēdeſiū nec mixtura & cōpoſitione tātū hoc accidit: ſed idē ſucci uarie alibi ad quęlibet pręualuere aut degenerauere innū coryntbi diu maxime placuit: poſtea cyrici. Simili modo rhodinū phaſelli quam gloriam abſtulere Neapolis Capua pręneſte corcinū in ſolis Cilicię diu maxime laudatum eſt: mox rhodi oenathinum in cypro prępoſitum: poſtea dramitheo. Aromancinū in choo: poſtea eodē loco pręlatū eſt melinum. Cyprinum in cypro: deinde in ęgypto ubi mendeſium & metopium ſubito gratius facta eſt: mox hoc abſtulit phęnice & Cypri in laudē ęgypto reliquit panathenaicū ſuum athene perſeuerante obtinuere. Fuerat & pardalium in tarſo: cuius etiā cōpoſitio & mixtura oblitterata eſt. Narciſſinū quoq; e flore narciſſo deſiit cōponi. Ratio faciendi duplex ſuccus & corpus ille olei generibus fere conſtat: hic odorū: hęc ſtygmata uocāt: illa bediſmata: tertius iter hęc eſt colos a multis neglectus: huius cauſa adduntur cynabaris & bancuſa ſal aſperſus olei naturam cohercet quibus bancuſa adiecta eſt ſal non additur. Reſina aut gummi adduntur ad continendū odorem in corpore. Celerrime his euaneſcit atque defluit ſi non ſunt hęc addita. Vnguentorū expeditiſſimū fuit: primūque ut ueriſimile eſt ebeno & balanino oleo increuit: de quibus ſupradiximus. Dein mendeſium balamino reſina myrrha: magiſque etiam num necopio. Oleum hoc eſt amigdalis amaris expreſſum in ęgypto: cui addidere omphatium Cardamū Iuncum Calamū uel uinū myrrham ſemē balſami galbanū reſinam therebinthinam e uiliſſimis quidē hodieq; eſt ob id creditū & id iucuſtiſſimum eſſe quod conſtat oleo myrteo Calamo cupreſſo Cypro lentiſco: cum mali generati cortice: ſed diuulgata maxime unguenta crediderim roſa quę plurima ubique gignitur. Itaq; ſimpliciſſima rhodina mixtura diu fuit additis omphatio flore roſę Crocino Cinabari Calamo melle iunco ſalis flore aut bancuſa uino: ſimilis ratio et ī Crocino additis Cinabari bācuſa uino ſimilis: & in ſampſucino admixtus ōphatio

calamo. Optimũ hoc in cypro & mitilenis ubi plurima sampsucus miscentur & ui-
liora genera olei myrto lauro quibus additur sampsucinum lilium fęnum gręcum
myrrha Casia nardum iuncus cinnamomũ: e malis quoq; cotoneis ex rutbis fit oleũ
ut diximus melinũ quod in unguenta transit admixtis omphatio cyprino samio
balsamo iuncto casia abrotano sisinũ tenuissimũ omniũ est. Constat ex illis balano
calamo croco myrrha: et idẽ cyprinũ ex cypro & omphatio et cardamomo calamo
spaltro abrotano. Aliqui & in cyprũ addunt myrrhã et panacẽ: hoc optimũ sydone
mox ęgypto si non addatur sisaminũ oleũ durat & quadriennis excitatur cinnamo-
mo tellinũ fit ex oleo recẽti cipero calamo melliloto fęnogręco melle malo amaraco:
hoc erat celeberrimũ menandri poetę Comici ętate: postea multo successit propter
gloriam appellatũ megalium ex oleo balanino calamo: iunco xilobalsamo casia resi-
na huius proprietas ut uentilletur in coquendo donec desinat odore. Rursus refri-
geratũ odorẽ suũ capit. Singuli quoq; succi nobilia unguenta faciunt. In primis ma-
lobatrum postea iris illyrica excisizena. Amaracus herbarũ in utraque pauca his et
alia aliis miscent qui plurima alterutri mel salis florẽ omphatiũ ac agrifoliam panacẽ
Externa omnia & prodigiosa cinnamomo pręcia. Addicitur cinnamo balaninum
oleũ xilobalsamũ calamus iunci balsami semina mirrha mel odoratũ: unguentorũ
hoc crassissimũ pręcia ei asses ad ccc. Nardinũ siue foliatũ cõstat õphatio balanino
iunco costo nardo amonio myrrha balsamo in hoc genere conueniet meminisse her
barum quę nardum indicũ imitarentur species nouẽ a nobis esse dictas. Tanta ma-
teria adulterandi est. Omnia autẽ acutiora fiunt costo amonio quę maxime nares
feriũt. Crassiora myrrha suauioraque medicinę autem utiliora croco: acerrima per se
amonio. Hoc & capitis dolores facit: quidã satis habet aspergere quę sunt preciosis-
sima ęteris decoctis impendio procedentes: sed non cadẽ est uis nisi una decoctis
myrrha & per se unguentũ facit sine oleo ęstate dũtaxat: alioquin nimiam amaritu-
dinẽ affert. Cyprino uiride fit. Sufino unguinosum: mendesio nigrũ: rhodino can-
didum: myrrha pallidũ. Hęc sunt ãtiquę unctionis genera & postea officinaꝝ furta
Nunc dicetur Cumulus ipse deliciaꝝ & summa auctoritas rei.

ERgo regale unguentũ appellatum quoniam parthoꝝ regibus ita temperatur
Cõstat mirabolano Costo ãmonio Cinnamomo: comato: cardamomo. Nardi spica
maro myrrha Casia stirace ladano oppobalsamo: calamo iuncoque oenanthe male-
batro sericato cypro aspalto panace: croco cipero amaraco lato melle uino. Nihilque
eius rei causa in Italia uictrice omniũ. In Europa uero tota prẽter Iriz illyricã & nar-
dum gallicũ gignitur. Nam uinum & rosa & myrti folia: oleumque comunia fere
omniũ terraꝝ intelliguntur siccis odoribus. Conitatque diaplasmata uocatur. Nã
feces unguenti magiata appellant inter omnes potẽtissimus odor quisquis nouissiẽ
additur.

VNguenta optime seruantur in alabastris: odores in oleo: quod diuturnitate eo-
rũ tanto utilius est quãto piguius: ut ex amigdalis: & ipsa unguẽta uetustate
meliora. Sol inimicus his: quamobrẽ in umbra coquunt plumbeis uasis. Expimẽtũ
coꝝ inuersa manu capit ne carnosę ptis calor uiciet.

HAEc est materia luxus e cunctis maxime superuacui. Margaritę enĩ gẽmę quę
ad hęredẽ tamen transeunt uestes prolongant tẽpus. Vnguenta illico expirant ac
suis moriuntur horis. Sũma cõmendatio coꝝ ut transeunte fęmina odor inuitet etiã
aliud agentẽ. Excedunt quadragenos denarios libra tanti emitur uoluptas aliena
Etenim odorẽ qui gerit ipse non sentit sed tamen & hęc aliqua differentia signãda
sunt in M. Ciceronis monumentis inuenitur unguenta gratiora esse quę terrã quã
doque crocum sapiant: quando etiam corruptissimo in genere; magis tamen iuuat

quędam ipsius uicii seueritas. Sed quosdam crassitudo maxime delectat id ipsum approbantes linique iam non solum sed & perfundi unguentis gaudent. Vidimus etiam uestigia pedum tigui: quod mathonē monstrasse Neroni principi ferebant: queso ut qualiter sentiretur iuuaret ab ea parte corporis: nec non aliquē ex priuatis audiuimus uisisse spargi parietes balneaq; unguento: atque C. principē solitū lauari ac ne principale uideatur hoc bonū & postea quēdam ex seruis Neronis: maxime tamē mirum est hāc gratiam penetrasse & in castra Aquilę certe ac signa puluerulē ta illa ex custodiis horrida iunguntur festis diebus utinam q; dicere possemus quis primus instituisset. Ita est nimiq; hac mercede orbē terraq; corruptę deuicere aquilę Ista patrocinia quęrimus uicii ut per hoc ius summatur casside unguenta: quando id primū ad Romanos penetrauerit non facile dixeri. Certū est antiocho rege asiaq; deuictis urbis anno dlxv. p. licinium Crassum: & luciū Iulium Cęsarē censores edixisse ne quis uēderet unguenta ex otica. Sic eni appellauere. At hercule iam quidam etiam in potus addunt: tantaq; amaritudo est ut odore prodigo fruantur ex utraque parte corporis L. plo. cium L. planci bis consulis censoris ne fratrē proscriptū atriū iuris in salernitana latebra unguēti odore proditū constat: quo dedecore tota absoluta proscriptio est. Quis enim non merito iudicet perisse tales. Cętero terrarū omniū ęgyptus acomodatissima unguentis. Ab ea Campania est proxima. copia rosę

COpia rosę Iudea inclyta est. uel magis palmis: quarum natura nunc dicet. Sūt quidē in europa uulgoq; italia: sed steriles. Ferūt in maritimis hispanię fructū. Veq; immitē dulcē in africa sed statim euanescētem. Contra in oriente ex his bina genera quę aliquibus panis plurimis uero etiam quadrupedū cibus: quamobrē iure dicent externe: nulla est in Italia sponte genita: nec in alia parte terraq; nisi in gallicia frugifera uero nusquā nisi in feruida. Gignitur leui sabulosaq; terra maiori in pte uitrosa Gaudet & riguis totoq; anno bibere: cum amet anno silenti a fimo quidā ledi putāt et assyrioq; pars aliqua si nō riuis misceat. Genera earū plura & prima frutice non excedentia sterilē hanc aliubi & ipsam fertilē breuesq; rami obire. Vmbra foliorum tectorii uice: hic parietibus plerisque in locis prestat. Contra asperaginē est procerior silue & arbore & ipso foliorq; aculeo fructificante circa totos pectinati quas silue stres intelligi necesse est. Incerta tum libidinē etiam mitioribus se miscet. Reliquę teretes atque procerę densis gradatisq; corticū pollicibus aut orbibus facile ad scandendū orientis populis prębent utilē sibi arborē quę idutis circulū mira pernicitate cum homine subeunte Coma omnis in cacumine & pomū est non inter folia ut cęteris: sed suos inter ramos palmitibus racemosum utraq; natura uuę atq; pomi folia ut in cęteris sed suos inter ramos ocultato mucrone: lateribus inter se bifidatis bellas primū demonstrauere gēmas. Nunc ad funes uitiūque nexus & capitū leuia umbracula fundunt arboribus: imo potius omnibus quę terra gignit herbisque etiam utrunque sexū esse diligentissimi naturę tradunt. hoc in plenū latis sit dixisse hoc in loco nullis tamen arboribus manifestius. Mas in palmite floret: fęmina citra florem tantū germinat spinę modo. Vtriusq; autē prima noscitur pomi caro postea lignū intus hoc est semen eius. Argumentū quod paruę sine hoc reperiunt in eodē palmite. Est autē ob longū non ut oliuis orbiculatū prętera cęsum a dorso palumato et in aluo media fissura plerisque umblicantū unde primū spargitur radix. Serit autē pronū & bina iuxta cōposita semina superq; totidē quoniam ifirma singulis plāta est quaterne coalbescunt multis candidisq; lignū hoc a carnibus discernitur. Tunicis alii corpori adhęrentibus laxeque distantis cacuminis folio adhęrēs. Caro maturescit anno quibusdam tamen in locis ut in cypro q̄q̄ ad maturitatē non peruenīat graco sapore dulcis est & folium ibi lacius fructus q̄ reliquis rotundior: nec ut deuoretur corpus uero ut expuat succo modo expręsso & in arabia languidę dulces traduntur

esse palmę q̃q̃ Iuba apud scenitas arabas prefert omnibus saporibus quē uocāt dablā
Cętero sine maribus non gignere fęminas sponte edito tremore cōfirmant: circaque
singulos plures maturę in eum pronas blandioribus comis illum erectis hispidum
afflatu uisuq; ipō & puluere etiam reliquas maritare: huius arbore excisa biduo post
steriles certe fęminas. Adeo est ueneris intellectus uti coitus etiam excogitatus sit ab
homiē ex maribus flore ac lanugine. Interim uero tantū puluere insparso feminis
Seruntur autem palmę & trunco duum cubitorū longitudine a cerebro ipso arboris
fissuris diuiso atq; defosso & ab radice auulso uitalis est satus & ramorū tenerrimis
In assyria quoq; ipsa arbor strata solo in humido tota radicatur: sed in frutices nō in
arborem. Ergo plantaria instituūt anniculasq; transferunt & iterū binas. Gaudent
enim mutatione sedis uerna alibi. In assyria autē circa canis ortus nec ferro attingūt
ibi nouellas: sed religant comas ut in altitudinē exeant. Robusta deputant e lassitu-
dinis gratia semipedales ramorū delinquentes truncos: qui decisi alibi necāt matrē
Diximus falsum ab his solū diligi. Ergo ubi non est tale salem aspergunt non radi-
cibus sed longius paulo quędam in syria & egypto in binos diuidunt se truncos: in
creta & in ternos: quędamq; & in quinos ferunt statim in trimatu: in cypro uero sy-
ria egypto quadrimę alię quinquennes altitudine hominis nullo intus pomi ligno
q̃ diu sunt nouellę: ob id spadonum accepto nomine. Genera earū multa sterilibus
ad materias operaque lautiora utitur assyria & tota persis. Sunt & cedue palmarum
quoq; siluę germinantes rursus ab radice succisę: dulcis medulla earū in cacumine
quod cerebrū appellant exempta que uiuunt: quod non alię. Vocantur autē camero-
pes folio latiori ac molli ad uitalia utilissimo. Copiose in creta sed magis in Cicilia
Et palmis primę uiuaces: segnisq; leuitas. Fructiferarū alius breuia lignū in pomo:
alius longius his mollius illis durius. Quibusdam osseum lunatūque dente contra
fascinantes religione politū aliud pluribus uestitū paucioribusue tunicis aliud cras-
sioribus ue. Ita fiunt. Vnde quinquaginta genera si quis omnium persequi uelit
nomina etiam barbara uinorumque ex his differentias clarissime omniū quas regias
appellauere ab bonoribus: quoniam regibus tantum persidis seruarētur babilone
natę uno in orto bogati ita uocant spadones qui apud eos etiam regnauere. Ortus
ille nūquā nisi dominantis in aula fuit at in meridiano orbe precipuam obtinent
nobilitatē siargi proximāque margarides: hę breues candidę rotundę acinis q̃ balais
similiores: quare nomē a margaritis accepere. Vna earum arbor inchoata esse tradit
una & siagros mirūque de ea accepimus cum phęnice aue: quę putat ex huius pal-
mę argumento nomen accepisse. Iterum mori ac renasci ex se ipsa: eratq; anteq̃ pde-
ret fertilis: pomū ipsum grande durum horridū & a cęteris generibus distans sapo-
re: quoniam ferme siagris euidētissimoque causa nominis. Quarta auctoritas scan-
dalidum a similitudine appellatum iam in ęthiopię fine: quique harum plurimas
arbores tradunt non raritate magis q̃ suauitate mirabiles. Ab his cariothę maxime
celebrantur & cibo quidē: sed & succo uberrima e quibus precipua uina orienti imiq̃
capiti. Vnde pomo nomē: sed ut copia ibi atque fertilitas ita nobilitas in iudea nec
in tota: sed in hiericonice maxime q̃q̃ laudata & achelaide & phaselide atq; lydia de
gentis eiusdē cōuallibus. Dos his precipua succo pingui lactentibus quodamque
uini sapore in melle predulci. Sicciores in hoc genere nicolai: sed ampitudinis pre-
cipue quaternū cubitorū longitudinē efficiunt minus speciose sed sapore cariothārū
sorores & ob hoc adelphides dictę proximā suauitatē habent non tamen eandem
Tertium ex his genus patet & nimio liquore abundans. Rumpit sese pomi ipsius
etiam in suam matrem ebrietas calcatis similes suum genus sed sicciore turba iacēs
dactilis prelonga gracilitate curuatis in terram. Nam quos ex his bonori deorum
dicamus ebidatos appellauit. Iudea gens contumelia numinū insignis in totū aren-
tes thebaide atque arabice macroq; corpore exiles & assiduo uapore torrentes crustā

uerius q̃ cutẽ obducũt. In ipsa quidẽ ęthiopia fricatur hęc. Tanta & est siccitas & farinę modo spissatur in panẽ. Gignitur autẽ in frutice ramis cubitalibus folio latiore pomo rotundo sed maiore q̃ mali amplitudine ęcęas uocant: triennio maturescũt semperq; frutici pomũ est subnascente alio thebaidis fructus extemplo in cados cõditur tum sui arboris animã ni ita fiat celeriter expirat mar cescitq; nõ retostus furnis. Ex reliquo genere plebei nitẽtur syrii hęc stragemata uocant. Nam in alia pte phęnicis Cilicięq; populari etiam nomine a nobis appellatur balani. Eoꝝ quoq; plura genera differunt figura rotũditatis aut proceritatis: differunt & colore nigriores ac rubentes nec pauciores fico tradunt. Colores maxime tamen placent candidi: distant et magnitudine prout multi cubitum effecere: quidã non ampliores faba. Seruantur ltẽ qui nascuntur in salsis atque sabulosis ut in Iudea & cyrenaica africa. Non item in ęgypto cypro syria seleucia assyria: quãobrẽ sues & reliqua animalia ex his saginãtur uiciati ut uetusti est signũ pomi cecidisse candidam ueruca quę racemo adhęserit. Alexandri milites uiridibus palmis strangulati sunt in cedrosis: id factũ est pomi genere. Alibi copia euenit. Est enim tanta suauitas musteis ut finis mandendi non nisi periculo fiat.

Syria prętер hanc peculiares habet arbores in nucum genere piscaria nota ꝓdesse aduersus serpentũ morsus traduntur & potu & cibo. In ficoꝝ autẽ caricas minoris eiusque generis quę coctana uocantur. Item prima in damasco monte nata & missa utranq; iam familiarem. Alię emuxis in ęgypto & uina fiunt. Iuniperi similitudinẽ habent: phonices cedrũ minorẽ habent: duo eius genera licia & phęnicia differunt folia nãque durũ acutũ spinosum habet. Oxycedros uocatur ramosa & nodis ifecta. Altera odore prestans fructũ ferunt myrti magnitudine dulcẽ sapore. Et maioris cedri duo genera: quę floret: fructũ non fert. Fructifera non floret & in ea ãtecedẽte fructũ occupat nouus: semen eius est Cupręsso simile: quam quidã cedrotalẽ uocãt. Ex hac resina laudatissima: materię uero ipsius ęternitas: itaq; & simulacra deorum ex ea factitauerunt: Cedrinus est. Rome in delubro apollo sosianns: sileucia aduectus cedro similis in Arcadia est arbor quę in phrygia frutex uocat.

Syria & therebynthũ habet: ex his mascula est sine fructu. Fęminaꝝ duo genera. Alteri fructus rubet lentis magnitudine: alteri pallidus cum uite maturescit: nõ grãdior faba odore iucũdior: tactu resinosus. Circa idã troadis sed in macedonia breuis arbor hęc atq; fruticosa. In damasco syrię magna materies eius & ad modum lęta splendoris eximii flos racemosus oliue modo sed rubens: folia densa fert: et folliculos emittentes quędam animalia ceu culices lentorẽque resinosum qui e cortice erũpit. Etruria mascula fert sterili fęmina folio ulmi paulo longiori & piloso foliorum inter se semper contrariis pediculis gracili breuique ramo pelles candidę cõficiunt. his semen lenti simile cum uua rubescit quod uocat ros medicamentũ necessariũ.

Et ęgypto multa genera quę non alibi ante omnia ficus ob id ęgyptia cognominata. Arbor moro similis folio magnitudine et aspectu pomũ fert non ramis sed caudice ipso. Idq; ipsum ficus est prędulcis sine granis interioribus per quã fecundo prouentu scalpendo tantũ ferreis unguibus non aliter maturescit: sed cum factum est quarto die demetitur alio subnascente septeno. Ita numerosa partu per singulas ęstates multo iactu abundante subnascitur etiam si non scalpatur fętus: quater ęstate priorẽque expellit immaturũ. Materies proprii generis inter utilissimas cęsa statim stagnis mergitur hoc est eius siccari & primo scidit & postea fluitare icipit. Certoq; eam suggit alienus humor qui alium omnẽ rigat cum innatare icipit tẽpestiue habet signũ: huic similis quędam. Itẽ quę uocatur cypria ficus in Creta. Nam & illa in

caudice ipso fert pomũ & ramis cũ i crassitudinẽ adoleuere Sed hęc gemina emittit sine ullis foliis radici similia Caudex arboris popolo similis folium ulmo fructus quaternos fundit totiens & germinat sed grossus eius non maturescit nisi incisura emisso lacte suauitas & interior fici magnitudo sorbi similis

ETquam Iones cerauniam uocant trunco & ipsa fertilis sed pomũ siliqua: ob id ficum ęgyptiã dixere errore manifesto. Non enim in ęgypto nascitur sed in syria: ioniaque & circa gnidũ atq; rhodũ semp comantibus foliis flore candido cum uehementia odoris plantigerat imis partibus: ideo superfities flauescens succũ auferẽte sole pomo antecedentis anni circa canis ortus detracto que statim alteq; parit: postea flore peractuq; hyeme fętus eius enutriente.

EEgyptus & persicam arborẽ sui generis habet similẽ pyro folia retinentem fertilitas assidua eius subnascente crastino fructu. Maturitas etbesiaq; afflatu pomũ longius pyro inclusum putamine amigdaleo & corio colore herbido: sed ubi nux il la huic pomũ differens breuitate ac mollicie q̃uis blandiatur: prędulcis suauitas in nucleo materies bonitate firmitudine nigritia quoq; nihil differens a lotho. Simulacra ex eo factitauere non eadẽ gratia qua fideli materie ex arbore quã balanũ appellauimus magna ex pte contorta. Naualis itaque tãtum est. At e diuerso cuti in magno honore palmę similis: quando ex eius foliis utuntur ad textilia. Differt q; in brachia ramoq; spargitur: pomo magnitudo quę manum impleat colos fuluus cõmẽdabilis succo ex haustero & dulci lignum intus grandis firmęq; duricie ex quo uelares decorant anulos: in eo nucleus dulcis dum recens est. Siccatus durescit ad infinitum ut mandi non possit nisi pluribus diebus maceratus. Materies crispioris elegantię & ob id persis gratissima. Nec minus spina celebratur in eadẽ gente dumtaxat nigra: quoniam incorrupta: etiam in aquis durat. Ob id utilissima nauiũ costis Candidę facile putrescunt. Aculeus spinaq; etiam in foliis semẽ in siliquis quo Coria perficiuntur gallę uice. Flos & coronis iucundus & medicamẽtis utilis manat et gummi ex ea sed precipua utilitas qnod nũq̃ cęsa anno tertio surgit circa thebas: hęc ubi & quercus & psea oliua ccc. a Nilo stadiis sylucstri tractu & suis fontibus riguo

IBi primus ęgyptia non dissimilis spinę proximę dictę pomo mespili maturescens bruma nec folia dimittens lignũ in pomo grande: sed corpus ipsum natura copiaque messium instar incolis: purgatũ enim tundũt seruantq; eius offas. Silucstris fuit & circa mẽphim regio tam uastis arboribus ut terni non quirent circumplecti Vnius peculiari miraculo nec pomũ propter usum aliquẽ: sed euentũ. Facies enim spine folia habet ceu pennas quę tactis ab homine ramis cadunt protinus ac postea renascuntur.

GVmmi ex ęgyptia spina optimam esse conuenit uermiculatam colore glauco puram sine cortice dentibus adhęrentẽ: pręcium eius in libras xiii. deterior ex amigdalis amaris & Ceraso pessima prunis fluit & euntibus infantium ulceribus aptissima & aliquando ex olea dentiũ dolori ulmo etiã in corrio monte Cilicię ac iunipero ad nihil utiles. Ex ulmo uero gũmi & culices ibi nascuntur fit & ex sarcocolla. Ita uocatur arbor gũmi utilissima pictoribus ac medicis. Similis polini turis et ideo candida q̃ rufa melior: pręciũ eius quod supra.

NOndum attigimus palustria nec frutices amniũ: prius tamen q̃ digrediamur ab ęgypto & papyri natura dicetur cum chartę usu maxime humanę uitę constet memoria: et hanc Alexandri magni uictoria repertã auctor est M. uarro cõdita in ęgypto Alexandria ante non fuisse chartaq; usum in palmaq; foliis primo scriptitatum: dein quarũdã arboq; libris: postea publica monumẽta plumbeis uolumibus

mox & priuata linteis confici cepta aut ſcedis: pugillaq; etiã uſum fuiſſe ante troiana tempora inuenimus apud homeq; illo uero prodente ne terra quidẽ ipſa tota fuiſſe quę nunc ęgyptus intelligitur. Cum in ſebeniſtico eſt alter eius nomus charta naſcatur poſtea ad aggeratam nilo ſiquidẽ a pharo inſula quę nunc Alexandrię pōte iungitur: noctis dieique uelifico nauigii curſu terram fuiſſe prodit. Mox emulatione circa bibliothecas regum ptolomei & eumenis ſupprimente chartas ptolomeo Itẽ uarro mẽbranas pergami tradit repertas: poſtea permiſcue patuit uſus rei quam coſtnat ĩmortalitas hominũ.

PApyrum ergo naſcitur in paluſtribus ęgypti aut quieſcentibus nili aquis ubi euagatę ſtagnant duo cubita non excedẽte altitudine gurgitũ brachiali radicis obliquę craſſitudine triangulis lateribus x. non amplius cubitoq; longitudine in gracilitatẽ faſtigiatum tyrſi modo Cacumen includens ſemine nullo: aut uſu eius alio q̃ flores ad deos coronandos radicibus incolae pro ligno utunt̃: nec ignis tãtũ gratia ſed ad alia quoq; utenſilia paſtoq;. Ex ipſo quidẽ papyro nauigia texunt & e libro uela tegeteſq; nec non & ueſtem atque ſtragulam & funes: mandunt quoq; crudum decoctumque ſuccum tãtũ deuorates. Naſcit̃ & in ſyria circa quẽ odoratus ille calamus lacũ neq; alius uſus eſt inde q̃ funibus Rex antigonus in naualibus rebus nondũ ſparto cõmunicato. Nuper & in euphrate naſcens circa babylonẽ papyrum intellectum eſt eundẽ uſum habere quem chartę: et tamen malunt adhuc partbi ueſtibus litteras intexere: prępara nt̃ ex eo chartę diuiſę acu inprętenues: ſed q̃ lautiſſimas philuras principatus medio atque indiſciſſere ordine.

HIeratica appellatur antiquitus religioſis tantũ uoluminibus dicata: quę adulatione auguſti nomen accepit ſicut ſecunda liuię a coniuge eius. Ita deſcendũt hieratica in tertium nomen proximũ ãphiteatrice datũ fuerat a cõfecturę loco. Excepit hanc Romę fauni ſagax officina tenuatãque curioſa interpellatione principalẽ fecit e plebeia & nomen ei dedit quę non eſſet. Ita charta in ſuam manſit amphiteatrica Poſt hanc ſaytica ab oppido ubi maxima ex uilliorib̃us ramentis proptorq; etiam num & cortici leneotica a uicino loco pondere iam hęc non bonitate uenalis. Nam emporetbica inutilis ſcribendo in uolucris chartaq; ſegeſtriumq; in mercibus uſum prębet & ideo a mercatoribus cognominata. Poſt hanc papyrũ eſt: extremũque eius ſcirpo ſimile: ac ne finibus quidẽ niſi in humore utile. Texunturq; omnes madẽte tabula nili aqua turbidus liquor inde glutinis prębetur cũ primo ſupina tabula ſecda allinitur longitudine papyri quę poterit eſſe graminibus utrinq; amputatis tranſuerſa poſtea crates peragit: pręmitur deinde pręlis & ſiccatur ſole pagellę atq; inter ſe iunguntur proximaq; ſemper bonitatis diminutione ad dexterimas nunq̃ plures ſcapo q̃ uicenę. Magna in latitudine eaq; differentia xiii. digitoq; optimis duo detrahuntur hieratice. Fauiana denos habet & uno minus amphiteatrica: pauciores ſaytica: nec maleo ſufficit: nam emporitice breuitas ſex digitos non excedit. Prętera ſpectantur in chartis tenuitas denſitas candor leuor: primatum mutauit Claudius cęſar nimia quippe auguſtę tenuitas tenendis non ſufficiebat calamis. Ad hoc tranſmittens litteras liturę metũ afferebat aduerſis & alias indecoro uiſu per tranſlucida Igitur ſecundo corio ſtamina facta ſunt e primo ſub tegmina auxit & latitudinem pedali menſura erat & cubitalis macrocollis ſed ratio deprębẽdit uiciũ unius ſcedulę euulſione plures infeſtante paginas. Ob hoc prelata omnibus Claudia auguſtę in epiſtolis auctoritas relicta liniana ſuam tenuit cui nihil primum erat ſed omnia ſecunda. Scabritia leuigatur dente concauo: ſed Caducę littere fiunt: minus ſorbet politur & charta magis ſplendet rebellat ſępe humor nicuriofe datus: primoq; malleo deprębenditur aut etiam odore cum fuit indiligentior: deprębenditur & lẽtigo

oculis: sed incerta medius glutinamentis tinea fungo papyri bibula uix nisi littera fundente se tantum inest fraudis. Alius igitur ité texendis labo glutinũ uulgare e pollinis flore téperatur feruéte aqua minimo aceti aspersu. Nam sabille gũmi quod e fragile est diligentior cura molli panis fermentati collata aqua feruente minimũ hoc modo intergerit atque etiam lini leuitas. Omne autẽ glutinũ nec uetustius esse debet uno die: nec postea malleo recentius tenuatur & glutino percurritur. Iterũq; conscripta erugat atq; extẽditur malleo. Ita sunt longinqua monuméta Tiberii Cesaris quę graecorũ manu apud Póponium secundũ uatẽ Ciuemque clarissimum uidi annos fere post cc. Iã uero Ciceronis ac diui augusti uirgiliq; sępenumero uidemus

INgentia exempla contra Varronis sententiam de chartis reperiuntur. Nam Cassius emina uetustissimus auctor animalium quarto eorũ libro prodidit. M. Terẽtium scribam agrũ suum in ianiculo repastinantẽ offendisse arcam in qua Numa q Romę regnauit situs fuisset in eadem libros eius repertos. P. Cornelio L. filio Cethego M. Bebio. Q. Filio Pamphilo Consulibus ad quos a regno Numę colligũtur anni dxxxv. hos fuisse e charta maiori etiam num miraculo quod tot infossi durauerunt annis quapropter in re tanta ipsius emine uerba ponam. Mirabantur alii quomodo illi libri durare potuissent. Ille ita rationẽ reddebat lapidẽ fuisse quadratũ circiter in media archa iunctũ candelis quaqua uersum in eo lapide & ĩsuper libros impositos fuisse propterea arbitrari cum non cõputruisse libros agitatos tineas nõ tangere. In his libris scripta erant philophię pythagoricę eosq; combustos a petilio prętore quia philosophice scripti essent: hoc idem tradit ipse Censorius primo Cõmentariorũ sed libros vii. iuris põtificii totidem pythagoricos fuisse Tuditanus xiii numę decretorũ libros xii. fuisse. Ipse uero Varro humanarum antiquitatũ viii antias duos libros fuisse. Ex his xii. pontificales latinos totidẽ grecos prącepta phylosophię continentes. Idẽ tertios ponit quo cõburi eos placuerit. Inter omnes uero conuenit sybillam ad Tarquiniũ superbum tres libros attulisse ex quibus igni duo cremati ab ipsa tres cum capitolio syllanis tẽporibus. Prętera mutianus ter consul prodidit nuper se legisse cum pręsideret licię sarpedonis a troia scriptam in quodam templo epistolę chartam quod eo magis miror: si etiam num homero cõdente egyptus non erat: aut cur si iam hic erat usus in plũbeis linteisq; uoluminibus scriptitatum constet cum & homerus in ipsa lycia bellorophonti codicillos datos non epistolas prodidit sterilitatem sentit hoc quoq; factum. Iamq; Tiberio principe inopia chartęut e Senatu darentur arbitri dispensande alias in tumultu uita erat.

E Ethiopia egypto contermina insignes arbores non fere habet pręter liniferas quarum indorũ atque arabię dicta est propior tamen huic natura lanę maiorq; foliculis granati modo mali similesq; inter se arbores pręter hanc palme quales retulimus insidarum arbores ambitu ethiopię & nemora odorata in mentione earum dicta sunt.

ATlas mons peculiari proditur silua de qua diximus confines ei mauri quibus plurima arbor Citri & mensarum insania quas fęminę uiris contra margaritas regerunt. Extant hodie in Ciceronis illa paupertate & quod magis mirum est illo aeuo emptę his memoratę & galli asinii uenundatę sunt duę a iuba rege pendentes quarũ alteri prącium fuit xv. alteri paulominus. Interiit nup incendio a cethegis descendẽs his xiiii. pmutauerat lati fundi taxatione si quis prędia tanti mercari malit. Magnitudo amplissimis adhuc fuit unius comissę ex orbibus dimidiatis duobus Rege mauritanię ptolomęo quarto p dum & semipedis per medium ambitũ crassitudine quadrantali: maiusq; miraculũ in ea est artis latente iunctura q̃ potuisset esse naturę

Solide autē a nomio Cęsaris liberto cognomē trabēte tribus sicilicis infra quattuor pedes: totidemque ifra sedem crassitudinis. Qua in re non omittendum uidetur Tiberio principi mensam quattuor pedes extantē & Sicilico excedentem: tota uero crassitudine esse sexqunciali concbilio per medium lamine uestitam fuisse cū tam optima Nomio liberto eius esset rubei hoc esse radicis maximeq; laudatum quod sub terra totum fuerit & rarius q̄ quod superne. Quę gignunt̃ etiam in ramis proprie quę quod tanti emitur arboꝝ uicium est quaꝝ amplitudo ac radices extimari possunt ex orbibus. Sūt autē cupręsso fęminę atq; etiam num siluestre similes folio odore caudice. Ancorarius mons uocatur citerioris mauritanię qui laudatissimum dedit Citrum iam exaustus: mensis pręcipua dos in uena crispis uel in uertices paruis illud oblongo euenit discursu: ideoq; triginum appellatur hoc intortum & ideo pantherinę uocantur. Sunt & nudati crispę maiore gratia si pauonū caudę oculos imitentur. Magna uero post has gratia extra prędictas crispidensas ueluti grani cōgerie: quas ob id similitudine apiatas uocant. Summa uero omniū in colore hinc maxime mulsi placet uenis suis refulgens. Post hęc amplitudo etiam toti caudicis iuuat plura quoq; in una mense uicia lignū ita uocatur materia surola & indigesta simplicitas aut platani folioꝝ modo digesta. Itē lignea uenę similitudo uel coloris et quibus maxime obnoxias fecere estus uentique rime aut capillamenta rimas mutata. Postea murena nigro trāscurrens limite uariſq; corticū punctis apprębensis papaueꝝ nodo & in totū atro propior colos: in eadē ue discolores uirides terra cōdūt barbari & illiniunt Cera: artifices uero frumenta aceruis īponunt septenis diebus totidē intermissis mirūque ponderi quātum ita detrabatur. Naufragia docuere nuper quoq; hanc materiam siccatam mari duricie īcorrupta spissari nullo modo uehementius nutriunt̃ optime splendescunt quę maius siccę fricantur ab alienis maxime: nec binis leduntur ut bis genitę. Inter pauca nitidioris uitę instrumenta hęc arbor est. Quapropter insistendu ei quoq; paululū uidet̃.

NOta etiam homero fuit trogete uocatur ab aliis thia: hanc itaq; inter odores uri tradit in deliciis Circe: quam deam uolebant intelligi magno errore eoꝝ qui odoramenta in eo uocabulo accipiunt: cum prędeferti eodē uersu Cedrū laricęque una tradatur in quo manifestū est de arboribus tantum locutū. Theophrastus qui primus a magni Aledandri ętate scribit quę circa urbis Romę cccc.xl. gesta sunt annū magnū iam huic arbori honorē tribuit memorata ex ea referens tēploꝝ uetezꝝ cōtignationes: quādāque īmortalitatē materie intectis contra uicia onia incorruptę. Radice nihil crispius nec aliunde pręciosiora opera pręcipuam autē eam arborē circa hāmonis delubrū nasci & inferiore cyrenaice parte: demensis tamē tacuit & alias nullius ante Ciceroniam uetustior memoria est quę nouicię apparent. Alia est arbor eodē nomine malū ferens execratū aliquibus odore & amaritudine aliis expetitū domos etiam decorans: nec dicēda uerbosius.

EAdem africa que uergit ad nos īsignē arborē lotbon gignit quā uocāt celthi ipsam italię familiarē sed terra mutatā: pręcipue est circa syrtes atque nasamonas magnitudo ei quę pyro q̄q̄ nepos Cornelius breuem tradat. Incisure e folio crebriores quę alioquin ilices uiderentur differētię plures bęq; maxiē fructibus fiunt. Magnitudo huic fabę: color croci: sed ante maturitatē alius atq; alius sicut uuis nascitur delis in ramis myrti modo non ut in italia cerasis tam dulcis ibi cibo ut nomē etiam gēti terręque dederit nimis hospitali aduenaꝝ obliuione patrię. Ferunt uentris uon sentire morbum qui eū mandant melior sine īteriore nucleo qui in alteto genere osseus uidet̃. Vinū quoq; exprimit̃ illi simile mulso quod ultra denos dies negat durare idem nepos bacasque concisas cum siliqua ad cibos doliis condi: quin & exercitus

pastos eo accepimus ultro citroque commeantes per africam: ligno color niger ad tibiarum cantus expetitur radice cultellis capulos: breuesque alios usus excogitant hęc ibi natura arboris. Est autē eodem nomine herba & in ęgypto caulis in palustriū genere. Recedentibus enim aquis nili: riguis prouenit similis fabę caule foliisque densa congerie stipatis breuioribus tantū gracilioribusq; cui fructus in capite papaueri similis incisuris omniq; alio modo intus grana ceu miliū incolę capita in acerbis putrefaciunt mox separant lauando & siccata tundunt: eoq; pane utunt̃ mirum est ꝙ prēter hęc tradit̃ sole occidēte papauera ea cōprimi & integi foliis ad ortū autē aperiri donec maturescant flosque qui est candidus decidat.

Oc amplius in ea parte tradunt & caput ipsum florē uespere mergi usque in medias noctes tantūque abire in altum ut ne demissa quidē manu possit inueniri. Verti deinde paulatimq; sumergi & ad exortū solis emergere extra aquā: ac florem patefacere atq; etiam num insurgere ut plane ab aqua alte absit. Radicē lotbos habet mali Cotonei magnitudine cohopertā nigro cortice qualis & castaneas tegit. Interius candidū corpus gratum cibis sed crudū gratius decoctū siue aqua siue pruna nec aliunde magis q̄ purgamentis eius sues crassescūt.

C Yrenaica regio lotbon suę postposuit paliuro fructuosior hęc fructuq; magis rubens cuius nucleus non simul manditur: iucundus per se atque suauior uino qui et uina succo suo cōmendans iterior africa ad garamantbas usque ad deserta palmarum magnitudine & suauitate constat nobilibus maxime circa delubrū hammonis Sed circa Cartbaginē punicū malum cognomē sibi uēdicat: aliqui granatū appellāt Diuisum & in genera apirēnum uocādo: cui lignosus nucleus abest: sed candidior ei natura & blandiores ei acini minusq; amari distincti mēbranis: alia structura eāq̄dam ut infamis comunis nucleis habentiū. Quinque species dulcia acria mixta acida uinosa. Samia & ęgyptia distinguuntur erithrocomis & leurocomis corticis maior usus ex acerbis ad perficienda coria. Flos balaustium uocat̃ & medicinis idoneus & tingendis uestibus quaꝫ color inde nomē accepit.

N Asia & grēcia nascuntur frutices epicactis: quem alii embolimē uocāt puis foliis quę potata contra uenena prosunt sicut berices contra serpentes in quo nascit̃ granum gnidū quod linum aliqui uocant

F Ruticem uero timealē: alii camaleam: alii pirosachē: alii enestorē: alii tebuco ron: & similes oleastro foliis angustioribus gūminosis si mordeant̃ myrti magnitudine semine colore & specie farris ad medicine tantū usum. Tragion fruticē sola Creta insula gignit therebyntos similē & semine: quod contra sagittaꝫ ictus efficacissimū tradunt. Eadē & tragacbantē spinę albę radice multum prēlatam apud medos aut in acbaia nascentē. Prēcium eius in libras xiii. Tragion & asia fert siue scorphionē uepre sine foliis ramis rubentibus ad medicine usum. Miricē & Italia quā maricē uocat: acbaya autē brion silueſtre insigne quod in ea satui tantū ferat: galę similē fructū in syria & ęgypto copiosa: hęc est cuius infelicia ligna appellamus quę tamen infeliciora sunt grēcię. Gignit autē arborem ostrin quam & ostream uocant solitariam circa saxa aquosa simile fraxino cortice & ramis folio pilis tamen paulo longioribus crassioribusqne ac rugosis incisuris quę per totam discurrunt. Semine ordeo simili & colore: materia est dura atq; firma: qua indomū illata difficiles prus fieri produnt mortesque miseras.

Ec auspicatior in lesbo insula arbor quę uocat̃ cnominos non absimilis puicę

arbori inter eam & lauꝫ folii magnitudine. Figura uero & mollicia punice flore candidior est statim pestem denuncians fert siliquas Sisame similis itus granũ quadrãgula figura spissum lętale animalibus nec nõ & folio in eadẽ ui succurrit aliquãdo pręceps alui exinanitio. Alexander Cornelius arborẽ conẽ appellauit ex qua facta esset argo similẽ arboribus conferẽti quę nec aqua nec igni possit corrũpi: sicut nec uiscum nulli alii cognitam quod equidẽ sciam.

ANdrachidẽ omnes fere greci porcilie nomine interpretantur cum sit herba et hendrachne uocet' unius litterę diuersitate. Cęterum andrachne est siluestris arbor neque in planis nascẽs similis unedoni folio tantũ minore & nunq̃ decidẽte cortice non scabro quidem sed qui circumgelatus uideri possit tam tristis aspectus est.

SImilis & cocygia est folio magnitudine minor proprietatẽ habet fructũ amittendi lanuginẽ papũ uocant quod nulli alii arboꝫ euenit. Similis & aptbe bifera ęqq; quam andrachne priore fructu incipiente pubescere uuę peragũt. Alteꝫ in inicio hiemis quales apud cocos nõ traditur.

ET ferulam inter externas dixisse cõueniat arboꝫ generi ascripsisse quoniã quarũdam naturę sicut distinguimus lignũ omẽ. Corticis loco habent: hoc est forinsecus: ligni autẽ loco fungosam intus medullam ut sambuci. Quędã uero inanitatẽ ut harũdines ferula calidis nascitur locis atq; transmaria geniculatis nodata scapis. Duo eius genera Narthecа gręci uocant assurgentẽ in latitudine. Narchetiam uero semper humilẽ a genibus exeunti folia maxima ut quęqq; terrę proxima. Cętero natura eadẽ quę aneto & fructu similis nulli fruticũ leuitas maior. Ob id gestatu facilius baculoꝫ usum senectuti prębet.

SEmen ferulę tapsiam quidã uocauere decepti eo quoniam ferula sine dubio est tapsia: sed sui generis foliis fęniculi inani caulę nec excedente baculi longitudinẽ semen quale ferulę. Radix candida incisa lacte manat: & contusa Succo nec corticẽ abdicat omnia ea uenenata: quippe etiam fodiẽtibus nocet si minima aspiret aura intumescunt corpora faciemque inuadunt. Ignes sacri ob id cera prius illiniũt quibusdã tamen morbis auxiliari dicunt medici pmixtã aliis. Item in allopetis sugillatisq; ac lubentibus ceu uero remedia desunt ut cesset lepra: nõ tractent ista prętexunt noxio instrumento tantũque impudentię est ut uenenũ artis esse pſuadeant Tapsia in africa uehementissima: quidã Caulem incidunt per messes et in ipsa excauant radice: quo succus confluat arefactũque tollũt. Alii folia radicẽ tondunt in pila et succum in sole coactũ diuidũt in pastillos. Nero Cęsar claritatẽ ei dedit initio imperii: nocturnis crassationibus cõuerberata facie illiniens sic cum ture ceraq; & secuto die contra famã Cutẽ sinceram circũferens Ignem ferulis optime seruari certũ est easq; in ęgypto pręcellere ob id.

CApparis firmioris ligni frutex seminisq; & Cibi uulgati Caule quoque una plerũque decerpto Cauenda eius genera peregrina. Siquidẽ arabicũ pestilens africum gingiuis iimicũ marmaricum uuluis & omnium iflationibus appulũ uoitus facit stomachumque & aluũ soluit. Quidã cocinosbaton uocant: alii opbio staphilẽ fruticosi est generis. Et sariphа circa nilum nascens duoꝫ ferme cubitoꝫ altitudine pollicari crassitudine Coma papyri similique manditur modo radice ferrarius officinis pręcipua carbonis usu propter duriciam.

NOn omittendum est & quod babylone seritur in spinis quoniam non aliubi uiuit: sicut & uiscum in arboribus: sed illud in spina tatũ quę regia uocatur: mirũq; eadẽ die germinat quo iniectum est. Inicitur autem ipso Canis ortu: & celerrime ar

borem occupat Condiũt eo uina: & ideo ſerunt. Spina illa naſcitur & in athenis in longis muris. Frutex eſt & cytiſus ab anthiocho athenienſe miris laudibus prędicatus pabulo omnium. Aridus uero etiam ſuum ſpondet. Iugeroque eius annua uel mediocri ſolo reditus. Vtilitas ergo et doctior ſatietas per quam modico pīgueſcũt et quadrupedia ita ut iumenta ordeum ſpernant. Non ex alio pabulo lactis maior copia aut melior ſuper omnia pecudũ medicina a morbis omni uſu prędſtante. Qui et nutricibus in defectu lactis aridũ atque in aqua decoctum potui cum uino dari iuuat et firmiores celſioresque infantes fore. Viridem etiam gallinis aut ſi aruerit madefactum. Apes quoque nũquam de flore cytiſi pabula contigere promittit democritus et Ariſtomacus: nec aliud eſt minoris impēdii. Seritur cum ordeo aut uere ſemine ut porrũ uel caule autũno ante brumā ſi ſemine madidũ & ſi deſint imbres ſatum ſpargitur. Plantę cubitales perferunt ſerobe pedali. Serit per equinoctia tenero frutice: perficitur triennio: demetitur uerno equinoctio cum florere deſinit uel pueri manu uel uiliſſima opera. Canus aſpectu breuiterq; ſi quis exprimere uelit ſimilitudinē āguſtioris trifolii frutex Dat animalibus poſt biduũ ſemp byeme uero quod maruit madidũ. Satiant equos denę libręq; & ad portionē minora animalia obiterq; inter ordines alium Cępe ſeri fertile eſt. Inuentus hic frutex in Citno iſula Inde tranſlatus in omnes cycladas mox in urbes gręcas caſei magno prouēcu. Prętea quod maxime miror rarum eſſe in italia non ęſtiuum: non frigoꝫ: non grādinũ aut niuis iniuriam expaueſcit. Adiicit Iginus ne boſtium quidem propter nullam ligni gratiam.

NAſcuntur & in mari arbores fruticeſque minores in noſtro rubrum eminet totus orientis oceanus refertus ſiluis. Non habent ligna alia. Nomē quod gręci uocant ficos. Quoniam alga herbaꝫ magis uocabulum intelligitur. Hic autē eſt frutex folia lata colore uiridi gignit quod quidā groſſon uocant: alii zoſtera: alterũ genus eiuſdē capillaceo folio ſimile fęniculo in ſaxis naſcitur: ſuperius inuadit baud ,peul littore uernat utrunque & interit autũno. Circa cretam inſulam nato in petris purpuras quoq; inficiunt laudatiſſimo a parte aquilonis aut ſpongiis. Tertiũ eſt graminī ſimile radice geniculata & caule qualiter calami. Aliud genus fruticũ brion uocatur folio lactucę rugoſi oſe tamen iam hoc interius naſcens. In alto uero abies et quercus cubitali altitudine ramis earum adhęrent conchę querceu & tigi lanas tradũt Glandē etiam quaſdam fere in alto naufragis hęc deprębenſa urinantibus quędam et alię traduntur prągnandes circa ſycionē. Vitis enim paſſim naſcitur ſed ficus ſine foliis rubro cortice fit & palma fruticum generis extra herculis columnas porri fronde. Naſcitur frutex & alius lauro & thimi qui ambo eiecti in punicē traſtigurantur At in oriente mirum eſt ſtatim a copto per ſolitudines nihil gigni prąter ſpinam quę ſitiens uocatur. Et hanc ratam admodum. In mari uero rubro ſiluas uiuere maxime laurum & oliuam ferentē bacas & cum pluat fungos qui ſole tacti mutantur in punicē. Fruticum ipſoꝫ magnitudo ternum cubitoꝫ eſt. Caniculis referta uix ut reſpicere e naui tutum ſit remos plerũque ipſos inuadentibus. Qui nauigauere in indos Alexandri milites frondem marinaꝫ arboꝫ tradidere in aqua uiridem fuiſſe exemptam ſole protinus in ſalem areſcētē. Iuncos quoque lapideos per quā ſimiles ueris per littora & in alto quaſdam arbuſculas colore bubuli cornus ramoſa et Cacuminibus rubentes cum tractarentur uitri modo fragiles. In igne autem ut fenum exardeſcentes reſtinctis colore ſuo redeunte. Eodē tractu inſulaꝫ ſiluas operit ęſtus quęque altiores ſunt platanis populiſque altiſſimis folia laurea. Flos uiolę & odore & colore baccę ut oleis & ipſe odoris iucundi autumno naſcentes foliis nunquam deciduis baꝫ minores totas integit mare maximaꝫ Cacumina extant ad quę naues religant & cum receſſerint ęſtus ad radices. Alias quoque arbores in alto ab eiſdem

accepimus eodem in mari uisas semper folia retinentes fructum eaꝫ lupino similē Iuba tradit circa trogodytaꝫ insulas fruticem in alto uocari isidis Crinē Coralio similē sine foliis pręcisum mutato colore in nigrum durescere cū cadat frangi. Itē alū qui uocetur chariton blefaron efficacem in amatoriis spatalia eo facere & monilia feminas: sentire eum se capi durarique Cornus modo & hebetare aciem ferri: quod si fefellerint insidiq in lapidē transfiguari.

XTERNAE ARBORES INDOCILES QVE nasci alibi q̄ ubi cepere & quę in alienas non cōmeant terras hactenus fere sunt dictę: licetq; iam de cōmunibus loqui quaꝫ omnium peculiaris parēs uideri potest Italia. Noscentes tantū meminerit naturas eaꝫ a nobis interim dici non culturas q̄q̄ & colendi maxime in natura portio est. Illud satis mirari nō queo interisse quarūdam memoriam atq; etiā nominū quę auctores prodidere noticiam. Quis. N. non comunicato orbe terrarum maiestate Romani imperii profecisse uitam putet Comertio rerum ac sotietate feste pacis: omniaque etiā quę occulta ante fuerāt in promiscuo usu facta. At hercule non reperiunt̄ qui norīt multa ab antiquis prodita. Tanto priscoꝫ Cura fertilior aut īdustria felicior fuit āte milia annoꝫ inter principia litteraꝫ hesiodo pręcepta agricolis pandere orso subsecutisque non paucis hanc curam eius. Vnde nobis creuit labor quippe cum requirenda sint non solum postea inuēta. Verū etiam ea que inuenerant prisci desidia rerum internitione memorię indicta: cuius uicii causas quis alias q̄ publicas mundi inuenerit. Nimiꝫ alii subire ritus: circaque alia mentes hominū detinent̄ & auaricię tantū artes colunt̄ antea inclusis gentiū imperiis intra ipsas. Ideoq; ingeniis q̄dā fortuuę sterilitate necesse erat animi bona exercere regesq; innumeri honore artium colebant & in ostentatione has pręferebant opem & imortalitatē sibi per illas pręrogari arbitrantes: quare abūdant & pręmia & opera uitę. Posteris laxitas mūdi & reꝫ amplitudo damno fuit. Postq̄ senator censu legi ceptus iudex fieri censu. Magistratum ducēq; nil magis exornare q̄ census. Postq̄ cepere orbitas in auctoritate summa et potentia esse captatio in questu fertilissimo ac sola gaudia in possidēdo pessum iere uitę pręcia omnesque a maximo bono liberales dictę artes in contrariū cecidere ac seruitute sola perfici ceptę: alius hanc aliomodo & in aliis adorare eodē tamē habendi questu ad spes omniū tendente uoto passim uero etiam egregii aliena uicia q̄ bona sua colere malle. Ergo hercule uoluptas uiuere cepit. Vita ipsa desiit sed nos oblitterata quoq; scrutabimur nec deterrebat quarūdam rerum humilitas sicut nec in animalibus fecit q̄q̄ uirgilium uidemus pręcellentissimū uatē eadē de causa ortorum dotes fugisse e tantisque retulit flores modo reꝫ decerpsisse beatum felicemq; grecie xv. omnino generibus uuaꝫ nominatis tibure totidem prioꝫ. Malo uero tātū assyrio cęteris omnibus neglectis. Vnde autē potius incipiemus q̄ a uitibus q̄ꝫ principatus in tantum peculiaris italię est ut uel hoc uno omnia gentium uicisse q̄ odorifera possit uideri bona q̄q̄ ubicūque pubescentiū odori nulla suauitas pręfert.

VItes iure apud priscos magnitudine quoq; inter arbores numerabantur Iouis simulacꝫ in urbe populonio ex una conspicimus uite tot ęuis incorruptum. Item massilię patheram: metaponti templum: iunonis uitigineis columnis stetit. Etiam num scalis tectum ephesię dianę scanditur uite una cypria ut ferunt quoniam ibi ad

pręcipuam altitudinē exeunt nec est ligno ulli ęternior natura. Verum ista ex silue stribus facta crediderim. quando hę uites tonsura anima cohercentur & uis earum omnis euocat' in palmites aut deprimit' in propagines: succique tantū gratia exisse in tribus modis ad Cęli mores solique ingenia. In campano agro populis nubunt maritatasque cōplexe atq; per ramos eaꝝ procacibus brachiis geniculato cursu scandentes cacumina ęquant in tantū sublimes ut uindemiator auctoratus rogum ac tumulum excipiat. Nullo fine crescunt: diuidique aut potius uelli nequeūt: Villas et domos ambiri singulaꝝ palmitibus ac sequacibus loris quod quoq; memoria dignū inter prima. Valerianus quoque cornelius existimauit. Vna uitis Romę in liuie porticibus subdiuales inambulationes umbrosis operculis opacat. Eadem duodenis musci amphoris fecunda. Vlmos quidē ubique exuperant miratū altitudinē earum. Aritie ferunt legatum regis pyrrhi cineam factę luxisse in austeriore gustu uini merito matrē eius pendere in tam alta cruce. Runcotinus uocatur & alio noīe populus arbor italię padum transgressis: cuius tabulata in orbē patula replent: puroque productę dracone in palma eius in subreptus ramoꝝ digitos altitudine flagella dispergunt. Eędem modici hominis aminiculatę sudibus horrent. Vineāq; faciūt et aliam improbo reptatu pampinoꝝq; peritia damna amplo discursu atria media cūplectens tot differentias uel sola tantum Italia recipit. Stat prouintiaꝝ aliquarū per se uitis sine ullo pedamento arcus suos in se colligens & breuitate crassitudinē pascens. Vetant hoc aliubi uenti ut in africa & Narbonēsis prouincię partibus excrescere ultra suos pollices prohibite: sempq; pastinatis similis herbaꝝ modo uagāt' per arua & succum terrę passim uuis bibunt quę ob id magnitudinē infantiū puerorꝝ. In interiore parte Africę exuberant uites non alibi gratiora ut callo inde possit inuenisse nomen durus acinus. Nanq; genera magnitudine colore saporibus acini innumera etiam num multiplicant' uino hic purpureo lucent colore: illic fulgent roseo nitentq; uiridi. Candicans enim nigerq; uulgares. Tument uero mammarum modo burnasci prelongis dactilis porriguntur acinis. Fit & illa naturę lasciuia prę grandibus adhęreant parui mites suauitate certantes leptorogas has uocant. Durāt alię per hyemes pensili concamarate nodo. Alie in sua tantum contineantur anima ollis fictilibus & ysuper doliis inclasę stipatę uinaceis circūsudantibus. Alius gratiā qui & uini fumus affert: fabrilisque in eis gloria pręcipua in fornacibus Africę Tiberii Cęsaris auctoritas fecit. Ante eum rheticis prior mensa erat & ullis ueronēsiū agro: quin & a pacientia nomē acinis datur: passis condiuntur & musto uuę: ipsęque uino suo inebriantur. Alię decoctę in musto dulcescūt. Alię uero sobolē nouam in matre ipsa expectant transluciđę uitro addiditq; acinis tandem q̄ in doliis amphoris ue duratricē illam firmitatē austeritas picis infusa pediculo. Iam inuenta uitis per se in uino picē recipiens uiennensem agrum nobilitans. A bruno sotanoq; & elinco generibus non pridē hac illustrata atque uirgilii uatis ętate incognita a cuius obitu lxxxx. agunt' anni. Quid quod inserta castris summa rerum imperiūque continet. Centurionū in manu uitis & opinio pręmio tardos ordines ad lentas pducit aquilas: atque etiam in delictis pęnam ipsam bonorat nec non uineę oppugnantiū dirationē. Nam in medicaminibus adeo magnū obtinent locum ut per sese uina ipsa remedia sint.

GEnera uitium numero cōprehendi posse unus existimauit. Democritus cunctas sibi gratię cognitas professus. Cęteri innumera atq; infinita esse ꝓdiderūt: quod uerius apparebit ex uinis nec omnia dicentur: sed maxime insignia: quippe totidem sunt pene quot agri. Quamobrē celerrimas uitium: aut quibus est aliqua proprietate: miraculū ostendisse satis erat. Principatus datur amineis uitineis propter firmitatē sine qua proficientē uniuscuiusque uitę. Quinque eaꝝ genera ex his germano minor acino melius deflorescit imbres tempestatesque tollerat. Non ut

maior sed in arbore q̃ in iugo minus obnoxia. Gemellaꝫ quibus hoc nomen uuę semper geminę dedere asperrimus sapor sed uires pręcipue Ex his minor austro lędditur Cęteris uentis alitur ut in uesunio monte surentinisque collibus. In reliquis italię partibus nō nisi arbori accomodata. Quintum genus lanate ne seres miremur aut Indos adeo lanugo eam uestit prima ex amineis maturescit ocissimeq; putrescit. Proxima dignitas numantanis rubente materia quapropter quidā rubellas appellauere uineas hę minus fertiles uinaceis & fere nimia contra pruinas fortissime siccitate magis q̃ imbre ęstu quā algore uexantur. Quamobrē in frigidis humidisq; principatum obtinent fertiliorque minor acino & folio scissa minus. Apianis apes dedere cognomē prēcipue eaꝫ auidę. Ex his duo genera lanugine & ipse pubescut distantq; altera celerius maturescit q̃q̃ ex altera properante situs frigidos non respuunt & cum nulla celerius maturescit imbre putrescunt. Vina primo dulcia austerita tē annis accipiūt & rubra & nulla magis uite gaudet. Et hactenus potissiā nobilitas datur peculiaribus atq; uernaculis italię cętere aduenere chio thasio ue. Grēcula nō inferior amineis bonitate prętenera acino & uua tam parua ut nisi piguissimo solo coalere non possit. Eugeniam tauromenitam colles cum generositatis cognomine misere. Albano tantū agro quoniam translata statim mutatur. Nanque est aliqbus tantus locoꝫ amor ut omnē in his gloriam suam relinquant nec usquā transeāt totę quod & in rhetica allobrogicaque quam supra picatam appellauimus euenit domi nobilibus nec agnoscendis alibi fęcundę tamen bonitatis uice copiam prestant. Eugenia feruentibus locis rhetica tēperatis. Allobrogica frigidis gelu maturescens et colore nigra ex his quas adhuc diximus sed etiame nigris uina uetustate in album colorem transeunt. Relique ignobiles aliquando tamen Cęli aut solis opera nō fallunt uetustatē sicuti fecenia & cum ea florens biturica acino rarior nūq̃ floris obnoxii quoniam antecedunt uentisq; & imbribus resistunt meliores tamen algentibus locis q̃ calidis humidis q̃ sitientibus. Vix ulla magis q̃ denso uuaꝫ partu ipaciens uariantis Cęli. Sed contra tenorē unum algoris ęstus ue constans quę minor est ex eo genere melior in eligēdo solo morosa pingui putrescit gracili omnino nō pueit mediam tēperiem delicatę quęrit ob hoc sabinis collibus familiaris uua eius indecora uisu sapore iucunda nisi matura protinus rapiatur etiam non putrescens cadit Contra grandines eam tuetur folioꝫ āplitudo atq; duricia. Insignes iam colore inter purpureas nigrasque medio beluole sępius uarianti Et ob id uariancę a quibusdam apellatę pręfertur in his nigrior utraque alterius annis fertilis sed melior uino cū partior & pręcipue duo genera magnitudine acini discernūt quibus materies plurima uuaque mollis utilissima folium appio simile Balisca dyrrbachini cęlebrāt hispani cocolobin uocant. Rarior uua ęstus austroq; tollerat Capiti inimica Copia larga hispani duo eius genera faciunt unum ob longo acino alteꝫ rotundo nouissimas uindemiant quo dulcior est cocolobis hoc melior sed & austera trāsit in dulcē uetustate & quę dulcis fuit in austeritatē & tunc albano uino emulantur. Tradunt uessicę uicus utilissimū ex his potum. Albuella summis arboribus fertilior est uixula imis. Quamobrē circa easdem satę diuersitate naturę locupletāt ferticulam e nigris appellauere iustius sobriam dicturi iueterato prēcipue cōmēdabilem uio sed uiribus inoxiam. Siquidē temulētiam sola nō facit fertilitas. Commēdat cęteras principemque eluenaicam duo eius genera maior quam quidā longa minor quā marcā appellant nō tam fecundam sed gratiorem haustu discernitur folio circinato. Verū utraq; gracilis furcas subdere his necessarium alioquin ubertatem suam nō tollerant maritimo afflatu gaudent roscido odore. Nulla uitium minus Italiam amat rara parua putrescens in ea. Vinum quoque quod genuit ęstatem nō exuperans nec alia macro solo familiarior. Grēcinus qui alioqui Cornelium Celsum transcripsit arbitratur nō naturam eius repugnare italię sed culturam auide palmites euocantium

ob id fertilitatē ſuam abſumi: ſi non prępinguis ſoli ubertas laceſcentem ſuſtineat Carbuncula negatur magna dote. Si uerū eſt aliquam uitem e cęlo non eſſe eius ui. Aeſtum fert ſpionia: quam quidā ſpineam uocant autūniſque imbribus pīgueſcit Quinimo nebulis una alitur: ob id Rauennati agro peculiaris uenículam iter optie defloreſcētes & ollis aptiſſimā Campani malunt ſirculam uocare: alii ſtaculam. Tarcini numiſianam nullas uires proprias habentē ſed totam peride ac ſolum ualeat Surentinis tantum efficaciſſima teſte ueſunio tenus. Ibi enim murgentina in Sicilia potiſſima: quam pompeianam aliqui uocant: latrodemū feracē ſicut berconia in campania tantum uilitatis cibaria ſed ubertate prępcipua: tollerat & annos. Moetica contra omnes ſitus firmiſſima nigro acino: uinis in uetuſtate rubeſcentibus.

ET hactenus publica ſunt genera. Cętera regionū locorūq; aut ex his inter ſe in ſitu mixta. Siquidē tuſcis peculiaris eſt. Tidernis ęq; etiam non minus florentia eſt optima Aretio talpana & theſiaca & Conſeminia. Talpana nigra candidū facit muſtum & theſiaca fallax quo plus tulit eo laudabilius fundit: mirūq; fecunditate ceſſat Conſeminia nigra uino minime durante uua maxime poſt xii. dies q̄ ulla alia minus fertilis ſed cibaria huius folia ſicut labruſcę prius q̄ decidant ſanguineę colore mutatur. Euenit hoc & quibuſdam alis peſſimi generis argumento bircíola ūbrię Meuanatique & piceno agro. Peculiaris eſt a miternino pumula iſdē bananica fallax eſt. Amant tamen eā municipii ſuā pompeii nomine appellant q̄uis cluſini copioſiorem municipii & tiburtes appellauere q̄uis oleaginā nuper inuenerint a ſimilitudine oliuę. Nouiſſima hęc uua; ad hoc tempus reperta eſt. Vinaciolam ſoli nouerunt ſabini ac laurenti. Nam gauranas ſcio a phalerno agro trāſlatas uocari phalernas celerrime ubique degenerantes. Nec tarentinū genus aliqui fecere prędulci uua capinos & bucomatis & tarupia in turinis collibus non ante demetunt q̄ gelauerit. Faria gaudent piſę. Mutina peruſia nigro acino intra quadriēniū albeſcēte uio Mirum ubique cum ſole circumagi uuam quę ob id ſtrepitus uocatur & in italiam gallicamque placere: tranſalpes uero picenā. Dixit uirgilius thaſias & marcotidas et legeas: cōpluresque externas quę nō reperiunt in Italia ſed ſunt etiam num.

INſignis uua non uino ābroſia duracinis ſine ullis uaſis in uite ſeruabilis tāta eſt contra frigora eſtus tempeſtateſque firmitas nec ortampelos indiget arbore aut palis ipſa ſe ſuſtinens. Non idem dactilides digitali gracilitate columbinę ac uinoſiſſimę & magis purpurę cognomine bimamine: quādo nō racemos ſed uuas alias gerunt. Itē crepidanea cui nomen a menſura eſt. Itē ſcripula paſſo acino & rhetica in maritimis alpibus appellata diſſimilis laudate illi nanque hęc breuis cōferta acino degenere uino ſed cute omnium tenuiſſima nucleo quem chium uocant uno ac minimo acinum prągrandem unum alterūue habens. Eſt nigra amineę cui ſyriace nomē iponunt. Itē hiſpania ignobilem probatiſſima. In pergulis uero ſeruntur ecarię appellatę e duracinis albę nigręque. Et bumaſti totidem coloribus ac nondū dictę egia atodia & uncialis uelut a pondere acini. Itē pericina omnium nigerrima et coronario naturę luſu ſtephanitis acinos foliis intercurſantibus & quę forenſes uocantur: cedens prouētu uendibiles aſpectu portatu faciles. Contra damnat etiam uiſu Cinerea & rabucula & aſinus culaminus: tamē caudas uulpium imitata alopecis. Alexandria appellatur uitis circa phalacia breuis ramis cubitalibus acino nigro fabę magnitudine nucleo molli & minimo obliquis racemis prędulcibus folio paruo & rotundo ſiue diuiſuris vii. bis annis in Narbonēſis prouintię aruo inuēta eſt uitis uno die defloreſcens ob id tutiſſima Carbonicā uocant quā nunc tota prouīcia conſerit.

CAtonum ille primus triumpho & cenſura ſuper cętera inſignis magis tamen

etiam num claritate litterarum prçceptisque omniũ rerꝫ expetendarum datis generi Ro: inter prima uero agrum colendi illius çui confessione optimus ac sine çmulo agricola pauca attigit uitium genera quarũdam. Iam ex his etiã nominibus abolitis separatim toto tractatu sententia iudicanda est ut in omni genere noscamus quç fuerint celeberrima. Anno de. urbis circa captas Carthaginẽ atque Corinthum cũ supremũ is diem obiisset quãtum postea ccxxx. annis uita perfecerit. Ergo de uitibus uuisq; ita prodidit. Qui locus uino optimus dicitur esse & ostentus solibus amineũ minusculum & geminũ egenium elinũ minusculum cõferito: qui locus crassior aut nebulosior Amineum maius aut murgẽtinũ apicium lucanũ conferito çterç uites Misellç maxime in quẽuis agrum conueniunt in lora recte condunt: quas suspendas duricinas amineas maiores: uel ad fabrum ferrariũ propasse recte seruant: nec sunt uetustiora de illa re latinç linguç prçcepta tam prope ab origine sumus. Amineam proxime dictam Varro scantinã uçcat. In nostra çtate pauca exẽpla consumate huius artis fuere. Verum eo minus omittenda ut noscant etiam prçmia quç in oi re maxime spectant. Summã ergo adeptus est gloriam. Acilius stelemus e plebe libertã lx. iugerum non amplius uineis excultis in numẽtano agro atq; cccc. nummis uenundatis. Magna fama & uetulano egialo perinde libertino fuit in Cãpania rure liternino: maiorq; etiam fauore hominũ: quoniam ipsum Africã colebat exiliũ sed maxima eiusdẽ steleni opera rhemio palemoni alias grãmatica arte celebri in his xx annis mercato nũmum in eodẽ numẽtano decumi lapidis ab urbe diuerticulo. Est autẽ usque quaq; nobilitas mercis per omnia suburbana. Ibi tamẽ maxima: quoniã et neglecta per indiligẽtiam prçdia parauerat: ac ne in pessimis quidẽ elegantioris soli hçc agressus excolere nõ uirtute animi sed uanitate primoque notamine in illo pastinatis de integro uineis cura Steleni dum agricolam imitatur ad uix credibile miraculum perduxit intra viii. annũ cccc. nũmũ emptori addita pendẽte uindemia Cucurritque nõ nemo ad spectandas uuaꝫ in his uineis strues litteris eius altioribus contra id pigra uicinitate sibi patrocinante. Nouissime anneo Seneca pricipatũ traditionis ac potentiç quç postremo nimia fuit super ipsum minime utique mirati in anneũ tanto prçdii eius amore capto ut non puderet inuiso alias regiones ostẽtaturo tradere palmã eam emptis quadruplicato uineis illis intra x. fere curç annum digna opera quç in ecubis setinisque agris proficer & quando & postea sçpenumero septenos culeos singula iugera hoc est amphoras Centenas quadragenas musti dedere. Ac ne quis fictam in hoc antiquitatẽ arbitraret Idẽ Cato denos culeos reddere ex iugeribus scripsit efficacibus exẽplis nõ maria plus temerata cõferre mercatori non rubrũ littus indicũ ue merces petitas q̃ sedulũ ruris lare.

VIno antiquissima claritas maroneo in thracię maritima parte genito ut auctor est homerus. Neq; enim fabulosa aut de origine uarie prodita cõsectamur: prçterq̃ Aristeũ primũ omnium in eadẽ gente uel miscuisse uino suauitate prçcipua utriusque naturç sponte prouenientis. Maroneum uicies tanto addito aquç miscendum homerus prodidit. Durat etiam ius in eadẽ terra generi rigorq; indomitus: quippe cum mutianus ter Consul ex his qui nuperrime prodidere sextarios singulos octo genis aquç cõpetit misceri prçsens in eo tractu. Esse autẽ colore nigrum odoratum uetustate pinguescere & prannio quod homerus idẽ celebrauit. Etiam num bonos durat. Nascitur zinyrne regione iuxta delubrũ matris deum in reliquis generi claritas non fuit alicui. Anno fuit omniũ generũ bonitas l. opimio Consule cum se gracus tri. pl. seditionibus agitatis interemptus est. Ea Cęli temperies fulsit cocturam solis uocant opere natalis urbis dcxxxiii. duratque adhuc uinea ce fere annis iam in speciem redacta mellis asperi. Etenim hçc natura uinis in uetustate est ne portari per se queant unciç aqua usque in amaritudinem carie indomita. Sed çteris uinis

cōmendandis minima aliqua mixtura medicamēta ſunt: quod ut eius tēporis extia-
tione in ſingulis āphoris centeni minimi ſtatuant. Ex his tamē uſura multiplicata
ſemeſſibus quę & ciuilis ac modica eſt. In C. Cęſaris germanici filii principatu āno
clx. ſingulas uncias uini conſtituiſſe nobili exemplo docuimus referentes uitā pōpo
nii ſecundi uatis. Cenāque quam principi illi dedit tantum pecuniariū dedit ei uini
apotheca nec alia res maius incremētum ſentit ad xx. annū maius ue ab eo diſpēdiū
non proficiēte pręcio: raro quippe adhuc fuere nec niſi uini potatus ſingulis teſtis
milia nūmum beunēſes ſoli picata ſua: quoq genera diximus pluris permutare ſed
iter ſeſe amore patrio credūt. Idq uinū frigidius reliquis exiſtimat in frigido potu

Vino natura eſt hauſto accendēdi calore uiſcera intus foris infuſo refrigerandi
nec alienum fuerit cōmemorare hoc in loco quod Androcides ſapientia clarus ad
Alexandrum magnū ſcripſit intēperantiā eius cohibēs. Vinum poturus rex memē-
to te bibere ſanguinē terrę ſicuti uenenū eſt homini cicutę uinum: quibus pręceptis
ſi ille obtēperauiſſet: profecto aīcos intemulentia non interemiſſet: prorſus ut iure
dici poſſit neque uiribus corporis utilius aliud neque aliud uoluptatibus pernicio-
ſius ſi modus abſit.

Genera autem uini alia aliis gratiora eſſe quis dubitet aut non ex eodem lacu
alius pręſtantior potus altero. Altero germanitatē pręcedere ſiue teſta ſiue for-
tuito euentu. Quamobrē de principatu ſi quis iudicē ſtatuet liuia augusta lxxxxii.
annos uite purimo uino retulit acceptos non aquoſo. Gignit in ſinu Adriaci ma-
ris nō procul a thimauo fonte ſaxeo colle maritimo afflatu paucas coquente ampho
ras nec aliud apertius medicamētis iudicatur hoc eſſe credideri quod gręci celebran-
tes miris laudibus paictauū appellauerūt ex Adriaco ſinu. Diuus auguſtus ſetinū
pręſtulit cunctis & fere ſecuti principes propter confeſſa experimēta non temere cru-
ditatibus noxiis ab eo ſaluia naſcit. Supra forum Appii ante a cecubo erat genero-
ſitas celeberrima in paluſtribus populetis ſinu āclano quod iam itercidit in curia co
loni locique anguſtia magis tamen foſſa neronis q̄ a baiano lacu boſtiam uſq; naui-
gabilē incohauerat. Secūda nobilitas phalerno agro erat & ex eo maxime fauſtiano
cura culturaq; id colligerat. Exoleſcit hoc quoque nimietate copię potiuſ q̄ bonitate
ſtudentium phalernus ager a ponte Campano leua petentibus urbanam Coloniā
ſyllanam nuper capuę contributā incipit. Fauſtianus autē circiter iiii. a uico prope
cedias q uicus a ſinueſſa vi. m. abeſt: nec ulli in uino maior auctoritas ſolo uinoq flā
ma accenditur. Tria eius genera auſteq: dulce: tenue. Quidā iſta diſtinguūt ſummis
collibus Caucinum gigni. Mediis fauſtianū: imis phalernū. Non omittēdum autē
nulli eoq que celebrentur iucundū ſaporē uuę eſſe. Ad tertiam palmā uarie uenere
albana urbi uicina prędulcia ac rara in auſtero. Itē ſurentina in uineis tantū naſcētia
conualeſcētibus maxime probata propter tenuitatē ſalubritatēque. Tiberius Cęſar
dicebat conſenſiſſe medicos ut nobilitatē ſurentino darent. Alioquī eſſe generoſum
acetum C. Cęſar qui ſucceſſit illi nobilem uappam certant maſſica atque ex monte
gaurano puteolos baiaſque proſpectantia. Nam phalerno Contermina ſtatana ad
principatus uenere non dubie palmāque fecere ſua quibuſque terris tēpora ſecūdū
quod rerum prouentus occaſuſque. Iuncta his pręponi ſolebant calena & quę in ui-
neis arbuſtiſ ue naſcuntur fundana ex alia uicina urbis uelitetna priuernatia. Nam
quod ſignie naſcitur auſteritate nimia Continēdo utile aluo inter medicamina nu-
meratur. Quartum curridum publicis epulis obtinere a Diuo Iulio. Is enī primus
auctoritate his tribuit ut epulis eius appar&. Mamertina circum meſſanā in Sicilia
genita. Ex his lotulana ab auctore dicta illo cognomine proxima Italię laudantur
pręcipue. Eſt & in eadē Sicilia tauronimitanis bonos lagenis pro mamertino ple-
rūque ſubditis. Ex reliquis autē a ſupero mari pręlucia atque anconę naſcētia & quę

a palma una forte enata palmesia appellauere. In mediteraneo uero cesenatia ac ma-
cenatiana. In ueronēsi ité rbetica phalernis tātū postlata a uirgilio: mox ab ítio sinu
maris Adriatia. Ab infero autē latimensia grauicana stonienſia betruriq palmā lima
liguriq genua. Inter pireneū alpesque massilia gemino sapore: quādo & condiendis
aliis pinguius gignit: quod uocant succosum. Veteranū inter gallias consistit aucto-
ritas. De reliquis in Narbonēsi genitis asseuerare non est: quoniā officinā eius rei
infecere tingētes fumo. Vtināque non & herbis ac medicaminibus noxiis quippe
etiam alce mercator saporē: colorēq; adulterant. Vex & longinquiora italiq ab auso-
nio mari non carent gloria. Tarentina & seruiciana & consentie genita & tempse ac
babie: lucanaq; antecedentibus thuruniis: omniū uero eorū maxime illustrata mes-
sale potu & salute lagarina nō procul a gremēto nascētia. Campania nuper excitauit
nouis nominibus auctoritatē siue cura siue usu ad quartū a neapoli lapidē trebelli-
cis iuxta Capuam Caulinis & in suo agro trebellanis: alioquin semper inter plebeia
et trifolinis gloriata. Nam pompeianis summū x. annox icremētū est nihil senecta
conferēte dolore etiam capitū in sextā horam die sequētis ifesta deprehēdunt: qbus
exemplis nisi fallor manifestum est patriam terramq; referre nō unam & supuacuā
genex consectionē innumerā cum eadem uitis aliud aliis in locis appellat: hispani-
arum lusitana copia nobilitat. elegantia uero tarraconensia & balarica ex insulis con-
feruntur italiq primis: nec ignoro multa pretermissa populosq; existimaturos quā-
do suum cuique genti placet & quocūque eatur fabula eadē reperiat. Diui augusti
iudicio ac palacii peritissimū e libertis censuram uini in epulas eius facientē dixisse
hospiti de indigentia uino nouum quidē sibi gustū esse: cū eque non ex nobilibus
sed Cesarē non aliud potux: nec negaueri & alia digna esse fama: sed de quibus con-
sensus cui indicauerunt hec sunt.

NVnc simili modo transmarina dicemus. In summa gloria post homerica illa
de quibus supradiximus fuere thasium chiumque ex chio quod arusium uocāt: his
addidit lesbium erasistrati maximi medici auctoritas circiter cccc. l. anno urbis Ro.
Nunc gratia ante omnia est clazomenio postq parcius mari condūt lesbium spōte
naturę suę mare sapit: nec tinolici per se gratia ut uino: sed cuius dulcis admixtio re-
liquox duricia suauitatē accipiat simul & etatē: quoniam uetustiora protinus uidēt.
Ab his dignatio est Sycionio cyprio thelmesico tripolitico beritio tyrio sebenitico
In egypto hoc nascit. tribus generibus uuax ibi nobilissimis thaso & alopeuce: post
hec auctoritas hippodamantico mistico cantarete protopo Enidio catace caumente
petrite niconio. Nam mesogiten capitis dolores facere cōpertum est. nec ephesium
salubre esse quoniam mari defruto condiatur. Apamenū mulso precipue conuenire
dicitur sicut precocium in Italia. Est enim & hec proprietas genex ut dulcia utique
inter se non congruant. Exoleuit & protagion quod italicis proximū fecerāt. Ascle-
piadis scholę appollodorus medicis in uolumine quo suasit ptolemeo regi quę ui-
na biberet italicus etiam tum ignotis. Laudauit in ponto naspercenitē: mox orceticū
eneatheu leucbadium ambraciothem: & quod cunctis pretulit preparantiū: sed mi-
noris famę esse dixit: quoniam ante vi. annum nō placeret.

HActenus bonitas uini nationibus debetur apud greecos iure clarissimū nomē
quod appellauerunt brion ad plurimos ualitudinū usus excogitatū ut docebimus
in parte medicinę. Fit autē hoc modo. Vuę paulum ante maturitatē decerptę siccāt.
aeri sole ter die uersatę per triduum quarto exprimūt. Dein cadis sole inueterantur
cui marinam aquā largiorē miscent: a serui furto origine orta: sic ut mensurā exple-
ret. Idq; translatum in album mustum leucenium appellat. In aliis autē gentibus
simili modo factum thetalasamenon uocant. Thelasitem autē uasis musti deiectis

in mari quo genere prçcox fit & uetuſtius necnon apud nos choum uinũ ex italico faciendi rationẽ. Cato demonſtrauit ſuper çtera in ſole quadriennio maturandum prçcipiens. Rhodrumq; choo ſimile eſt: phormeum ſalſius choo. Omnia trãſmarina vii. in vi. annis ad uetuſtatem peruenire exiſtimantur.

VInum omne dulce minus odoratũ: quo tenuius: eo odoratius. Colores uini. quattuor: albus: fuluus: ſanguineus: niger pſithiũ & mellampſithium paſſi genera ſunt ſuo ſapore non uicinius. Ciuilitas uero muſſi in gallacia naſcens & aluitium in Sicilia. Nam ſyrenũ quod alii hepſenia: noſtri ſapam appellant: ingenii nõ naturç opus eſt: muſto uſque ad tertiam partẽ menſurç decocto: quod ubi factũ ad dimidiã eſt defrutũ uocamus omnia in adulteriũ mellis excogitata ſed priora uua terraq; conſtant paſſo a grçco Cilicium probatur & africum & in italia prouinciiſque finitimis certũ eſt ex uua quam grçci ſticam uocãt: nos appianã. Itẽ ſcripulam diutius in uite ſole uuis aduſtis aut feruenti oleo: quidã ex quacũque dulci tamẽ prçcocta alba faciunt ſiccantes ſole donec paulo amplius pondus ſuperſit tonſaque uuas leniter exprimunt dein quartum expreſſere additiũt uinaceis aquç puteanç ut & ſecũdariũ paſſum faciant. Diligentiores eodẽ modo ſiccatis acinos eximũt ac ſine ſarmentis madefactis uino excellenti donec intumeſcant premũt. Et hoc genus ãte çtera laudant ac ſimili modo aqua addita ſecundariũ faciunt: medium inter dulcia uinũ eſt ęgleucos uocant: hoc eſt ſemper muſtum. Id euenit cura quoniam feruere ꝓhibetur Sic appellant muſti in uina tranſitum. Ergo mergũt e lacu protinus in aqua cados donec bruma tranſeat & cõſuetudo fiat algendi. Eſt çternũ aliud genus quod uocãt dulce: Narbonenſi prouincia & in ea maxime uocontia aſſeruantur eius gratia uina diutius in uite pediculo intorto ab his ipſe palmes inciditur ad medullam: ab aliis uua torrentur in tegulis omnia ad heluenica uite. His addiciunt aliqui quod uocãt diachiton uuis in ſole ſiccatis loco cluſo per dies vii. in cratibus totidẽ pedes a terra altç noctibus a rore defenſis viii. die calcatis. Ita fieri optimi odoris ſaporiſque dulcis que genere eſt & mellitites diſtat a muſſo quod fit e muſto cũ v. congiis auſteri muſti. Congio mellis & ſalis ciato ſufferuefactis auſterum: ſed inter hçc genera ponere debeo & protropum. Ita appellatur a quibuſdam muſtum ſponte defluens antequã calcentur uuç: hoc protinus diffuſum lagenis ſuis deferuere paſſi: poſtea in ſole xl. diebus torrent çſtatis ſecuto ipſo canis ortu.

NOn poſſunt iure dici uina quç grçci deuteria appellant. Cato & nos loram maceratis aqua uinaceis: ſed tamen inter uina operaria nominantur. Tria eorũ genera x. parte aquç addita q̃ muſti expreſſa ſit & ita nocte & die madefactis uinaceis: rurſuſque prelo ſubiectis. Alterũ quomodo grçci factitauere tertia parte eius quod expreſſum ſit addita aquç expreſſoque decocto ad tertias partes. Tertium eſt fecibus uini expreſſum quod fecatũ appellat. Nulli ex his plus q̃ anni uſus.

VErum inter hçc ſubiit mentẽ cum ſint genera nobilia quç proprie uini ĩtelligi poſſunt lxxx. fere in toto orbe in duas partes ex hoc numero Italiç eſſe longe prçterea ãte cũctas terras & hinc demũ altius cura ſerpit nõ a primordio hãc grãm fuiſſe.

AVctoritatẽ poſt ſexcenteſimũ urbis annũ Cçpiſſe Romulum lacte non uino libaſſe. Inditio ſunt ſacra ab eo inſtituta quç hodie cuſtodiunt morẽ. Numç regis poſtumi lex eſt. Vino regum ne reſpargito quod ſanxiſſe illum propter iopiam rei nemo dubitet. Eadẽ lege ex iputata uite libari uina diis nefas ſtatuit ratione excogitata ut putare cogerentur alias aratores & pigri circa pericula arbuſti M. Varro auctor eſt Megentium Hetruriç regẽ auxilium rutilis contra latinos tuliſſe uini mercede

quod tum in latino agro fuisse.

NOn licebat id feminis Romę bibere. Inuenimus iter exempla Egnati metemii uxorē quod uinū bibisset e dolio interfectā fustę a marito: eumque cędis a Romulo absolutū. Fabius pictor in annalibus suis scripsit matronā quod loculos in qbus erant claues uinarię cellę resignauisse a suis in Edia mori coactam. Cato ideo propi quos feminis osculū dare ut scirēt an temetum olerent. Hoc tum nomen uino erat. Vnde & temulētia appellata Cn. Domicius iudex pronūciauit mulierē uideri plus uini bibisse q̄ ualitudinis causa uiro inscięte & dote mulctauit: diuque eius rei magna parsimonia fuit L. Papyrius Imperator aduersus sannites dimicaturus uotum fecit si uicisse Ioui poculū uini. Deniq; inter dona sextarios lactis datos inuenimus nunq̄ uini. Idē Cato cum in hispaniam nauigaret unde cum triumpho rediit. Non aliud uinū inquit bibi q̄ remiges. In tantū dissimilis istis qui etiam cum uinis alia quam sibimetipsis ministrant: aut pręcedente mensa subiiciunt. Lautissima apud priscos uina erant myrrhe odore condita ut apparet in plauti fabula quę persa inscribitur q̄q̄ in ea & calamū addi iubet. Ideo quidā aromaticis delectatos maxime credunt. Sed Fabius dossemius his uersibus decernit: mittebā uinū pulchrū murrhinam & in acharistione panē & polentā murrhinā Sceuolam quoq; & lelium & ęteū capitonē in eadem sentētia fuisse uideo q̄ in pseudolo sit. Quod si opus est ut dulce promant. i. q̄ habeat roga murrhina passum defrutū mella quibus apparet non iter uina modo murrhina: sed sinter dulcia quoq; nominatū.

APothecas fuisse & diffundi solita uina anno dcxxxiii. urbis apparet indubitato Opimiani uini argumēto iam intelligēte suum bonū Italia. Nondum tamē ista genera in claritate erant. Itaque omnia tunc genita unum habent Consulis nomē. Sic quoq; diu transmarina fuerūt in auctoritate ad atauos usq; nostros etiam phalerno iam reperto sicut apparet ex illo comici uersu anaxipolis thasii uini depromam uina phalerni publius licinius Crassus & L. Cęsar censores anno urbis conditę dc.lxv. edixerunt ne quis uinum grecum amineūmq; octenis ęris singula quadrantalia uēderet: hęc enim uerba sunt. Tanta uero uino gręco gratia erat ut singulę potiones in uno uictu darentur: quibus uinis auctoritas fuerit sua imensa. M. Varro his uerbis tradit L. Lucullus puer apud patrē nunq̄ lautum Conuiuium uidit in quo plus semel uinum grecum daret. Ipse cum redit ex Asia milia cadoꝝ congiariū diuisit amplius C. Sentius quē prętorem uidimus chium Vinū in domū suam illatū dicebat tum primū cum sibi Cardiaco medicus dedisset hortēsius super x. m. cados hęredi reliquit: hactenus Varro.

QVid ni & Cęsar dictator triumphis suis uicenas uini phalerni amphoras clxi. cados in Conuiuia distribuit. Itē in hispaniensi triumpho chiū & phalernum dedit Epulo uero in tertio consulatu suo phalernū chium lesbiū mamertinū quo primū tempore quattuor genera uini apposita constat: postea ergo omnia alia in nobilitate uenere & circiter septingentesimum urbis annum.

ITaque non miror innumerabilia pene genera fictitii reperta multis ante seculis quę nunc dicemus omnia ad medicinę usum pertinentia. Omphacium quomodo fieret propter unguenta diximus priore libro. Fit e labrusca hoc est uite silucstri quod uocatur cenanthinum floris eius libris duabus in musti cado maceratis: post xxx. dies mutat̄ pręter hęc radix labruscę acini coria perficiunt: hi paulo post q̄ disfloruere singulare remedium habent ad refrigerandos in morbis corpoꝝ ardores gelidissima ut ferunt natura pars eoꝝ ęstu moritur priusquā reliqui qui solsticiales dicunt̄. Vniuersi nunq̄ maturescunt & si priusquā tota uua inarescat incocta detur

cibo gallinaceo generi fastidium gignit uuas appetendi. Ficticio⁊ primũ fit ex ipso uino quod uocant assynamon hoc modo: alibi musti sextarii xx. aquę dimidiũ feruet donec excoquatur aquę mensura. Alii marinę sextarios x. tãtundẽ pluuię in sole xl. diebus torrent dant egris: quibus uini noxam timent: proximum fit e milio semiẽ maturo cum ipsa stipula libram quadrantẽ in cõgios duos musti maceratos & post vii. mẽsem transfuso. Ex loto arbore frutice herba dictum est ubi quęq; fierent. Fiũt et e pomis quę dicemus interpretationibus non nisi necessariis additis primũque e palmis quo parthi & Indi utunt & oriens totus matinia⁊ quas uocant cycleas modio in aquę congius tribus macerato expressoque. Sic fit & ficites e fico: quam alii parmiprimũ alii troci uocant. Aut si dulce esse non libeat pro aqua uinacco⁊ tantũdem addicitur e Cypria ficu & acetum fit prącellens atque alexandria quoq; melius uinum fit: ex ea siliqua syriaca & e pyris malorũque generibus omnibus. Sed e punicis rhoyton uocat: & cornis mespilis sorbis moris siccis nucleis pineis: hi musto madidi exprimunt superiora per se mitia. Miritẽ Cato quẽadmodum fieri docuerit mox paulo indicabimus. Grąci uero & aliomodo ramis teneris cum suis foliis in fabrio musto decoctis ut tensis libra in tribus musti cõgius deferuere faciũt donec duo supersint. Quod itẽ siluestris myrti bacis factum est myrtidanum uocatur: hoc manus tingit ex his quę in ortis gignuntur. Fit uinũ e radice asparago Cumela origano apii semine aprotano mentastro ruta nepeta serpilio marubio manipulos binos condunt in cadum mustum & sapę sextarium & aquę marinę eminam e napis fit duo⁊ denario⁊ pondere in sextarias binos musti addito. Item e scyle radice inter flores & rosę foliis usus in linteolo in mustum colatis cum pondusculo ut si dat xl. denario⁊ pondere in sextarios uicenos musti nec ante tres menses uase aperto. Itẽ in agro calido & aliud e siluestri aromaticẽ quoq; inuenio factitatum tantũ non unguento⁊ cõpositione primo ex myrrha ut diximus: mox & nardo celtico calamo bitumine offis in mustum: aut dulce uinũ defectis: alii de calamo Iunco costo nardo syriaco amomo casia cinnamo croco palma acharo similiter in offa. Apud alios nardi et malobatri vi. libris in musti Congios duos additis qualia nũc quoq; fiunt pipere et melle addito quę alii condita: alii piperata appellant. Inuenit & nectarites & herba: quam alii meneliton: alii medicam: alii simphiton: alii deam: alii orestium: alii nectariam uocant radice pẽderis xl. in sextarios vi. musti addita. Similiter in linteo ex ceteris herbis fit absceynthites xl. sextariis musti. Similiter absceynthii pontici libra decocta ad tertias partes uel scopis absceynthii in uinum additis. Similiter Isopites ditio isopo uncis tribus in duos congios musti conlectis aut tonsis in uinum fiũt et utraque alio modo circa radices uitiũ sato sic & eleboritem fieri ex ueratro nigro Cato docet. Sic fit & scamonites mira uitium natura saporẽ alienũ in se trahẽdi q̃lẽ et salicẽ redolent patauino⁊ in palustribus uindemię: sic & elleborum feritur in thaso aut Cucumis siluester aut scamonites quod uinũ thorium uocat quoniã abortus facit: Fit & ex herbis quaꝝ naturę suo loco dicentur: est & ocha de radice gentiane et traguritano & diptamo assaro dauco elleboris pannacea sphlagora choro thymo mandragora iunco uocarunt & sizinum & itacomeli & lectisspagitẽ quo⁊ iam obliterata ratio est. E fruticum uero genere cedri utriusque cupręssi lauri pini pyri therebynthi chalini lentisci bace aut lignum recens in musto decoquũt. Itẽ cameleę et camepitis & camedrisis lignũ eode modo et ex flore in congiũ musti x. denariorũ pondere addito.

Fit uinum ex aqua ac melle tantũ quinquennio ad hoc seruati cęlestem iubent Alii qui prudẽtiores statim ad tertias partes decoquũt et tertiam ueteris mellis adiiciunt. Dein xl. diebus Canis ortu in sole habent: alii diffusa ita x. die obturãt hoc uocatur hydrumelli et uetustate saporẽ uini assequit nusquã laudatius q̃ in phrygia: quin et acetũ melle tẽperabatur: adeo nihil intemperatum in uita fuit. Oximelli

hoc uocarũt mellis x.libras aceti ueteris eminis v.salis marini libra aquę pluuię sex
tarios v.sufferuefactis decies:mox elutriatis atq; ita inueteratis omnia a Themistocle
summo auctore damnata & hercle coactus eoꝫ usus uideri potest: nisi si quis natu
rę opus esse credit. Aromaticẽ & ex unguentis uina cõposita aut ut biberẽt genuisse
ea frutices.Ista sunt cognitu lucunda solertia humana homini exquirẽti.Nihil qdẽ
ex his anno durare prętercq̃ quę uetustate ipsa fieri diximus & plura ne tricenis qdẽ
diebus non erit dubium.

SVnt & in uino prodigia.Dicit̃ in archadia fieri quod fecunditatẽ fęminis im
portet:uiris rabiem.At in Achaia maxime circa carmam abigi partum uino atque
etiam si uuam edãt grauidę cum differẽtia in gustatu non sit.Trozenium uinũ qui
bibunt negantur generare.Thasos duo genera uini diuersa facere produnt̃.Vnum
quo somnus concilietur:alteꝫ uero quo fugetur.Apud eosdẽ uitis thearica uocatur
cuius & uinũ & uua contra serpẽtium ictus medet̃ liba deoꝫ thuris odore ex qua
dis prolibant e diuerso aspẽdios damnata a feris ferunt eam nec ab alite ulla attingi
Thasiam uuam ęgyptus uocat apud se predulcẽ quę soluit aluum.Est contra in licia
quę solutã firmat.Aegyptus & eobolada habet abortiuos facientẽ. Vina in apothe
cis canis ortu mutantur:quędã postea quę restituunt̃ sibi sic & mari nauigato cuius
iactatus his quę durauerint tantũ uetustatis adiicere sentit̃ quãtũ habuerint.

ET quoniam religioẽ uita constat prohibare diis nephastum habet̃ uina pręter
imputatę uitis fulmine tactę q̃ quę iuxta hominis mors laqueo pepẽderit: aut uul
neratis pedibus calcata & quod circũcisis uinaceis profluxerit aut superne deciduo
immundiore lapsu aliquo polluta.Itẽ gręca:quoiam aquam habeat uitis ipsa quoq;
manditur decoctis caulibus summis qui & condiuntur in aceto ac muria. Verum
et de apparatu uini dixisse conueniat cum gręci priuatim ea pręcepta condiderit artẽ
que fecerint sicut euphemius & Aristomachus & Commades & bicesius. Africa
gypso mitigat asperitatẽ nec nõ aliquibus partibus suis calce.Gręcia argilla aut mar
more aut sale aut mari leuitatẽ excitat. Italiq; in parte aliqua crapulana pice ac resina
condire musta uulgare est prouinciisque finitimis anni prioris uina fece acetoue cõ
diunt nec non & ex ipso musto fiunt medicamina.Decoquitur ut dulcescat portiõe
uirium:nec durare ultra annum spacium tale proditur:quibusdã in locis decoquũt
ad sapas musta:infusisque his ferotiam frangut & in hoc tamẽ genere & in omni a
lio sumministrant uasa ipsa condimẽtis picis cuius faciende ratio proximo dicetur
uolumine.

ARborum succum manantium picẽ resinãque.Aliq; in oriente:aliq; in Europa
feruntur quę interest Alia utriusq; quasdã habet in oriente optimam & tenuis
simã therebynthi fundunt.Dein lentisci quam et masticem uocant:postea cupressi
acerrimã sapore liquidã omnes et tantum resinę:crassiorẽ uero et ad pices faciendas
cedrus Arabica resina alba est acri odore difficilis coquenti Iudaica callosior et there
bynthiã quoq; odoratior. Syriaca attici mellis similitudinẽ habet. Cypria antecedit
omnes.Est autẽ melleo colore Carnosa colophonia pręter cęteras fulua.Si terat̃ alba
fit grauior odore:ob id non utunt̃ ea unguentis.In asia quę fit epicea admodũ can
didã spagas uocatur. Resina omnis dissoluitur oleo quędam et Creta figulina hęc
fieri arbitrantur:pudetque confiteri maximũ iam honorẽ eius esse in euellendis ui
rorum corpori pilis. Ratio autẽ condiendi musta in primo feruore qui nouem di
ebus cumplurimũ peragitur asparsu picis ut odor uino contingat et saporis quędã
acumina uehemẽtius id fieri arbitrantur crudo florę resinę excitarique leuitatẽ. E
diuerso crapulam compesci et feritatẽ nimiam frangiq; uirus.At ubi pigra leuitas
torpeat uirus addi ligurię maxime circũpadanisque multis utilitas discernitur hoc

modo pugnacibus mustis crapulę plus inditur leuibus parcius. Sũt et quę ex utro
que conditi uelint necnon alia quę simul et pice et natura uitium quę musto. Qui
busdam in locis sponte feruere qua calamitate cum deferbuit sapor uappę accipit no
mẽ probrosum etiam hominũ cum degenerauit animus. Acetis enim nequitię est
uirtus magnos ad usus & sine quis uita mitior degi nõ possit. Cęterorꝫ minorꝫ me
dicaminis tanta cura est ut cinere apud quosdã ceu gypso alibi & qbus diximus mo
dis instaurentur sed cinerẽ e uitis sarmẽtis aut quercus prę ferunt. Quin & marinam
aquam eiusdem rei gratia ex alto peti iubent seruariq; ab equinoctio uerno: aut certe
nocte solstitio & aquilone flante hauriri: uel si certe circa uindemiam hauriat̃ deco
qui pix in italia ad uasa uino condiendo maxime probatur. Britticia fit e picea rasi
na baꝫ amara & auida & graui odore differentiam rationemque faciendi proximo
uolumine demonstrabimus inter arbores feraces. Vicia prę ter supradicta acor aut
fumidũ uirus aut picis adustio. Experimentũ uero si fragmenta subluceant ac sub
dente lentescat acore iucundo. Asia picem indicam maxime probat gratia piericam
uirgilius nariciam diligẽtiores admiscent nigram masticẽ quę in ponto bitumini si
milis gignitur & iris radicẽ oleumque. Nam ceram accipientibus uasis cõpertum
uina acescere sed transferre in ea uasa in quibus acetum fuerit utilius q̃ in ea in qbus
dulce aut mulsum. Cato iubet uina concinari: hoc enim utitur uerbo cinis lixiui cum
defruto cocti parte quadringẽtesima pullegii uel salis sesquilibra. Interim & tonso
marmore facit & sulphuris mẽtionẽ. Resine uero in nouissimis super omnia addi
maturescente iam uino iubet mustum quod ille tortinũ appellat: nos intelligimus
nouissime expressum & addicimus tingẽdi gratia coloris ut pigmentũ aliquod ui
ni atq; ita pinguis fieri tot beneficiis placere cogitur & miramur noctiam esse in ui
tium iclinantis experimentũ est lamina plumbea mutatus in eo colos propriũ autẽ
inter reliquos liquores uino mulcescere aut in acetũ uerti. Extantq; medicinę uoluia
tex uini siccata recipit ignes ac sine alimẽto per se flagrat. Cinis eius nitri naturam
habet: easdem uires: hoc amplius quod pinguior sentitur.

MAgna & collecto iam uino differentia in cella circa alpes ligneis uasis condũt
circulisque cingunt: atq; etiam byeme gelida ignibus rigorẽ arcẽt: mirum dictu: sed
aliquãdo uisum ruptis uasis stetere glaciatę molles prodigii modo: Quoniam uini
natura non gelascit: alias ad frigus stupens tantũ mitiores plagę doliis condũt info
diuntq; terrę tota aut ad portionẽ situs. Itẽ cęlum prębent: alibi uero ipositis tectis ar
cent. Traduntq; ad hęc prę cepta latus cellę uinarię aut certe fenestras obuerti in aq
lonẽ oportere uel usque in exortũ equinoctialẽ sterquilinia & arborꝫ radices procul
abesse omnia quę odoris euitandi facilimo in uina transitu ficosq; utique & caprifi
cos. Doliis etiam interualla dari ne inter sese uicia serpant contagione uini semp ocis
sima quin & figuras referre: uentri uasa ac patula nimis utilia picari oportere, ptinus
a Canis ortu: postea pfundi marina aqua aut salsa. De Cinere e sarmẽtis aspergi uel
argilla absterſa murrha suffiri ipsaque sępius cellas imbecilla uina demissis in terrã
doliis seruanda: ualida expositis nunq̃ implenda & quod supersit passo aut defruto
perungendũ admixto croco pisa ueteri cum sapa. Sic opercula doliorũ medicanda
addita mastice ac pice. Bruma aperiri uetãt nisi sereno die austro flãte luna ue plena
Flos uini candidus probatur. Rubens triste signum est: si non is uini calor sit. Item
uasis incalescentibus operculisue sudantibus quod celeriter florere cępit odoremq;
trahere non fore diutinum. Ipsa quoq; defruta ac sapa cum sit cęlum sine luna: hoc
est in syderis eius coitu neque alio die coqui iubent: prę terea plumbeis uasis nõ ęre
is nucibusq; in glandibus additis eas enim fumũ excipere. Campanie nobilissima
exposita sub diuo in cadis uerberari sole lunę imbre uetis aptissimũ uidet̃.

AC si qs diligētius reputet in nulla parte operosior uita est ceu nō salubertimū ad potum aquę liquorē natura dederit quo cętera omnia animalia utūt. At nos uinum bibere & iumēta cogimus & tantoque opere tanto labore & impēdio constat quod hominis mentē mutet ac furorē gignat milibus scelerу ubi deditis tanta dulcedine ut magna pars non aliud uitę prępmium intelligat. Quinimo ut plus capiamus succo frangimus uires & alia irritamenta excogitant ac bibendi etiam causa uenena conficiuntur: alius cicutā presumētibus ut bibere mors cogat: aliis punicis farinā et quę referendo pudet docere. Cautissimos ex his imo balneis coqui uidemus examinesque efferri. Iam uero alios lectum expectare non posse: imo uero nec tunicā nudos protinus ibi & anbelos ingentia uasa corripere uelut ad ostentationē uirium: ac plane infundere ut statim uomant: rursusq; hauriant. Idq; iterу terciosque tanq̄ ad pdenda uina geniti & tanq̄ effundi illa non possint nisi per corpus humanū. Ad hoc pertinent peregrinę exercitatioēs et uolutatio in cęno: ac pectorosa ceruicis repande ostentatio per hęc omnia hęc prędicatur sitis. Iam uero queri quę uasa adulteris cęlata tanq̄ per se parum doceat temulētia libidines: ita uina ex libidine hauriunt: atq; etiam prępmio iuitatur ebrietas. & si displicet emitur alius ut quantū biberit tantum edat: et pręciū uinolentię uino accepit. Alius quātum alea quęsierit tantū bibit. Tūc auidi matronarу oculi licenter graues prodūt marito: tunc animi secreta proferūt: alii testamenta sua nuncupāt: alii mortifera loquunt redditurus per iugulū uoces non continēt q̄ multis ita peremptis: uulgoq; ueritas iam attributa uino est. Interea ut optime cedat solem orientē non uident ac minus diu bibunt: hinc pallor & genę pēdulę oculorу ulcera temulę manus effundētes plena uasa quę fit pęna pręsens furiales somni & inquies nocturna prępmiumq; summū ebrietatis libido portētuosa ac iucundū nephas: postea die ex ore alitus fędi: ac fere reу omnū obliuio: moxq; memorię rapere se ita uitā prędicant: cum priorem diem quotidie perdant. Illi uero et uenientē Tiberio Claudio principe ante hos annos xl. institutū ut ieiuni biberent: potusq; uini antecederet cibos. Externis & hoc artibus ac medicorу placitis nouitate aliqua sese cōmendantium. Gloriam hac uirtute partbi quęrūt: famam apud grękos alcibiades meruit: apud nos etiam cognomē Nouellius Torquatus mediolanensis ad proconsulatum usq;e prętura honoribus gestis tribus cōgiis. Vnde & cognomē illi fuit e potis uno impetu spectante miraculi gratia. Tiberio principe in senecta iā seuero atq; etiam Sceuola: sed ipsa iuuēta ad merū pronior fuerat eaque cōmēditiōe credidere. L. pisonē urbis Romę curę ab eo delectū quod biduo duabusq; noctibus per potationē continuasset apud ipsum iam principē. Nec alio magis drusus Cęsar regenerasse patrē Tiberium ferebatur. Torquato rara gloria: quando & hęc ars suis legibus constat non libas se sermone non leuatū uomitione. Nō altera corporis ptedum biberet matutinas obiisse uigilias: plurimū hausisse uno potu: plurimū pięterea alii minoribus addidisse optia fide nō respirasse in hauriendo: neq; expuisse: nihilq; ad elidendū in pauimentis sonum ex uino reliquisse diligenti sito legum cōtra bibendi fallacias. Tergilla Ciceronē M.F. binos congios simul haurire solitum ipsi obiecit M q; Agrippę a temulēto scyphū impactum. Eteni hęc sunt ebrietatis opa sed mirirum hanc gloriā auferre Cicero uoluit interfectori patris sui M. Antonio Is enim ante eum auidissime appręhenderat hac palmā edito etiam uolumīe de sua ebrietate: quo patrocinari sibi ausus approbauit plane ut equidē arbitror quanta mala per temulentiam terraу orbi intulisset exiguo tēpore ante pręlium attiacū id uolumē euomit quo facile intelligat ut ebrius iam sanguinē Ciuiū: et tanto magis eū sitiens. Nanq; & hęc necessitas uitium comitatur ut bibendi consuetudo augeat auiditatē: scitumq; est Scytarū legatis quanto plus biberint tanto magis sitire parthos est & occidentis populis sua ebrietas fruge madida pluribus modis per gallias hispaniasq; nomibus aliis. sed ratione eā: hispanię iam uętustate ferre ea genera docuerūt

Aegyptus quoque ſibi e fruge potus ſimiles excogitauit: nulla que in parte mũdi ceſſat ebrietas. Meros quippe hauriunt tales ſuccos nec diluendo ut uina mitigent At hercule illis tellus fruges parere uidebatur heu mira uiciorũ ſolertia inuentũ eſt quẽadmodum aqua quęq; inebriaret. Duo ſunt liquores corporibus humanis gratiſſimi: intus uini: foris olei. Arborũ e genere ambo prĕcipui: ſed olei neceſſarius nec ſegniter uita in eo elaborauit: quanto tamen in potu ingenioſior fuerit apparebit ad bibendum generibus clxxxxv. Si ſpecies uero extimẽtur pene duplici numero excogitatis: tantoq; paucioribus olei de quo in ſequẽti uolumine dicemus.

OLEAM THEOPHRASTVS E CELEBERRIMIS grĕcorũ auctoribus urbis Romę anno circiter cccc.xl negauit niſi intra xl. paſſus ab mari naſci. Feneſtella uero omnino non fuiſſe in Italia Hiſpania atque Africa Tarquinio priſco regnãte ab annis Po. Ro. clxxxiii. quę nunc peruenit tranſalpes quoq; & in gallias hiſpaniaſq; medias urbis quidẽ anno. d. v. Appio Claudio Cęci nepote L. Iunio Conſulibus olei librę duodenis aſſibus uenere. Et mox ãno dc. lxxx. m. Seruius edilis curulis olei denas libras ſingulis aſſibus prĕſtitit Po. Ro. per totum annum. Minus ea miretur qui ſciat poſt annos xxii: Cn. Pompeii quarto conſulatu oleũ prouĕcius Italiam miſiſſe. Heſiodus quoq; in primis cultum agrorũ docendũ arbitratus uitam negauit olęę ſatorẽ fructũ ex ea percepiſſe: q̃q̃ tarda tunc res erat. At nunc etiam in plantariis ferunt tranſlatarũque altero anno decerpunt̃ baccę. Fabianus negat prouenire in frigidiſſimis oleam: neq; in calidiſſimis. Genera eaꝝ tria dixit uirgilius. Orchites & radios & pauſias: nec deſiderare raſtros aut falces ullam ue curam. Sine dubio & bis ſolum maximeq; ęclũ referre. Verũtamen & tondentur: cum & uites atque etiam interradi gaudent. Conſequens eaꝝ uindemia eſt arſq; uel maior oleo muſta tĕperandi. Ex eadẽ quippe oliua differunt ſucci primũ omniũ cruda atque nondũ inchoatę maturitatis hoc ſapore prĕſtantiſſimi: Quin et ex eo prima nuda prĕli laudatiſſima ac deinde per diminutiones: ſiue ut nuper inuentum eſt exilibus regulis pede incluſo quanto maturior bacca tanto pinguior ſuccus: minuſque gratus. Optima autẽ ętas ad decerpendũ iter copiam bonitatẽq; incipiente bacca nigreſcere quam uocant drupas: grĕci uero drupeditas. Cętero uero diſtant an maturitas illa in torcularibus fiat an ramis irrigua fuerit arbor: an ſuo tantũ bacca ſucco: nihilq; aliud q̃ rores ęcli biberit

VEtuſtas oleo tedium affert non itẽ ut uino plurimũque ętatis annuo eſt, puida ſi libeat intelligere natura. Quippe temulẽtię naſcentibus uinis uti neceſſe nõ eſt: quinimo inuitat ad ſeruandũ blanda interueterati caries oleo uoluit parci fecitq; ea neceſſitate promiſcuum & uulgo principatum in hoc quoq; bono obtinuit Italia toto orbe maxime agro uenafrano eiuſque parte quę licinianũ fundit oleum: unde et licinię gloria prĕcipua oliuę unguẽta hanc palmã dedere accomodato ipſis odore Dedit & palatum delicatiore ſentẽtia. De cętero baccas licinię nulla auis appetit. Reliquũ certamẽ iter hiſtrię terram & bethię par eſt. Cętero fit uicina bonitas, puicius excepto Africę frugifero ſolo. Cęteris totũ id natura conceſſit oleũ ac uinũ: non iuſdit tantum ſatiſque glorię in meſſibus fecit reliqua erroris plena: quam in nulla ptę uitę numeroſiorẽ eſſe docebimus.

OLiuę conſtant oleo nucleo carne amurca: ſanies hęc eſt eius amara fit ex aquis ideo ſiccitatibus minima riguis copioſa. Suus quidẽ oliuę ſuccus eſt oleũ: idq;

precipue ex imaturis intelligimus sicut de omphacio docuimus. Augeꝫ oleum ad arcturi exortum ad xvi. kl. Octobris: postea nuclei increscunt & Caro cum succi et imbres copiosi accessere. Viciatur oleum in amurca: huius color oliuã cogit nigrescere: ideoque incipiente nigritia minimũ amurcę ante eam nihil. Et error hominũ falsus existimantiũ maturitatis initium quod est uicii proximũ. Deinde quod oleũ crescere oliuę carne arbitramur cum succus omnis in corpus habeat lignũ quod itus grandescat: ergo tum maxime rigantꝫ quod ibi cura multa sine imbribus accidit oleum absumitur nisi consecuta serenitate quę corpus extenuet. Omnino enim ut Theophrasto placet olei causa calor est qui etiam in torcularibus etiã in cellis multo igni queritur. Tertia est culpa in parsimonia quoniam propter ipendiũ decerpendi expectatur ut decidat oliua. Qui medium tẽperamentũ in hoc seruãt perticis decutiũt cum iniuria arboꝝ sequẽtisq; anni damno. Quippe oliuantibus lex ãtiquissima fuit Oleam ne stringito: ne ue uerberato. Qui cautissime agunt harundine leui ictu nec aduersos pcutiũt ramos: sic quoque alternare fructus cogitur decussis germinibus nec minus si expectatur ut cadat: hęrendo enĩ ultra suum tẽpus absumũt uenientibus alimentũ & detinent locum. Argumentũ est quod nisi ante fauonium collecte nouas uires resumunt & difficilius cadunt. Prima ergo ab autũno colligunt uicio operũ natura pausia cui plurimũ carnis: mox orchites cui olei post radios has enĩ ocissime occupatas quia sunt tenerrimę amurca cogit decidere. Differunt etiam in martium mensem callosę contra humorẽ pugnaces: ob idq; minime licinia cõminia cõtia sergia quam sabini regiam uocant nõ ante Fauonii afflatum nigrescentes hoc est ad vi. Idus Februarii. Tunc arbitrãtur eas maturescere: et quoniam probatissimũ ex his fuerat oleum accedere etiam ratio prauitati uidet: ferũtq; frigore sterilitatẽ fieri sicut copiam maturitate cũ sit illa bonitas non tẽpus sed generis tarde putrescentiũ in amurcam. Similis error collectam seruandi in tabulatis nec priusquã sudet premendi cum omni mora oleum decrescat amurca augeatur. Itaq; nulgo non amplius senas libras singulis modiis exprimi dicunt. Amurcę mẽsuram nemo agit quanto ea copiosior reperiat. In eodẽ genere diebus adiectis omnino in uictu error est publicus tumore oliuę crescere oleum existimantiũ pręserti cum magnitudine copiam olei constare indicio sint quę regię uocant: ab aliis maiorinę: ab aliis bambię grãdissimę: alioquin minimo succo & in egypto carnosissimis olei exiguũ. Decapoli uero syrię per quam parue nec apari maiores carne: tamẽ cõmendantur. Quamobcausam italicis trãsmarinę pręferunt in Cibis cũ oleo uincant & in ipsa italia exceteris picenę & sidicinę sale illę priuatim cõdiant: & ut reliqua amurca sapa ue: necnõ aliquę oleo suo: & sine arcessita comendatione pure innatant. Colimbades frangũt eadeq; barbaꝝ uiridium sapore condiunt: fiunt & precoces feruenti aqua perfusę quãlibet immature: mirumque dulcẽ succum oliuam bibere & alieno sapore infici. Purpureę sunt & in his ut uuis si nigrum colorẽ transeuntibus pausiis: sunt & superbę preter iam dicta genera. Sunt & prędulces per se tantũ siccatę: uuisq; passis dulciores admodum rare in Africa & circa emeritam lusitanię oleum ipsum sale uendicatur a pinguedinis uitio cortice oleę conciso odorẽ accipit medicatio. Alias ut uino palati gratia nulla est. Nec tã numerosa differentia tribus ut plurimũ bonitatibus distat odor intenui argutior: & his tamen etiam in optimo breuis.

Oleo natura tepefacere corpus & contra algores munire eidẽ feruores capitis refrigerare usum eius ad luxuriam uertere greci uitioꝝ omniũ genitores in gymnasiis publicando. Notum est magistratus honore eius octogenis sestertiis stergmẽta olei uendidisse. Olei honorẽ Romana maiestas magnum exhibuit. Turmas equitum idibus Iuliis ex ea coronando. Itẽ minoribus triũphis ouantes: Athenę quoq; uictores olea coronant: greci oleastro olimpię.

NVnc dicẽtur Catonis placita de oliuis in calido & pĩgui ſolo. Radium maiorem Salentinã orcbitẽ pauſiam ſerginam Cominianã albiferã ſeri iubet: aducit que ſinguli prudentia quam eax in ſingulis locis optimã eſſe dicũt. In frigido autẽ et macro liciniam pingui enim aut feruenti uiciari eius oleum arborem que ipſam fertilitate conſumi. Muſco prẽterea & robore infeſtari. Spectare oliueta in fauonũ loco expoſito ſolibus cenſet.

NEc alio modo laudat condi oliuas optime orchites & pauſias uel uirides q̃ in muria uel fractas in lẽtiſco oleum q̃ acerbiſſima oliua optimũ fieri. Cẽtero q̃ primũ e terra colligendã ſi inquinata ſit lauandam ſiccari triduo ſatis eſſe. Si gelent frigora quarto die prẽmendã hanc & ſale aſpergi. Oleum in tabulato minui deteriuſq; fieri Itẽ in amurca & fragiles hęc ſunt carnes & inde feces: quare ſepius in die crapulã dũ prẽterea concas & plumbeas cortinas aere uiciari feruentibus omnia ea fieri clauſiſq; torcularibus & q̃ minime uentilatis: ideo nec ligna cẽdi ibi oportere: qua de cauſa e nucleis ipſarũ ignis aptiſſimus & cortinis in labra fundendũ ut feces & amurca liquentur. Ob id crebrius uaſa mundanda: fiſcinam ſpongia tergendas ut q̃ maxime pura ſinceritas conſtet: poſtea inuentũ ut lauarent̃ utiq; feruẽti aqua protinus prẽlo ſubicerẽtur ſolide. Ita enim amurca exprimitur: mox trapetis fractę prẽmunt̃. Itex prẽmi plus q̃ centenos modios non probant quod fructus uocat̃. Quod uero poſt molam primũ excuſſum eſt flos factus tres gemino foro aqua ternis boibus nocte et die prẽmi uiſum eſt.

NOn erat tunc ficticium oleum: ideoq; arbitror de eo nihil a Catone dictũ. Nũc eius genera plura primũq; perſequemur ea quę ex arboribus fiunt & iter illas ante omnes ex oleaſtro tenue id multoq; amarius q̃ oleę & tantũ medicamẽtũ utile Similimũ huic eſt ex camelea frutice ſaxoſo: nõ altiore palmo foliis oleaſtri baccisq; proximo fit & e Fici arbore in ęgypto copioſa: alii ſcrotonẽ: alii ſibin: alii ſexamon ſilueſtrem eam appellant. Ibiq; non pridẽ & in hiſpania peruenit altitudine repẽte oleę caule ferulaceo folio uitium ſemine uuax gracilium palidarũque noſtri eã uocant Ricinum a ſimilitudine ſeminis. Coquitur id in aqua: innatanſque oleũ tollit̃ At in ęgypto ubi abundat ſiue igni & aqua ſale aſperſum exprimitur cibis fẽdũ lucernis exile. Amigdalinũ quod aliqui neopum uocant ex amaris nucibus arefactis et in offam contuſis aſperſum aqua. Iterũ tonſis exprimitur. Fit & e lauro admixto druppax oleo quidãque e baccis exprimũt tantum: alii foliis modo: aliqui foliis et cortice baccax necnon ſtiracẽ addũt: alioſque odores. Optima laurus ad id lati folia ſilueſtris nigra bacceis. Simile eſt e myrto nigra: et hęc lati folia eſt melior. Tondũt̃ baccę aſperſa calida aqua: mox decoquũtur: alii foliox molliſſima decoquunt in oleo et exprimunt: alii derecta ea in oleum ſole prius maturant. Eadem ratio & in ſatiua myrto. ſed prẽfertur ſilueſtris minori ſemine: quam quidã oxymyrſinem uocant: alii chamemyrſinẽ quia coronę habet ſimilitudinẽ. Eſt. n. breuis fruticoſa. Fit & e citro cuprẽſſo nucibus iuglandis: quod carſinum uocant. Mali ſcedri quod beſileon. E grano quoq; gnidio purgato ſemine & tonſo: itẽ lentiſco. Nam e cyprino & e glãde ęgyptia fieri odox cauſa dictum eſt. Indi e caſtaneis & ſiſamo atque oriza facere dicuntur Iethiophagi e piſcibus inopia cogit aliquãdo luminũ cauſa. & e plantani baccis fieri aqua et ſale maceratis et cenanthinum fit de ipſa cenanthe ut dictum eſt in unguẽtis gleucino muſtũ incoquit̃ uapore lento ab aliis ſine igne circũdatis uinaceis diebus xxii. bis ſingulis permixtũ: conſumiturque muſtum oleo: alioquin non ſapmſicũ tantum admiſcẽt ſed etiam prẽcioſiora odoramẽta. Nam & in gymnaſiis quoq; cõdiuntur odoribus ſed uiliſſimis. Fit & ex aſpalato calamo balſamo Iri Cardamomo meliloto nardo gallico panace ſiſpſuco helemo cinnami radice omniũ ſuccis in oleo maceratis expręſſiſque. Sic & rhodinum e roſis iuncinum e iunco: quod

est rosaceo similimum. Itē hyosciamo & lupinis narciso: plurimum autē in egypto e raphani semine: aut germine herbę quod Cortinon uocant. Itē e sesima & urtica quod necinum appellant. E lilio & alibi fit sub eliuo sole luna pruina maceratū suis herbis componunt. Inter cappadociam & gallaciam quod selgiticū appellant neruis admodum utile: sicut in italia e gūmi e pice fit quod picinum appellant cū coquitur uelleribus supra balitū eius expansis atq; ita expressis probatū maxime e brutia. Est enim pinguissima & resinosissima. Color oleo fuluus sponte nascitur in syrię maritimis: quod oleomeli uocant. Manat ex arboribus pigue crassius melle resina tenuius sapore dulci & hoc medicis: ueteri quoq; oleo usus est ad quędā genera morbo⁊ Existimant⁊ & ebori uidicando acarie utile esse. Certe simulacrū Saturni Rome itus oleo repletum est.

SVper omnia uero ęlebrauit laudibus amurcam Cato dolia olearia cadosq; illa imbui ne bibant oleum: amurcam subici areas torrēdis messibus ut formicę rimęque absint. Quin & lutum parietū & tectoria & pauimēta orrea⁊ frumēti. Vestiarium etiam contra teredines ac noxia animalia amurca aspargi. Semina frugem perfundi morbis animalium arbo⁊ quoq; illa ad medendū efficaci. Ad ulcera iteriora humani quoq; oris lora etiam & coria omnia & calciamēta axesque decocta ungi atq; eramēta contra eruginē colorisq; gratia elegantioris: & totā suppellectilē lignea ac uasa fictilia. Inquis ficum aridam libeat asseruare: aut si folia baccasque in uirgis myrti: aliud ue quod simile genus: postremo ligno macerata amurca nulli fumi tedio ardere. Oleam si lambendo Capra ligua contigerit deprauaueritq; primo germinatu sterilescere auctor est. M. Varro. Et hactenus de olea atq; oleo.

RElique arbo⁊ fructus uix spetie figura ue non modo saporibus succisq; totiēs permixtis atq; insitis enumerari queunt.

GRandissimus pineis nucibus altissimeq; suspensus ītus exiles nucleos laciniatis includi thoris uestitos. Alia frugis tunica mira natura cura molliter recollocandi ba⁊ genus altę⁊ terentine digitis fragili putamine. auiumq; furto in arbore et tertium appinie picea satiua nucleo⁊ cute uerius q̄ putamine adeo molli ut simul mandantur. Quartū pythidia uocant e pinastris singularis remedii aduersus tussim in melle decoctos nucleos taurim aquicelos uocāt pineę corona uictores apud Iscbinum coronant⁊.

HIs proxima amplitudine mala quę uocamus Cotonea & gręci cydonea ex Creta insula aduecta incuruatos trabunt ramos prohibentq; crescere parentē: plura eo⁊ genera chrysomela incisuris distincta colore ad aurē inclinato. Quę candidiora nostratia cognomiata odoris prestantissimi est & Neapolitanis suus honor. Minora ex eodē genere strutea odoratius uibrant serotino prouētu: pręcotia uero mustea struteis autē Cotonea insita suum genus fecere. Mulutianū quę sola ex his uel cruda manduntur. Omnia iam & uiro⁊ salitatoriis cubilibus inclusa simulacris noctium conscius imposita. Sunt prēterea siluestria parua struteis odoratissima in sepibus nascentia. Mala appellamus q̄q̄ diuersa persica & granata quę in punicis arboribus nouem gene⁊ dicta sunt: his acinus sub cortice intus lignū. Illis in corpore necnon et quędam e piris liberlia appellata āplitudinē sibi ponderis nomine asserunt.

SEd persico⁊ palma duracinis. Nationum habent cognomen gallica & asiatica post autumnū maturescunt estate pręcotia ītra xxx. annos reperta: et primo denariis singula uenundata. Supernatia e sabinis ueniunt popularia undique pomum innocuum expetitur agris pręciūque singulis triceī nūmi fuere nullius maiore quod miremur quia non aliud fugacius: longissima nanque decerptio biduī mora est cogitq; se uenundari.

Ngens postea turba prunorũ uersicolor nigra candicans ordearia appellata a Comitatu frugis eius. Alia eodẽ colore seriora maioraque asinina cognominata a uilitate sunt. At nigra laudatiora ceruia atq; purpurea necnon ab externa gente armeniaca: quę sola & odore cõmendantur peculiaris & impudentia est nucibus insitorũ quę faciem parentis succumq; adoptionis exhibent appellata ab utroque nucipruna et hęc autẽ & persica et cerina ac siluestria autumno cadis condita usque ad alia nascẽtia ętatẽ sibi prorogant. Reliquoꝝ uelocitas cito nucescẽtium transuolat. Nuper in betica malina appellari cęperunt malis insita & alia amigdalina amigdalis bis itus in ligno nucleus amigdalę est: nec aliud pomũ ingeniosius germinatũ est. In pegrinis arboribus dicta sunt damascena a syrię damasco cognominata iam pridẽ in italia nascentia grandiore q̃q̃ ligno & exiliore carne: nec unq̃ in ruga siccata quoniam soles sui desunt. Simul dici possunt populares eoꝝ mixtęq; & ipsę nunc cęperunt Romę nasci insitę sorbis. In totũ quidẽ persica peregrina etiam Asię Gręciq; esse ex nomiẽ ipso apparet atq; ex perside aduecta. Sed pruna siluestria ubiq; nasci certum est: quo magis miror huius pomi mensionẽ a Catone non habitam pręsertim cum condẽda demonstraret & siluestria. Nam persicę arbores sero & cum difficultate transire utq; in rhodo nihil ferant: quod primum ab ęgypto earũ fuerat hospitiũ falsum est uenenata cum cruciatu in persis signi & pęnaꝝ causa a regibus translata in ęgyptum terra mitigata. Id enim de persia diligentiores tradũt: que in totum alia est myrtis rubentibus similis nec extra orientẽ nasci uoluit. Eam quoq; eruditiores negauerũt ex perside ꝓpter supplicia trãslatũ: sed a perseo mẽphi satam & ob id Alexadrũ illa coronare uictores ibi istituisse in honorẽ atui sui. Semper autẽ folia habet & poma subnascentibus aliis. Sed pruna quoq; omnia post Catonẽ cepisse manifestũ erit.

MAloꝝ plura sunt genera: de Citreis cum suo arbore diximus: medica autẽ grę ci uocant patrio nomine. Aeque peregrina sunt zizipha & tuberes: quę & ipse non pridẽ uenere in Italiam: hęc ex Africa: illa ex Siria. Sextus papinius quẽ consulẽ uidimus primus ex utroq; attulit diui Augusti nouissimis tẽporibus in castris satabacis similiora quã malis: sed generibus prącipua decora quoniam & intecta iam siluę scandunt. Tuberum duo genera candidum & a colore sericum dictũ pene pegrina Sunt in uno Italię agro ueronensi nascentia quę latiata appellantur: lanugo ea obducit. Struteis quidẽ persicis quę plurima bis tamen peculiare nomen dedit nulla alia cõmendatione insignibus. Reliqua cur pigeat nominatim indicare cum conditoribus suis ęternam propagauerint memoriam tanq̃ ob egregiũ aliquod in uita factũ ni fallor apparebit ex eo ingenium inserendi: nihilq; tam paruum esse quod nõ gloriam parere possit: ergo habent originẽ a macio gestioq; & mallio. Itẽ scandio: qbus cotoneo insito. Ab appia & claudiana gẽte appiana sunt cognominata. Odor est iis cotoneoꝝ magnitudoq; sed claudianis color rubeus ac ne quis id ãbitu ualuisse claritatis e familia putet. Sunt & septiana ab iuentore libertino isigni rotũditate. Cato adiecit quiriana: et quę tradit in doliis cõdi scantiana. Omniũ autẽ nuperrimẽ adoptata sunt parua gratissimi saporis: quę petisia cognominantur: patrias nobilitauere Camerina & grącula. Cętera e causis traxere nome germanitatis coherentia & gemella nunq̃ singula in fętu colore syrico cognatione mellapia musta a celeritate mitescẽdi quę nunc mellimela dicuntur a sapore melleo. Orbiculata a figura orbis in rotũditatẽ circũactis: hęc in epyro primũ prouenisse argumento sunt grąci: qui epyrotica uocãt mammaꝝ effigię. Orchomaschia a cõditione castrati seminis quę spadonia appellãt Belgemellon a foliis: unũ aliquando & geminũ erumpit e latere medio celerrime in rugas marcescunt pannucea stolide tumẽt. Pulmonea sunt: quibus sanguineus color origine ex mori insitu tracta. Cunctis uero qui fuerunt a sole partes rubent sunt & parua gratia saporis atque etiã acutiora odore siluestria peculiare ꝓbitatis

et acerbitatis conuitiũ & uis tanta ut aciẽ gladii perſtringat. Datis farina utiliſſimis nomen q̃q̃ primis aduentu decerpique properantibus.

EAdem cauſa in pyris taxatur ſuperbiq̃ cognomine: parua hęc ſed ociſſimã. Cunctis autẽ cruſtumia gratiſſima: proxima his phalerna potu: quoniam tanta uis ſucci abundat lactea: hoc uocatur in his quę alii colore nigro donant ſyriq̃. Reliquorũ noĩa aliter in aliis locis appellantur: ſed confeſſis urbis uocabulis auctores ſuos nobilitauere. Decimiana & ex eo tractu quod pſeudo decimanũ uocant. Dobelliana longiſſimi pediculi pomponiana cognomine mãmoſa liceriana ſeuiana & quę ex his nata ſunt tyraniana longitudine pediculi diſtantia fauoniana rubra paulo ſuperbis maiora laterana Anitiana poſt autũnalia a Cidulo ſapore iucunda. Tiberana appellantur quę maxime Tiberio principi placuere colorantur magis ſole grandeſcũtq̃: alioqui cadẽ eſſent quę literianę patriq̃ nomẽ habent. Seriſſima omniũ ameriana picentina minuta Alexandrina numiniana greca. Sunt in his tarẽtina: quę alii a colore teſtacea appellant ſicut onichina purpurea ab odore myrapia laurea. Nardina a tẽpore ordinaria a collo ampulacea & coriolana brutę gentilitates: cucurbitana acidua ſucci. Incerta nominum cauſa eſt barbaricis uenereiſq̃ colorata dicunt regiſq̃ minimo pediculo ſcefilia patricis uocimis uiridibus oblongiſq̃. Prȩterea dixit uolema uirgilius a Catone ſumpta qui & ſementina & muſtea nominat: pars hęc uitę iampridẽ peruenit ad columẽ expertis cuncta hominibus. Quippe cum Virgilius inſitũ nucibus arbutum malis platanum Ceraſis ulmum dicat nec quicq̃ ãplius excogitari poteſt. Nullum certe pomũ nouum diu iam inuenitur: neque omnia inſita miſceri fas eſt: ſicut nec ſpinas iſeri quando fulgura expiari non queũt. Facile quoq̃ genera inſita fuerũt tot fulgura uno ictu pronunciantur turbinatior pyris figura in his ſerotina ad hyemẽ uſq̃ ad matrẽ pendnet gelu maturescẽtia greca ampullacea laurea ſicut in malis amerina ſcandiana. Conduntur uero pyra ut uuę ac totidẽ modis non aliter prȩterq̃ in cadis primę pomis proprietatis pyriſq̃ uini ſimiliter in egris medentia caletia ac uino & aqua coquũtur: atque pulmentarii uicem iplẽt quod nõ alia prȩter Cotonea ac ſtrutea.

INuniuerſum uero de pomis ſeruandis prȩcipitur pomaria in loco frigido ac ſicco cõtabulari ſeptẽtrionalibus feneſtris ſereno die patere auſtro peculiarius arcere. Aquilonis quoq̃ afflatu poma deturpante rugis. Colligi mala poſt equoctiũ autumnale: neq̃ ante xvi. lunam: neq̃ ante primã horam cadiua ſeparari ſtramentis ſoleis paleisue ſubſterni. Rara componi ut limites peruii ſpiritum equalẽ accipiat. Amerina maxime durare: mellimela minime.

COtoneis incluſis ſpiramentũ omne adimendũ aut icoqui melle ea. Immergi uero oportere punica aqua marina feruente indurari: mox triduo ſole ſiccata: ita ne nocturno rore contigantur ſuſpendi: & cum libeat uti: aqua dulci perlui. M. Varro et in doliis barenę ſeruari iubet & immatura obrui terra in ollis fundo effracto: ſed ſpiritu excluſo ac ſurculo pice illito: ſic etiam creſcere amplitudine maiore q̃ poſſint i arbore. Cętera mala foliis ficus prȩterq̃ cadiuis ſingula cõuolui: ciſtiſq̃ uitilibus cõdi uel creta figulorũ illini: pira in uaſis fictilibus picatis inuerſis obrui iter ſerobes. Terentina ſeriſſime legi: auiciana ſeruari & in paſſo. Sorba quoq̃ & ſerobibus gypſato operculo duum pedum terra ſuper intecta in loco aprico inuerſis uaſis & in doliis ut uuas cum ramis ſuſpendi e proximis auctoribus. Quidã altius curam petunt deputarique ſtatim poma ac uites ad hunc uſum prȩcipiunt decreſcente luna poſt horam diei tertiam cęlo ſereno: aut ſiccis uentis ſimiliter deligi: & ex locis ſiccis & ante perfectam maturitatẽ addito: ut luna ſub terram ſit. Vuas cum malleolo ſarmentis duro demptis forfice corruptioribus acinis in dolio picato receti ſuſpẽdi excluſa oĩ

aura:operculo & gypso.Sic & sorba & pyra illitis omium surculis pice dolia procul ab aqui esse.Quidã siccum palmitẽ in ipso condunt capitibus eius uillę ifixis utriq; Alii etiam uina habẽtibus doliis dum ne contigãt ea uuę. Aliqui mala in patinis fictilibus fluitantia quo genere & uina odorẽ acquiri putãt:aliqui omnia hęc in milio seruare malunt:pleriq; uero in scrobe duum pedum altitudinis barena substrata et fictili operculo: deinde terra operto creta.Quidã figulina etiam uuas illiniunt:siccatasque sole suspendunt in usu diluentes creta eandẽ pomis uino subigũt:mala uero generosissima eadẽ ratione crustant gypso uel cera.quę nisi maturuerit ĩcremẽ.o calicẽ rumpunt.Semper autẽ in pediculos collocant ea: alii decerpunt cum surculis eosq; in medullam sambuci addito subruunt ut supra scriptũ est:alii singulis malis pyrisque singula uasa fictilia assignant:& opercula eaꝫ picata dolio itęꝫ includunt necnon aliqui in floceis capsisq; quas luto palleato illiniũt:alii hoc idẽ in patinis fictilibus:aliqui & in scrobe subiecta barena ita sicca operiunt mox terra.Sunt qui cotonea cera põtica illi ita melle demergant.Columella auctor est in puteos cisternas ue in fictilibus uasis pice diligẽti cura illitis mergi Liguria maritima alpibus ꝓxia uuas sole siccatas iunci fascis inuoluit:cadisq; conditas gypso includit:hoc idem gręci platani foliis:aut uitis ipsius aut fici uno die in umbra siccatis atq; in Cado uinaceis interpositis:quo genere coba uua & berithia seruant̃:nullius suauitati post ferẽdę Quidam ut has faciãt in cinere lixiuio tingũt:protinus q̃ detraxere uitibus.mox in sole siccant cum foliis ut supra dictum est:inuolutasq; uinaceis stipant.Sũt qui malunt uuas in scrobe sarmentisue abiectis populi traxini seruare. Sunt qui suspendi procul malis protinusq; in granariis iubent:quoiam optime sic experimẽto puluis pensibus contra uespas remedio est oleo aspergi ut de palmis diximus.

EX Reliquo genere pomoꝫ ficus ãplissima est:quędam quę & pyris magnitudine emula.De egyptię cyprięq; miraculis retulimus ĩter externas.Iudea rubus oliuę magnitudine rotũdiore tantũ sapore mespili.Alexandrinã hanc ibi uocant crassitudine cubitali ramosam materia uaridã lentã sine lacte:cortice uiridi:folio tilię:sed molli Onęsicritus tradit in hyrcania multo nostris esse dulciores fertilioresq; utq; modios cclxx.singulę ferant:Ad nos ex aliis transiere gentibus calchidicę:quaꝫ plura genera siquidẽ & lydię quę sunt purpureę & manulauę similitudinẽ eaꝫ habent & callistrutię partim sapore prestantiores & ficoꝫ omnium frigidissimę.Nam de Africanis quas multi prę ferũt cunctis magna questio est cum id genus in Africã nuprię transierit:patrię nomẽ obtinẽt.Nam Alexandrię enixiores candicans terrina cognomine delicata nigra & rhodia est & tiburtina de prękocibus. Sunt & auctoꝫ nomia his liuię pompeię siccatę hę solę in annuos usus aptissime cũm mariscis & quas barundinũ folii macula uariat.Est & herculanea & albicerata & aratia alba pediculo minimo latissima.Primo autẽ prouenit porphiritis longissimo pediculo.Comitatur eam minimis & utilissimis populis dicta.Contra nouissima sub hyeme maturatur celidonia.Sunt prętera serotinę & prękoces biferę alba ac nigra cũ messe uĩdemiaq; maturescentes.Serotinę & a corio appellatę duę ex calchidicis quarũmdam trifero prouẽtu.Tarenti tamen prędulces nascunt̃ quas uocant onas.Cato de serendis ficis ita memorat Ficos mariscas in loco Cretoso aut aperto serito. In loco autẽ crassiore aut stercorato Affricanas aut herculaneas sacontias hybernas telionas atras pediculo longo posteaue subire nomina atq; genera:ut uel hoc solum ex timantibus appeat mutatam esse uitam.Sunt & hybernę quibusdã prouinciis sicut in essie:sed arte:nõ natura.Paruaꝫ genus arboꝫ post autũnum fimo contegunt.Depressasq; in his hyeme grossosq; mitiore Cęlo refossę cum arbore atq; in lucẽ renuisse nouos soles aliosq; quã quibus uixere auidę tanq̃ itęꝫ natę accipiunt & cum ueniẽtiũ flore maturescũt alieno prękoces anno in tractu etiam gelidissimo:sed a Catone appellata iam tantũ

africana admouemur & africę ad ingens decumētum uſo eo pomo. Nanq; pnicali odio carthaginis inflagrans nepotūq; ſecuritatis anxius cum clamaret omni ſenatui Carthaginē delendā attulit quodā die in curiam prēcocē ex ea prouincia ficum oſtendenſq; patribus. Interrogo uos inquit quando hoc pomū demptū putatis ex arbore cum inter omnes recens eſſe conſtaret. Atqui tertium ante diem ſcitote decerptum Carthagine tam prope a muris habemus hoſtē. Statiq; ſumptū eſt tertiū punicum bellum quo Carthago deleta eſt q̄q̄ Catone anno ſequēte rapto. Quid primū in eo miremur curam ingenii: an occaſionē fortuitā celeritatēq; curſus: an uehemētiam uiri. Super omnia eſt quod nihil equidē duco mirabilius tantam illam urbē & de terrarū orbe per cxx. annos emulam unius pomi argumēto euerſam quod nō trebiæ aut tranſimenus non Canne buſto inſignes Romani nominis perficere potuere. Non caſtra punica ad tertium lapidē uallata porteq; collinę adequitans ipſe hānibal tanto propius carthagie pomo Cato admonuit. Colit̄ ficus arbor in foro ipſo ac comitio Romę nata ſacra fulgoribus ibi conditis: magiſq; ob memoriam eius quę nutrix fuit Romuli ac Remi conditoris appellata: quoniam ſub ea inuēta eſt lupa infantibus prębens rumē ita uocabant māmam miraculo exere iuxta dicato tanq̄ in comitium ſpōte tranſiſſet adacto nauigio illico areſcit: rurſuſq; cura ſacerdotū ſerit̄. Fuit et āte Saturni ędē urbis anno cc. ſublata ſacro a ueſtalibus facto cum ſiluani ſimulacrum ſubuerterent. Eadē autē fortuito ſaltu uiuit in medio foro quaſi dentia imperii fundamenta oſtēto fatali curtius maximis bonis hoc eſt uirtute ac pietate ac morte prę clara expleuerat. Aeq; fortuita eodem loco eſt uitis atque olea umbrę gratia ſed utilitate plebeia ſatę ara inde ſublata gladiatorio munere diui Iulii qui nouiſſime pugnauit in foro. Admirabilis eſt pomi huiuſce feſtinatio unius in cunctis ad maturitatē properantis arte naturę.

Caprificus uocatur a ſilueſtri genere ficus nūq̄ maturescens: ſed quod ipſa nō habet aliis tribuens: quoniam eſt naturalis cauſarū transitus atq; ut e putrescētibus id generatū aliquid ergo culices parui fraudati alimēto in matre pueri eius tabe & cognati aduolant morſuq; ficorū crebro: hoc eſt auidiore paſtu aperiētes ora earū atq; ita penetratis intus ut ſolē primo ſecū inducunt cerealeſq; auras imitāt floribus ex apertis: mox lacteum humorē: hoc eſt infantiam pomi aſſumūt: quod fit & ſpōte ideoq; caprificus ficetis permittitur ad rationē uenti ut flatus euolantes in ficos ferat. Inde repertū ut illatę quoq; aliunde & iter ſe colligate ficerēt̄ fico quod in macro ſolo & aquilonio ſitu non deſideratur quoniam ſponte arescunt locis ſitu rimiſque eadē culicū opere cauſa perficit: nec ubi multus puluis quod euenit maxime frequēti uia appoſita. Nanq; & pulueri uis ſiccandi ſucumque lactis abſorbendi quę ratio pulueri ex caprificatione: hoc quoq; prēſtat ut decidāt aſſumpto humore tenero et cum quadā fragilitate ponderoſo ficis mollis omnibus tactus maturis frumēta intus ſucus maturescētibus lactis percoctis mellis. Senescunt in arbore anuſq; diſtillāt cum nimiū lachryma ſiccatur bonos laudatas ſeruat in capſis. Seboſo inſula prēſtantiſſimas ampliſſimaſq;: mox in marucinis haud ubi copia abundant. Implent̄ arce in aſia cadi in ruſpina Africę urbe panis ſimul & obſonii uicē ſiccatę iplent̄ utpote cum Cato cibaria ruris operariis iuſta ceu lege ſanciens minui iubeat perfici maturitate cū recēti fico aliis uice caſei nuper excogitatū eſt. Ex hoc genere ſunt ut diximus caſtanęę & caricę quęq; conſcendēti nauim aduerſus parthos omen fecere. M. craſſo uenales prędicantis uoce cauneę. Omnia hęc in arbeſenis e ſyria intulit L. Vitellius qui poſtea cenſor fuit cum legatus in ea prouincia eſſ & nouiſſimis Tiberii Cęſaris tēporibus.

Malorū pirorūque generi annumerantur iure meſpila atq; ſorba. Meſpilis tria genera anthedon: ſedania: tertiū degenerat. Anthedoni tamē ſimillimus quod gallicum uocant. Setanie maius pomum candidiuſq; acini molliore ligno cęteris

minus pomum ſed odore pręſtantius & quod diutius ſeruetur. Arbor ipſa de am-
pliſſimis folia anteq̃ decidant rubeſcunt radices multę atq; altę & ideo extirpabiles
Non fuit hęc arbor in Italia Catonis ęuo.

Orbis quadruplex differentia. Alius enim eorum rotũditas mali: alius turbunatio
piri: alius ouata ſpecies ceu malorum: aliquibus hęc obnoxia acri odore & ſuauita-
te iucũda pręcellũt cęteris. Vini ſapor generoſiſſima quibus circa pediculos tenera
folia. Quartum genus torminale appellant remedio tantũ probabile aſſiduũ prouẽ-
tu minimũq; pomo arbore diſſimile foliis plene platani. Non ferunt ante trimatũ
ex ullo genere Cato & ſorba condi ſapa tradit.

AB his locum amplitudine uendicauerũt quę ceſſere auctoritati nuces iuglãdes
q̃q̃ & ipſę nuptialium feſceninorum comites multo pineis minores uniuerſitate cadẽ
que portione ampliores nucleo necnon & honor his naturę peculiaris gemino p-
tectis operimẽto puluinati primũ calicis: mox lignei putaminis: quę cauſa eas nu-
ptiis fecit religioſas tot modis fetu munito: quod eſt ueriſimilius q̃ quia cadendo
tripudium ſonũ ue faciũt. Et has e perſide regibus tranſlatas indicio ſunt gręca no-
mina. Optimũ quippe genus earum perſicum & quod Baſilicon uocant & hęc fuere
prima nomina Cariona capitis grauedine propter odoris grauitatẽ cõuenit dictum
Tingunt & cortice earum lanę & ruffatur capillis primũ prodeuntibus nucleis id cõ-
pertũ infectis tractatu manibus pinguefcũt uetuſtate ſola differentia generum in pu-
tamine duro fragili ue & tenui aut craſſo loculoſo aut ſimplici. Solum hoc pomum
natura cõpactili operimẽto clauſit: nanq; ſunt bifida putamine Carine nucleorũque
alius quadripartita diſtinctio lignea intercurſante mẽbrana. Cęteris quicquid eſt ſo-
lidum eſt ut in auellanis & ipſo nucũ genere quas antea abellinas patrio nomine ap
pellabant. In Aſiam gręciamq; e ponto uenere & ideo ponticę nuces uocantur: has
quoq; mollis protegit barba: ſed putamini nucleiſq; ſolida rotũditas inest: hę & tor-
rentur. Vmbilicus illis in uentre medio. Tertia his natura amigdalis tenuiore: ſed ſi
mili iuglandium ſummo operimẽto. Itẽ ſecundi putaminis nucleus diſſimilis lati-
tudine & acriore callo: hęc arbor an fuerit in Italia Catonis ętate dubitat quoniã grę-
cas nominat quas quidam & iuglandiũ genere ſeruant. Adiicit pręterea auellanas et
galbas prenęſtinas quas maxiẽ laudat & conditas ollis in terra ſeruari uirides tradit
Nunc thaſię & albentes cęlebrantur & tarentinarum duo genera fragili putamine ac
durę quę ſunt ampliſſimę ac minime rotũdę. pręterea molluſcę putamẽ rumpentes
Sunt qui honori nomẽ interpręterant & iouis glandẽ eſſe dicunt. Nuper Conſulare
uirum audiui biferas & iuglandes nuces ſe habere profitẽtem. De piſcacis & ipſi retu-
limus: et hoc autẽ idẽ Vitellius in italiam primus intulit eodẽ tempore: ſimulque
in hiſpaniam Flaccus Põperius eques Ro. qui cũ eo militabat.

NVces uocamus & caſtaneas q̃q̃ accõmodatiores glandiũ generi. Armatum his
echinnato calice uallum quod incohatum glandibus mirũq; uiliſſima eſſe quę tanta
occultauerit cura natura Trini quibuſdã partus ex uno calice cortexq; lentus proxia
uero corpori mẽbrana & in his. & in nucibus ſapoẽ ni detrahat infeſtat torrere has
in cibis gratius modo latũ & pręſtanti ieiunio fęminarum quãdam imaginem panis
Sardibus hę prouenere primũ: ideo apud grękos ſardianoſq; balanos appellãt Nam
diuus Tiberius poſtea balanũ ipoſuit excęllentioribus ſtatu fęminis. Nũc plura ea-
genera tarentinę faciles nec operoſo cibo plane figura rotũdiorq; balanitis uocatur
purgabilis maxime & ſponte proſiliens. Plura plana eſſe ſaleriana Tarentina minus
tractabilis laudatior corellana & ex ea facta quod dicemus inſitis modo & barena
q̃ rubens cortex pręfert triangulis & popularibus nigris quę coctiue uocant. Prima
laudatiſsimis tarentum & in Campania neapolis. Cęterę ſuum pabulo gignuntur

ſcrupuloſq; corticis intra nucleos quoq; ruminatione.

HAud procul abeſſe uideant̃ & prędulces ſiliquę niſi quod in his ipſe mandit̃ cortex. Digytoꝝ hominis longitudo illis & interim falcata pollicari latitudine. Glãdes inter poma numerari non poſſunt q̃ ob rem in ſua natura dicent̃. Reliqua carnoſi ſunt generis eaq; baccis atq; carnibus diſtant: alia acinis caro: alia moris: alia uuedonibus & alia acinis iter cutẽ ſuccũq;: alia maxis: alia baccis & oliuis. Moris ſuccus in carne uinoſus trini colores: candidus primo: mox rubens maturis niger: in nouiſſimis florent. Inter prima matureſcũt tigũtq; manus: ſucco matura luunt: acerba minimũ. In hac arbore ingenia profecere: nec nominibus: nec iſitis: nec alio modo q̃ Pompeii magnitudine. Differũt in ora boſtienſi & Tuſculana Ro. naſcunt̃ & in rubis multũ differente callo: aliud corpus & terreſtribus fragis: aliud & congeneri eoꝝ uueboni quod ſolum pomum ſimile frutici terręq; gignit̃. Arbor ipſa fruticoſa fructus anno matureſcit: pariterq; floret ſubnaſcens & prior coquit̃. Mas fit an femina ſterilis inter auctores non conſtat. Pomũ in bonoꝝ ut cui nomẽ ex argumẽto fit. Vnũ tantũ edendi: duobus tamen hoc nominibus appellant gręci comaron et myrnechilon: quo apparet totidẽ eſſe genera: & apud nos alio nomine arbutus uocatur. Iuba auctor eſt quinquagenũ cubitoꝝ altitudine in arabia eſſe eas. Acinorum quoque magna eſt differẽtia. Primus inter uuas ipſas callo teneritate craſſitudiẽ interiore ligno aliis paruo & aliis etiam gemino qui minime feraces muſti. Plurimũ uero differunt bederę ſabuciq; acini ex figura etiam punici anguloſi quippe ſoli nec cutis ulla ſingulis prętер Cõmunẽ quę eſt candida totiſq; ſuccus & caro eſt his pręcipue quibus paruulũ ineſt ligni. Magna et baccis differentia: alia nãque ſunt oliuis lauris et alio modo lotho: cornis: myrtis: lentiſco. Aquifolio enĩ aut ſpinę ſine ſucco medioq; etiam num genere inter baccas acinoſq; ceraſis pomũ his primo candidum et fere omnibus baccis: mox aliis uireſcet ut oliuę: lauro: rubet uero moris ceraſis cornis: dein nigreſcit moris ceraſis oliuis.

CEraſi ante uictoriam mitridaticam L. luculli nõ fuere in Italia. At urbis anno de. lxxx. Is primũ uexit e ponto anniſq; cxx. trans oceanũ in britaniam uſq; peruenere. Eadẽ ut diximus in ęgypto nulla cura potuere gigni. Ceraſorum apronianą maxime rubent: nigerrima ſunt ut actia. Ceciliana uero et rotũda uinianis gratus ſapor ſed penę tantũ ſub arbore ſua adeo tenens ut geſtatũ non tollerẽt. Principatus duracinis quę primiana cãpania appellat. In belgica uero luſitanis. In ripis etiã rheni tertius his colos e nigro ac rubenti uiridiq; ſimul matureſcentibus ſemper minus q̃ quinquẽnium eſt quod prodiere quę uocant laurea non ingratę amaritudinis iſitę in lauro. Sunt & macedonica paruę arboris raroq; tria cubita excedentes et minore etiam num frutice chamecerasi. Inter prima hoc e pomis Colono gratiã annuã refert ſeptẽtrione frigidiſq; gaudet: ſiccat̃ etiã ſole conditurq; ut oliua cadis.

QVę cura et cornis atq; etiam lentiſco adhibet̃ ne quid non hominis uẽtri natũ eſſe uideatur. Miſcent̃ ſapores et alio alius placere cogitur. Miſcent̃ uero e terrę cęlique tractu. In alio cibi genere India aduocatur: in alio ęgyptus creta ſyrenę ſingulęq; terrę: nec ceſſat in ueneficiis uita dummodo et omnia deuoret. Planius hoc fit et in herbarum natura.

INterim quę ſunt cõmunia et pomis omnibuſq; ſucis ſapoꝝ genera xiii. reperiuntur: dulcis: ſuauis: pinguis: amarus: auſterus: acer acutus: acerbus: acidus: ſalſus. Prętер hęc tria ſunt genera mirabili maxime natura. Vnum in quo plures piter ſentiuntur ſapores ut uinis. Nanq; in his et auſterus et acutus et dulcis et ſuauis omnes alieni. Alterũ eſt genus in quo ſit et alienus quidẽ: ſed et ſuus ac peculiaris ut in lacte. Siquidem ineſt ei quod tamen iure dici pingue et dulce et ſuaue poſſit

obtinēte lenitate: quę ipsa succedit in saporis uicem. Nullus hic aquis ue succus ut tamē eo ipso fiat aliquis ac suum genus faciant. Sentiri quidē aquę saporē nullum succūue uitium est magnum: his omnibus in odore momētum & magna cognatio qui & ipse nullus est aquis aut si sentit omnino uitium est. Mix tria prēcipua natu rę elemēta sine sapore esse sine succo & sine odore: aquam: aera: ignis.

FRgo succoꝝ uinosi pyro moro: myrto. quod non miremur uuis pingues oli uę lauro: nuci iuglādi. Amarus amigdalis dulcis uinis ficis palmis: aquosis prunis magna differentia est in colore succi: sanguineus moris: cerasis: cornis: uuis nigris Idem albis candidus lacteus in caprificis in corpore nō. Itē spumeus malis nullus persicis cum prēsertim duracina succo abundent sed quis eius ullum dixerit colorē Sua & in odore miracula malis acutus persicis dilutus dulcibus nullus. Nam si et uinū tale sine odore tenue odoratius multoq; celerius talia ad usum ueniunt q̄ pin guia quę odorata non eadē in gustu tenera: quia sunt pariter odor & sapor quāobrē Citreis odor acerrimus: sapor asperrimus qui tenuis & cotoneis: nullusq; odor ficis Et hactenus sint species ac genera pomoꝝ. Naturas artius colligi par est: alia siliqs gignunt ipsis dulcibus semenq; complexis amaꝝ cum in pluribus semina placeant: in siliqua damnent: alia baccis quaꝝ intus lignū & extra Caro ut oliuis cerasis. Aliquarum intus baccę foris lignū: ut his quę in ęgypto diximus gigni quę baccis natura eadē & pomis: aliorꝝ ītus corpus & foris lignū ut nucū: alius foris corpus. Intus lignum ut persicis & prunis uitiumq; cinctū fructu: cum fructus alibi muniatur uitio putamine claudunt nuces: corio castaneę. Detrahitur hoc his: at in mespilis manditur. Crusta tegunt glandes. Cute uuę. Corio & mēbrana. Punica carne & succo mora. Constant cute & succo cerasa. Quędā statim a ligno recedūt ut nuces & palmę: quędā adhęrēt ut oliuę lauruſq;. Quorūdā generi utraq; est natura ut in persicis Eteni duracinis adhęret. Corpus e ligno auelli nequit cum in cęteris facile separetur quibusdā nec ītus nec extra lignū ut in palmaꝝ genere: aliquoꝝ lignū ipsum in usu ut pomi uice ut genera mydis quam in ęgypto diximus gigni: quoꝝ extra gemina geminatur uicia ut in castaneis amigdalis nucibusque iuglandibus. Quorūdā natura trigemina corpus est: deinde lignū: rursusque semē in ligno ut persicis: quędam inter se densa ut uuę sorba: quę ramos circūdata ex omni parte uuaꝝ modo degenerant: alia rara ut in persicis quedā aluo continent ut granata. Depēdent alia pediculis & racemis ut hederę sambuci: alia ramo adherēt ut in lauro: quędam utroq; ut oliuę. Nam & breues pediculi & longi quędā uasculis constant ut punica & mespilia lotbosq; in ęgypto & euphrate. Iam uero diuersa gratia & cōmendatio carne palmę placēt crusta thebaicę succo uuę & cariotę callo pyra ac mala corpore mala mora cartilagine nuclei grano. Quędā in ęgypto cute carice detrahit. Hęc ficis uirentibus ut putamē eisdē quę in siccis maxiē placet. In papyriis & ferulis spina alba caulis ipse pomū est. Sunt & ficulneę caules in fruticoso genere cum caule capparis. In siliquis uero quod manditur quid nisi lignū est. Non omittēda seminis eorum proprietas Nam neque corpus nec lignum nec cartilago dici potest neque aliud nomē iuenier

SVccoꝝ natura prēcipuam admirationē in myrto habet quando ex una onium olei uiniq; bina genera fūt. Itē myrtidanū ut diximus & alius usus baccę fuit apud antiquos anteq̄ piper reperiret libe obtinens uicē. Quodā est generosi obsonii noīe inde tracto quod etiam nunc myrtā uocatur eadēq; origine apioꝝ sapor cōmendat plerūque ad intinctus additis myrtis. Arbor ipsa in europa citeriore cęloque a ceraunis montibus incipit primū cęltei melpenoris tumulo uisa traditur grēcūque ei nomē remanet quo peregrinā esse apparet fuit ibi nunc Roma est: iam cum cōderet

quippe ita traditur myrtea uerbena. Romanos Sabinosq; cũ propter raptas uirgines dimicare uoluissent depositis armis pacificaturos in eo loco qui nũc signa ueneris cluacine habet Cluere enim antiqui pugnare dicebant: & in ea quoq; arbore suffimẽti genus habetur ideo tum electa: quoniam cõiunctioni & huic arbori uenus præest haud scio an prima etiam omniũ in locis publicis Romę sata sit fatidico quidem et memorabili augurio. Inter antiquissima nãque delubra habet Quirini hoc est ipsius Romuli. In eo sacre fuere myrti duę ante ipsam ędẽ propter longũ tempus altera patricia appellata: altera plebeia: patricia multis annis pręualuit flauescẽte plebeia exuberans ac leta q̃ diu Senatus quoq; floruit illa ingens plebeia torrida ac squallida quę postq̃ euiruit flauescẽte patricia marsico bello languida auctoritas patrũ facta est ac paulatim in sterilitatẽ emarcuit maiestas. Quin & ara uetus fuit ueneri myrteę quam nunc myrteam uocant. Cato tria genera myrti prodidit: nigrã: candidã: cõiugalẽ cum in galeam fortassis a cõiugis & illo duciane genere. Nunc & alia distinctio satiuę aut siluestris & in utraq; lata folia in siluestri propria oximyrsine. Satiuarum genera topiarii faciũt tarẽtinã folio minuto. Nostratem patulo ex Africa desissimo senis foliorũ uersibus: hęc non est in usu ramosa ut quę in alia. Coniugalẽ existimo nunc nostratẽ dici. Myrtus odoratissima in ęgypto Cato docuit uinũ fieri e nigra sic cata usq; in ariditatẽ in umbra atq; ita mulso indita si non siccẽtur hace oleum gigni postea cõpertũ ex alba uinũ fieri album duobus sextariis myrti tunsę in uini tribus eminis maceratę expressęq; folia & per se siccant in farinã ad ulceꝛa remedia in corpe humano leniter mordaci puluere ac refrigerãdis sudoribus. Quinimo oleo quoq; mirum dictu inest quidã uini sapor simulq; pinguis liquor prącipua ui ad corrigenda uina saccis ante perfusis. Retinet quippe tęcẽ: nec prąter purum liquorẽ ptrãsire patitur: datq; se comitẽ prącipua cõmendatione liquatũ. Virgę quoque eius gestatę modo uiatori prosunt in lõgo itinere pediti. Quin & uirgę annuli expertes terri inguinũ uel tumori medent. Bellicis quoq; se rebus inseruit triũphansq; de sabinis postumis libertus in Consulatu qui primus oium ouans ingręssus urbẽ est: quoniã rem leniter sine cruore gesserat. myrto ueneris uictricis coronatus incessit optabilẽque arborẽ etiam hostibus fecit. Hęc postea ouantiũ fuit corona: excępto M. Crasso qui de fugitiuis & spertbaco laurea coronatus incessit. Massurius auctor est Curruquoq; triumphantes myrtea corona usos. L. piso tradit papyriũ masonẽ qui primus in monte albano triũphauit decorsis myrto Coronatũ ludos circenses spectare solitũ. Auus maternus Africani sequẽtis hic fuit M. Valerius duabus coronis utebat Laurea & myrtea qui & hoc nouerat.

LAurus triũphis proprie dicat uel gratissima domibus ianitrix Cęsaꝛ pontificũque sola & domos exornat & ante limina excubat. Duo eius genera tradidit Cato delphicã & cypriam. Pompeius leneus adiecit quam mustacẽ appellauit quoniam mustaceis subiceret hanc esse folio maximo tlacidoq; & albicante: delphicam ęquali dolore uiridiorẽ maximis baccis atq; e uiridi rubentibus uictores delphis coronari & triũphantes Romę. Cypriam esse folio breui nigro per margines ũbricato Crispam & postea accessere genera eius hanc siluestrẽ laurũ aliqui intelligũt nõ nulli sui generis arborẽ differt colore. Est enim cerulea bacca. Accessit & regia quę ępit augusta appellari amplissima & arbore & folio: aliqui negãt eandẽ esse & suũ genus regię faciunt baccis gustatu quoq; non asperis longioribus foliis latioribusq;: idem in alio genere bactaliã appellant hanc quę uulgatissimã est baccarũq; fertilissima: Sterilem uero eaꝛ quod maxime miror triũphalẽ eaque dicunt triũphantes uti nisi ad diuo Augusto ępit ut docebimus ex ea lauro quę ei missa e ęclo est minima altitudine folio crispo breuiq; quę inuenitur rara. Accedit in topiario opere taxa excrescẽte in medio folio paruula ueluti lacinia foliis & sine ea spadonina mira opacitatis pacietia. Itaq; quanta libeat sub umbra solũ implet. Est et camela pene siluestris frutex

et Alexandrina quam aliqui bideam: aliqui hippoglotiam: alii danaē: alii carpophilō alii hipelatō uocint. Ramos spargit a radice drodrantales coronarii operis folio acutiore q̃ myrtis molliore & candidiore maiore semine inter folia rubro pluriā in idia et circa heracleam ponti nec nisi in montuosis id quoq; quondam noides uocatur genus in nominū ambitu est: alii enim pelasgū: alii euthalon: alii stepanō alexandri uocant & hic frutex est ramosus crassiore ac molliore q̃ laurus folio cuius gustatu accendat baccis e nigro ruffis. Notatū antiquis genus lauri nullū fuisse: quod nunc satum & ubi prouenit ipsa pacifera: ut q̃ pretendi etiam inter armatos hostis quietis fit indiciū. Romanis pręcipue leticię uictoriarūq; nuntia. Additur litteris & militū lanceis pilisq; fasces iperatoꝝ decorat ex his in gremio Iouis optimi maximiq; deponitur quotiens lęticiam noua uictoria attulit. Idq; nō quia perpetuo uiret: nec quia pacifera est pręferenda myrto & oleę: sed quia spectatissimas in monte parnaso: ideoque etiam grata apollini assuetis eo dona mittere iam & regibus Ro. teste L. Bruto fortassis etiam in argumētum: quoniam ibi libertatē publicā is meruisset: lauriferam telluré illam osculatus ex responso & quod maius fataꝝ receptaꝝque in domos fulmine sola non iacitur. Ob has causas ęquidē credideri honoré eis habitū in triūphis potius q̃ quod suffimētum sit ędis hostiū & purgatio tradit Massurius: adeoque in prophanis usibus pollui laurū & oleam fas non est: ut ne propiciandis qdē numinibus accendi ex his altaria arę ue debeant. Laurus quidem manifeste abdicat ignes crepitu: & quadā detestatione interaneoꝝ etiam uitia & neruoꝝ ligno torquēte Tiberium principē tonante ęclo coronari ea solitum ferūt contra fulminū metus Sed & circa diuum Augustū euēta eius digna memoratu. Nanq; liuię drusillę quę postea augusta matrimonii nomē accepit cum pacta esset illi. Cęsari gallinam cōspicui candoris sedenti Aquila ex alto abiecit in gremiū illesam intrepideq; miranti accessit miraculū: quoniam tenēte rostro laureū ramū onustū suis baccis conseruari alitē & sobolē iussere aruspices: ramūq; ei seri ac rite custodiri quod factū est in uilla Cęsaꝝ fluuio tiberi iposita iuxta nouum lapidē flamia uia que ob id uocat ad gallinas mireq; silua prouenit: ex ea triūphans postea Cęsar laurū in manu tenuit: coronamq; capite gessit: ac deide Cęsares iperatores cūcti: traditus mos est ramos quos tenuerunt seredi & durant siluę nominibus suis discrete fortassis: ideo mutatis triūphalibus unius arboꝝ latina lingua nomē iponitur uiris unius folia distinguuntur appellatione lauream enim uocamus: durat & in urbe ipositū loco quod lauretum in Auentino uocatur ubi silua lauri fuit. Eadēq; purificationibus adhibet: testatūq; sit obiter & ramo eam seri: quoniā dubitauere Democritus atq; Theophrastus: nūc dicemus siluestrium naturas.

DOMIFERAE ARBORES QVAEQVE MIttioribus succis uoluptatē primę cibis attulerūt & necessario alimento delicias miscere docuerūt: siue illę ultro siue ab homine didicere blandos sapores adoptione et connubio. Idq; minus etiam feris uoluerbus dedimus Intra prędictas constant: proximum erat narrare glādiferas quoque quę primę uictum mortalium aluerunt nutrices inopis ac fere fortis ni peruerti cogeret admiratio usu comperta quęnam qualis esset uita sine arbore ulla sine frutice uiuentium.

DIximus & in oriente quidē iuxta oceanum cōplures ea in necessitate gētes. Sūt

uero et in ſeptẽtrione uiſę nobis caucoꝝ qui maiores minoreſq; appellant uaſto ibi meatu dieꝝ noctiũque ſingulaꝝ interuallis effuſus immenſum agitur oceanus ęterna operiens reꝝ naturę controuerſia: dubiumq; terrę ſit an pars maris. Illic miſera gens tumulos obtinet altos aut tribunalia extructa manibus ad expimneta altiſſimi ęſtus caſis ita cõpoſitis nauigantibus ſimiles cum integant aquę circundatę: naufragiis uero cum receſſerint fugienteſq; cum mari piſces circa tiguria uenant. Nõ pecudes hos habere: nõ lacte ali ut finitimis: ne cum feris quidẽ dimicare contigat: oi procul abacto frutice ulua & paluſtri iunco funes uectũ ad prętexẽda piſcibus retia: captũq; manibus lutum uentis magiſquã ſole ſiccantes terra cibo & rigẽtia ſeptẽtrione uiſcera ſua urũt potus non niſi ex imbre ſeruato ſcrobibus in ueſtibulo domus et hęc certe ſi uincant odio a po. Ro. ſeruire ſe dicunt. Ita eſt profecto multis fortuna parcit in pęnã: aliud e ſiluis miraculũ totam reliquã germaniam replẽt: adduntq; frigori umbras: altiſſime tamen haud procul ſupradictis caueis circa duos pręcipue lacus littora ipſa obtinẽt quercus maxima auiditate naſcẽdi ſuffoſęq; fluctibus aut propulſę flatibus uaſtas cõplexu radicũ ſecum auferũt & ita libratę ſtantes nauigãt igentiũ ramoꝝ armamentis ſępę territis claſſibus noſtris cum uelut iduſtria fluctibus agerentur in prora ſtantium noctu iopeſq; remedii. Illi pręliũ nauale aduerſus arbores iniret.

IN eadẽ ſeptẽtrionali plaga hyrcanię ſiluę roboꝝ uaſtitas intacta & congenito mundo prope immortali ſorte miracula excedit ut alia comitantur fide caritura. Conſtat attolli colles occurſantiũ inter ſe radicũ repercuſſu aut ubi ſecuta tellus non ſit arcus ad ramos uſq; & ipſos inter ſe rixantes curuari portaꝝ patẽtiũ modo ut turmas equitũ tranſmittant.

¶ Landiferi quidẽ generis oẽs quibus bonos apud Ro. perpetuus.

HInc ciuicę coronę militũ uirtutis inſigne clariſſimũ. Iam pridẽ uero & clemẽtię Imperatoꝝ poſtq̃ ciuilium belloꝝ propbanũ meritũ cępit uideri ciuẽ non cecidere. Cędũt bis murales uallareſq; & aureę q̃q̃ pręcio antecedẽtes: cedũt & roſtratę q̃uis in duobus maxime ad hoc cui celebres M. Varrone e pirrbaticis bellis dante magno pompeio. Itemq; M. Agrippa tribuẽte Cęſare e ſiculis quę & ipſa pyrrbatica fuere antea roſtra nauium tribunali prięfixa fori decus erant: ueluti rei pu. ipſa corona impoſita. Poſtq̃ uero tribunitiis ſeditionibus calcari ac pollui cępere poſtquã uires ex publico in priuatum magis ſinguliſq; ciuiũ queri: et ſacroſancta oia ppha na facere tum a pedibus eoꝝ ſubire in capita ciuiũ roſtra. Dedit hanc Auguſtus coronam Agrippę: ſed Ciuicã a genere humano accepit ipſe: Antiquitus quidẽ nulla niſi deo dabat: ob id homerus cęlo tãtũ eas & pręlio uniuerſo tribuit uiritim uerone in certamine quidẽ ulli: feruntq; primũ omniũ liberum patrẽ impoſuiſſe capiti ſuo ex hedera: poſtea deoꝝ honori ſacrificantes ſumpſere uictimis ſimul coronatis Nouiſſime & in ſacris certaminibus uſurpatę: in quibus hodieq; uictori datur ſed patriam ab eo coronã pronũciat. Inde natum ut triũphaturis conferent in templis dicandę mox & ut ludis darent longũ eſt nec inſtituti operis diſſerere quis q̃q̃ Romanoꝝ primus acceperit: neq; enim alias nouerant q̃ bellicas quod certum eſt. Vni gentium huic plura ſunt genera q̃ cunctis. Romulus frondea coronauit hos cũ hoſtilium quod fidenam primus irrupiſſet. Auus hic Tulli hoſtilii regis fuit P. detiũ patrẽ tribu. militum frondea donauit exercitus ab eo ſeruatus Imperatore Cornelio coſſo conſule ſannitum bello. Ciuica iligna primo fuit poſtea magis placuit ex ęſculo. Iouis ara uariatumq; et cum quercu eſt ac data ubiq; quę fuerat cuſtodito tantum honore glandis additę leges arctę & ideo ſuperbę: quaſq; conferre libeat cum illa grę coꝝ ſumma quę ſub ipſo ioue datur: quiq; muros patrię gaudẽs rumpit ſeruare ciuẽ q̃ hoſtẽ cecidere ut eum locum i quo ſit acceptum obtineat hoſtis eo die ut ſeruatus

fateatur. Alias testes nihil prosunt ut ciues fuerint auxilio q̃uis rege seruato decus non dant. Nec crescit bonos idē imperatore conseruato quoniam conditores in quo cunq; Ciuē summum esse uoluere accepta licet uti perpetuo ludos meanti semper assurgi etiam ab Senatu in more est sedēdi uis in proximo Senatui uacatio nūcium omnium ipsi patriq; & auo paterno xiiii.eas accepit. Siccius dentatus ut retulimus suo loco vi.capitolinus is quidē & de duce Seruilio africanus de patre accipere nolu it apud Trebiam: o mores ęternos qui tanta opera honore solo donauerint: & cum reliquas coronas auro cōmendarent salutē ciuis bis in pręcio esse noluerūt clara pro fessione seruari quidem hominem fas esse lucri causa

GLande opes nunc quoq; multaq; gentiū constant: necnon & inopia frugū are fictis emolitē farina: spissaturq; in panis usum. Quia & hodieq; per hispanias secun dis mēsis glans infertur dulcior eadē in cinere tosta. Cautū est prętera lege xii.ta. ut glandē in alienum fundū procidētē liceret colligere. Genera eaq; multa distāt fructu situ: sexu: sapore. Nanq; alia fage glandi figura: alia querne: & alia ilignę. Atq; inter se quoq; generq; singulorq; differētię. Prętera sunt aliquę siluestres: aliq placidiores quę culta obtinēt iam in montuosis planisq; distant sicut & sexu mares ac fęminę. Itē sopore dulcissima ōium fagi ut qui obsessos boines esse duras se in oppido cbio tradat Cornelius Alexander. Genera distinguere non datur nomibus quę sunt alia alibi. Quippe cum robur quercūque uulgo nasci uideamus. Aesculum non ubique Quartum uero generis eiusdē: quę uocat̃: ne Italię quidē maiori ex parte notam esse distinguimus: ergo proprietate naturaq; & ubi res cogit etiā gręcis noibus utendū.

FAgi glans nucleis similis triangula cute icluditur foliū tenue atq; leuissimū populo simile flauescens & media parte plerūq; gignens superne paruulā baccam uiridē acumine aculeatam fagium muribus gratissimū esse: et ideo animalis huius una prouentus: glires quoq; saginat expetitur & a turdis arborq; fertilitas omnium fere alternat: sed maxime fagi glandē: quę proprie itelligitur ferunt robur: quercus: ęsculus: cerrus: ilex: suber continētur hispido calice per genera plus minus ue com plectēte folia prętер ilicē grauia carnosa procera sinuosa lateribus: nec dū cadunt fla uescētia ut fagi pro differētia generq; breuiora longiora ue. Ilicis duo genera. Ex his in Italia folio non multū ab oleis distant: milaces a quibusdam gręcis dictę. In pro uicis aquifoliq; sunt ilicis glans utriusq; breuior gracilior: quā Homerus aculō ap pellat: eoq; nomine a glande distinguit: masculas ilices negant ferre glans optima in quercu atque glandissima: mox ęsculo: nam roboris parua cerri tristis horrida cebi nato calice ceu castaneę. Sed & in querna alia dulcior molliorq; fęmię maris spissior maxime autē probantur latifolię ex argumēto dictę. Distant inter se magnitudine et cutis tenuitate. Item quicquid aliis subest tunica rubigie scabra: aliis protinus cādi dum corpus ea: cuius in balano utrinq; ex longitudine extrema lapidescit in duriciā melior cui in cortice q̃ cui utrūque in corpore nō nisi mari. Prętera aliis ouata: aliis rotunda: aliis acutior figura: sicut & color nigrior candidior ue. Qui prefert̃ ama ritudo in extremitatibus medio dulces: quin & pediculi breuitas proceritasq; diffe rentiam habet. In ipsis uero arboribus quę maximam fert hemeris uocatur breuior et in orbē comosa aliaq; ramorq; crebro cauata fortius lignū quercus habet & icorru ptius ramosa ipsa procerior tamen & crassior caudice. Excęlsissima autē aezops icul tis amica. Ad hęc proxima latifolię proceritas sed minus utilis ędificiis atq; carboni data uicius obnoxia est. Quamobrē solida utunt̃ carboni ęrariorq; tantū officinis cō pendio: quoniam desinēte flatu protinus emoriens sępius recoquitur. Cętero pluri mus scintillis idē e nouellis melior acerui consertis paleis recētibus luto caminant̃ accensaq; strue contis pungitur. Durescens calix atq; ita sudorem emittit: pessima et

carboni & materię aliphleos dicta: cui crassissimus cortex atq; caudex & plerunque cauus fungosusq;: nec alia putrescit ex hoc genere etiā uiuit qui & fulmine sępissimē iacitur q̄uis altitudine nō excellat: ideo ligno eius nec ad sacrificia uti fas habetur: Eidē raro glans & cum tulerit amara: quā prętер sues: nullū attingit animal ac ne hę quidem si aliud pabulum habēt: hoc quoq; inter reliqua neglectę religionis est: quod emortuo carbone sacrificatur. Glans fagea suem hilarē facit: carnē coctibilē ac leuē et utilem stomacho. Iligna suem angustū nitidā strigosam ponderosam: querna diffusam ac grauissimam & ipsa glandiū eq; dulcissima. Proximā huic cerream tradit Nigidius: nec ex alia solidiorē carnē sed duram. Iligna tentari sues nisi paulatim det̄ Hanc nouissimā cadere fungosam carnē fieri esculo robore subere. Quę glandē ferunt omnes & gallam alteriusq; annis glandē sed galla bemeris optima & coriis perficiendis aptissima. Similis huic latifolia sed leuior: multoq; minus probata fert et nigram: duo enī genera sunt: hęc tigendis utilior.

NAscitur autē galla sole de gēmis exeūte erūpens noctu semper uniuersa crescit uno die candidior & si in estu excepta est arescit protinus: neq; ad iustū incrementū peruenit: hoc est ut nucleum fabę magnitudine habeat. Nigra diutius uiret: crescitq; ut interdū mali cōpleat magnitudinē optima comagena deterrima ex robore signū eius quod cauerne transluceāt. Robur prętер fructū plurima alia gignit. Nanq; fert et gallę utrūq; genus: & quę iam ueluti mora ni distarēt arida duricie plerūque tauri caput imitantia: qbus fructus iest nucleus oliuę similis. Nascunt̄ in eo & pillulę nucibus non absimiles intus habētes flocos molles lucernarū luminibus aptos. Nā et sine oleo flagrant sicuti galla nigra. Eert & aliam iutilē pillulam cum capillo uerno tamē tempore melligenis succi: gignūt & alii ramorū eius corpori pillulas nō pediculo adhęrentes candicantes umbilicis. Cętera nigra uarietate dispersa media cocci coloré habet. Apertis amara ianitas est aliquādo & culices gignit necnon & e foliis conuolutas pillulas & in folio rubētes aquosos nucleos candicantes ac transluentes q̄diu molles sint: in quibus & culices nascuntur maturescūt in modū.

FErunt robora & chachrin uocat̄ pillulā in medicina urendi uim habēs gignit̄ et in abiete larice picea tilia nuce platano postq̄ folia cecidere hyeme durans cōtinet nucleum pineis similē. Is crescit hyeme aperit̄ uere pillula tota: cadit cum folia cępere crescere. Iam multifera sunt tot res prętер glandē pariūt robora: sed & boletos suillosq; gulę nouissima irritamēta quę circa radices gignunt̄. Quercus probatissimos Robur autē & cupręssus & primus noxios. Robora ferunt & uiscū & mella ut auctor est Hesiodus. Constatque rores melleos e cęlo ut diximus cadentes non aliis magis insidere frondibus. Cremati quoq; roboris cinerē uitrsoum esse certū est. Oēs tamē dotes has eius ilex solo prouocat. Coccogranū hic primoq; ceu scaptes fruticis parua aquifolię ilicis ęsculium uocant pēsionē alteram tributi pauperibus hispanię donati. Vsum eum gratiorē in conbilii mētione tradidimus. Gignit̄ & in gallacia Africa Pisidia Cicilia: pessimū in Sardinia

GAllia gladiferę maxime arbores agaricū ferūt. Est autē fungus candidus odoratus antidotus efficax in summis arboribus nascens nocte relucens. Signum hoc eius quod in tenebris decerpitur.

EGlandiferis sola quę uocatur aezops fert pannos arentes muscoso uillocanos: non in cortice modo. Vez & e ramis depēdentes cubitali magnitudine odoratos ut diximus inter unguēta.

SVberi minima arbor glans pessima rara cortex tantum in fructu prętерassus ac renascens atq; etiam in denos pedes undiq; explanatus: usus eius ancoralibus maxie nauium piscantiūque tragulis & cadorū obturamentis. Prętерea in hyberno

feminaꝫ calciatu: quãobrem non infacete greci Cortices arboꝫ appellant. Sunt qui feminam ilicem uocent: atq; ubi non nascitur ilex pro ea subere utant. In carpẽtariis precipue fabricis ut circa belim & lacedemonẽ: nec in Italia tota nascitur ut in gallia omnino.

Cortex & e fago tilia abieti piceę in magno est usum agrestiũ uasa corbesque ac patentiora quędã messibus cõuehendis uindemiisq; faciũt ac pretexta tuguriorum. Scribit in recenti ad duces explorator icidẽs litteras succo: necnõ & in quodã usu sacroꝫ religiosus est fagi cortex sed non durat arbor ipsa.

Scandule e robore aptissime: mox e glandiferis aliis fagoque facilime exoibus que resinam ferunt sed minime durans preterq̃ e pino. Scandula contectã fuisse Romam usq; ad bellũ pyrrhi annis cccclxx. Cornelius nepos auctor est. Siluaꝫ certe distinguebant insignibus fagi Italo Iouis: ubi etiam nunc lucus fageus fuit portaque querculana colle in quẽ uimina portabãtur: totq; lucis quibusdã & geminis Q. hortesius dictator cum plebs discessisset in ianiculũ legẽ in ęsculeto tulit: ut quod ea tulisset omnes quirites tenerẽt peregrinę tunc uidebant quoniã non erant suburbanę pinus atq; abies: omnesq; picẽ gignũt de quibus nunc dicemus simul ut tota condiendi uim origo cognoscatur.

Quę ferunt in asia aut oriente predictis picẽ. In Europa vi. genera cognatarum arboꝫ ferũt. Ex his pinus atq; pinaster foliũ habent capillamẽti modo pretenue: longũque & mucrone aculeatũ pinus fert minimũ resinę interdũ & nucibus ipsis de quibus dictum est: uixq; ut ascribãt generi pinaster: nihil est aliud q̃ pinus siluestris mira altitudine & a medio ramosa sicut pinus in uertice copiosiore dat hęc resinã quo dicemus modo. Gignit & in planis. Easdem arbores alio nomine esse per oram Italię: quas scibulas uocant pleriq; arbitrant. sed graciles succinctioresq; & enodes liburnicaꝫ ad usus pene sine resina.

Picea montes amat atq; frigora feralis arbor & funebri indicio ad fores posita ac rogis uirens. Iam tamẽ & in domos recepta tonsili facilitate: hęc plurimã resinã fundit interueniẽte candida gemma eam similẽ turi: ut mixta usu discerni nõ queat et inde fraus scerpsisse. Omnibus his generibus folia breui seta & crassiora: duraque ceu cupressis piceę rami pene statim ab radice modici uelut brachia lateribus ibęret

Similiter abieti expetitę nauigiis situs in excelso montiũ ceu maria fugerit: nec forma alia materies uero precipua trabibus & plurimis uitę operibus resinę uitium Vnde fructus picę exiguumq; sudat aliquãdo contactu solis ediuerso materies: quę abieti pulcherrima piceę ad fisciles scandulas cupasq; & pauca alia secamenta.

Quinto generi situs idẽ eadẽ facies larix uocatur materies prestantior lõge incorrupta uis humori contumax rubẽs preterea & odore acrior plusculũ huic erupit liquoris melleo colore atq; lentiore nũq̃ durascẽtis.

Sextũ genus est theda proprie dicta abundãtior succo q̃ reliqua partior liqdior que q̃ picea flãmis atq; lumini sacroꝫ etiam grata: hanc mares dũtaxat ferunt et eam quam greci stactem uocant odoris grauissimi laricis morbus est ut theda fiat

Omnia autẽ hęc genera accensa fuligine imodica carbonẽ repẽte expuũt cũ eruptione crepitu ue iaculanturq; longe excepta larice: que nec ardet nec carbonẽ facit nec altomodo ignis ui cõsumitur q̃ lapides. Omnia uero ea perpetuo uirẽt: nec facile discernũtur in fronde etiam a peritis tãta natalũ mixtura est sed picea minus alta quam larix. Illa crassior leuiorq; cortice folio uillosior pinguior & densior: mollius flexu ac piceę rariora sicciora que folia & tenuiora: ac magis algẽtia totaque horridi

or & perfusa resina lignum abieti similius: larix ustis radicibus nõ repullulat ut in lerbo accidit nõso memore pyrrheo.

ALia etiam nunc generibus ipsis in sexu differentia: mas breuior & durior: fœmina procerior pinguioribus foliis & simplicibus atq; nõ rigẽtibus lignũ maribus durũ & in tabuli opere contortũ. Fœminę mollius publico discrimie in securibus hęc in quocũq; genere deprehẽdunt: quippe mare respuũt & fragosius findũt: egrius euellũt. Ipsaq; materies retorrida & nigrior maribus radix. Circa idã in troade et alia differentia est montanę maritimęq; nam in macedonia & archadia: circaq; helim permutant nomina nec constat auctoribus q̃ cuiq; generi attribuant nos ista Romano discernimus iudicio.

ABies e cunctis amplissima et fœmina etiam prolixior materia mollior utiliorq; arbor rotũdior folio pinnato densa ut imbres non trãsmittat atq; hilarior in uitire ramis geneũ boũ pinniculaũ modo nunc amenta squamati compacta depẽdẽt preterq̃ larici hę abietes masculę primori parte nucleos habent non ite fœminę picę uero totis pinniculis minoribus gracilioribusq; ac nigris: propter quod graeci pityroporẽ eam appellant. In eadẽ nunc amenta maribus cõpressiora sunt ac minus resina roscida.

SImilis etiam nunc aspectu est nequid preterat tapsus minime uirẽs gracilisq; et dira nullo succo. Ex oibus sola baccas fert ramis noxio fructu lętale quippe baccis in hispania precipue uenenũ iest. Vasa etiã uiatoria ex ea uinis in gallia facta mortifera fuisse compertũ est. Hanc sextius smylacẽ a grecis uocari dicit & esse in arcadia tam presentis ueneni ut si qui dormiant sub ea cibum ue capiant moriantur. Sunt etiam qui & toxica hinc appellata dicant uenena: quę nũc toxica dicimus quibus sagittę tingant. Repertũ innoxiam fieri si in ipsa arbore clauus ęreus adigatur

PIx liquida in Europa theda coquitur naualibus muniendis: multosq; alios ad usus. Lignũ eius concisum furnis undiq; igni extra circũdato ferro ut primus sudor aquę modo fluat canali: hoc in syria cedrum uocat: cui tanta uis ut in ęgypto corpora hominũ defunctoũ eo perfusa seruẽtur. Sequens liquor crassior iam picẽ fundit. Hęc rursus in cortinas ęreas conlecta aceto spissatur & coagulatur brittę cognomen accepit dolis dũtaxat uasisq; e ceteris utilis: lentore ab alia pice differẽs itẽ colore tutilante & quod piguior est. Reliqua omnia illa sunt e picea resina feruẽtibus coacta lapidibus in alueis uaridi roboris: aut si aluei non sint struis cõgerie uelut in carbonis usu hoc in uinum additur farinę modo tunsa nigrior colore. Eadem resina si eũ aqua lenius decoquat coleturq; ruffo colore lentescit: ac stillaticia uocatur. Seponũt autẽ ad id fere uicia resinę: cortexq;. Alia tẽperies ad crapulã nãq; flos crudus resinę cum multa hastula tenui breuiq; auulsus concidit ad cribrũ minuta. Deide feruẽti aqua donec coquatur perfundit huius expressum pingue precipua resina fit atque rara: nec nisi paucis in locis subalpine italię conueniens medicis. Resinę albę cõgũ in duobus aquę pluuie coquũt: alii utilius putant sine aqua coquere lento igne toto die: utriq; uale ęris albi. Itẽ therebyntia in sartagie cinere feruẽti hãc ęteris prisceres proxima & lentisco.

NOn omittẽdum apud eosdem zosippã uocari derasam nauibus maritimis picẽ cum cera nihil non experiente uita: multoq; efficatiorẽ ad omnia quibus picis resinęq; prosunt uidelicet adiecto salis callo. Aperitur picea parte solari: non plaga: sed uulnere ablati corticis cum plurimũ bipedali biatu ut a terra cubito eũ minimũ absit: nec corpori ipsi parcitur ut in ęteris: quoniam hastula in fructu est. Verum hęc proxima laudat altior amaritudinẽ affert postea humor omnis e tota cõfluit in uiscus. Itẽ in teda cum id manare desit simili modo ex alia parte aperit: ac deide alia

postea tota arbor succidit & medulla eius urit. Sic & in syria therebyntho detrahūt cortices: ibi equidē & e ramis ac radicibus cum resina damnetur ex his partibus. In macedonia laricē masculam urūt fęminę radices tantū. Theopōpus scripsit in apollonitaę agro picē fossilē nō deteriorem macedonica inueniri. Pix optima ubique ex apricis aquilonis situ ex opacis horridior utriusq; pręferēs frigida hyeme. Deterior ac minus copiosa & decolor. Quidā arbitrant in montuosis copia prestātiorē ac coloratiorē & dulciorem fieri: odorē quoq; gratiorē dum resina sit. Decoctam autem minus picis reddere: quoniam in infeę habeat tenuioresq; esse ipsas arbores q̄ in planis. Sed has & illas serenitate sterriliores fieri. Quędā proximo anno ab icisū largiūt alia secūdo: quędā tertio. Expletur autē plaga resina in cortice: sed cicatrice quę in hac arbore non coit. Inter hęc genera propiū quidā facere satiuū: quoniā ex cognatione haę seritur qualis dicta est nucleis eiusdē arboris imas partes thedas uocant: cum sit illa arbor nil aliud q̄ piceę feritatis paulū mitigante satu. Satiua autē materies cęsaę e genere sit sicuti docebimus.

MAterię enim causa reliquas arbores natura genuit copiosissimā fraxinū, peera hęc ac teres pinnata & ipso folio multumq; homeri pręconio & achillis hasta nobilitata. Materies est ad plurima utilis. Ea quidē quę fit in ida troadis in tantū cedro similis ut emētes fallat cortice ablato. Gręci duo genera eius fecere longam enodem alteram breuē duriorē fusciorēq; laureis foliis Bumeliam uocāt in macedonia āplissimam lentissimāq; alii situ diuisere. Campestrē enim esse crispam mōtanam spissam folia eaę iumentis mortifera. Cęteris ruminantiū innocua gręci prodidere. In Italia nec iumentis nocet. Contra serpētes uero succo expręsso ad potū & imposita ulceris ori opifera. Nihil hac ęq; reperitur tantaq; est uis ut ne matutinas quidē occidentes ue ūbras q̄uis sint longissimę serpens arboris eius attingat. Adeo ipsam procul fugiat. Experti prodimus si fronde ea giro cōcludat ignis & serpens in ignes potiusq̄ in fraxinū fugere serpētem mira naturę benignitas priusquā hę prodeāt flore fraxinū nec ante conditas folia dimittere.

IN Tilia mas & fęmina differūt omni modo. Nanque & materies mari dura ruffiorq; ac nodosa & odoratior: cortex quoq; crassior ac detractus inflexibilis nec semen fert aut florē ut fęmina quę crassior arbore materie candida pręcellensque est: miraę in hac arbore fructum a nullo aimaliū attigi folioę. corticisq; succū esse dulcem. Inter corticē ac lignū tenues tunicas multiplici mēbrana e quibus uicula Tilię uocant tenuissimū coriū phillire coronaę lenisceis celebris antiquoę honore. Materies teredinē non sentit proceritate per quam modica: ueę utilis.

ACer eiusdē fere amplitudinis opeę elegantia ac subtilitate citro secundū. Plura eius genera. Albū quod pręcipui candoris uocatur gallicū in transpadana Italia trāsque alpes nascens. Alteę genus crispo maculaę discursu: qui cum excęllentior fuit a silitudinē caudę pauonū nomē accępit: i Istria retiaq; pręcipuū molliore genere crassinenium uocatur: gręci situ discernūt. Campestre eni candidum esse nec crispū: quod eglinō uocant mōtanū uero crispius durius que etiam nūc & mascula crispius ad latiora opera. Tertium genus zigiam rubens fissili ligno cortice hiuido & scabro: hoc alii proprii generis esse malunt & latine carpinū appellant.

PVberrimū uero est bruscum multoq; excellentius etiam num molustū tuber utrunque arboris eius. Sed bruscum intortius crispum moluscum simplicius sparsum & si magnitudinē mensaę caperet haud dubie pręferret citro. Nunc intra pugillares lectorūq; silicios aut laminas raro usus spectatur. E brusco sunt & mēse nigrescentes. Reperitur & in aluo tuber & tanta deterius quantū ab acere alnus ipsa

distat. Aceq; mares prius florẽt etiam num in siccis natę pręferunt aquaticis sicut et fraxini.

EST transalpes arbor simillima acori albo materia quę uocat staphilodendrõ fert siliq; et in his nucleos sapore nucis auelanę. In primis uero materies bonorata buxo est raro crispãti: nec nisi radice. De cetero lenis qes materie silentio quodã ac duricia et pallore cõmẽdabilis. In ipsa uero arbore typiario ope. Tria eius genera gallicum: quod in metas emittit ãplitudinẽq; proceriorẽ oleastrũ in omni usu damnatũ grauẽ pręfert odorẽ. Tertiũ genus nostratę uocant e silueſtri ut credo mitigatũ satu diffusi us & densitate parietũ uirens semper ac tonsile.

BVxus pirẽneis ac citoriis mõtibus plurima ac berecynthio tractu crassissima. In corsica flore nõ ferendo quę causa amaritudinis semen illius cũctis animãtibus iuisũ: hęc in olympo macedonię gracilior sed breuis amat frigida aprica ligni quoq; duricia quę nec ferro nec flama nec carbone utilis.

INter has atq; frugiferas materia utiliũque amicitia accipit ulmus. Gręci duo eius genera nouere: montuosam quę sit amplior: campestrẽq; fruticosa: Itali atinias uocant excęlsissimas & ex his siccas pręferũt quę non sunt rigue. Alteq genus gallicas. Tertiũ nostrates densiore folio & ab eodẽ pediculo numerosiore. Quartũ silueſtre acinię non ferunt Samara uocat ulmi semẽ omneſq; radicum plãtis prouenũt reliquę semine.

NVnc celeberrimis arboq dictis quędã in uniuersum de cunctis indicãda sunt montes amant cedrus larix theda & cęterę ex quibus resina gignit. Itẽ aqfolia buxus ilex iuniperus therebynthus populus ornus carpinus. Est & in apẽnino frutex qui uocatur cotinus ad ligamẽta modo cõchilii colore isignis. Montes & ualles diligit abies robur castaneę. Tilia ilex cornus aquosis mõtibus gaudent acer fraxinus sorbus tilia cerasus. Non temere in montibus uisę sunt prunus punici oleaster Juglans morus sambuci. Descẽdunt & in plana cornus corilus quercus cornus acer fraxinus fagus carpinus. Subeũt & in mõtuosa ulmus malus pyrus laurus myrtus sanguinei frutices ilex tingẽdisq; uestibus nascentes genistę. Gaudet frigidis sorbus sed magis etiã betula gallica: hęc arbor mirabili candore atq; tenuitate terribilis magistratũ uirgis. Eadẽ circulis flexibilis. Itẽ cornum corticis bitumẽ ex ea gallię excoquunt. In eosdẽ situs comitat etiam spina nuptiaq facibus auspicatissima quoniam inde fecerunt pastores qui rapuerũt sabinas ut auctor est Massurius. Nunc facibus carpinus corilus familiarissime aquas odere cupręssi iuglandes castaneę laburnũ alpina & hęc arbor nec uulgo nota dura ac candida materie: cuius florẽ cubitalẽ lõgitudine apes non attigunt. Odit & quę appellat Iouisbarba in opere topiario tõsilis et in rotunditatẽ spissa argẽteo folio non nisi in aquosis prouenũt salices alni populi siler ligustra tesseris utilissima. Itẽ uacinia Italię in aucupiis sata: gallię uero etiam purpureę tigendi causa ad seruoq uestes quęcũque cõmunia sunt montibus planisque maiora fiunt aspectu pulchrioraq;. Quę uero in cãpestribus meliora materie crispiora quę in mõtibus exceptis malis pyrisq;.

PRęterea arboq aliis decidũt folia alię sempiterna coma uirẽt: quã differentiam antecedat necesse est prior. Sunt enim arboq quędã omnino silueſtres quędam urbaniores: quoniã his placet nominibus distinguere: hę mites quę fructu aut aliq dote umbrarumq; officio humanius uiuant non iprobe dicant urbanę.

HArum generi nõ decidũt oleę lauro palmę myrto cupręsso spinis hederę rhododedro: & q̃uis herba dicatur sabine rhododendron: ut noine apparet a gręcis ueit alii uerum uocarunt: alii rhododaphnẽ sempiternũ flonde rosę similitudine cauli

bus fruticosum iumētis caprisq; & ouibus uenenū est. Idē homini contra serpētiū uenena remedio est.

SIluestrium generis folia nō decidunt abieti larici pinastro iunipero cedro therebintho buxo ilici aquifolio suberi taxo tamarici. Inter utraq; genera sunt ādracillę in grecia & ubique unedo. Reliquis etiam folia decidunt his prętercq̃ in cacumibus non decidūt autē & in fruticum genere quibusdam rubo & calamo. In turino agro ubi sabaris fuit ex ipsa urbe prospiciebat quercus una nūquam folia dimittēs: nec āte mediam estatē germinans. Idq; mirū est grecis auctoribus proditū: apud nos postea sileri: nam locorū tanta uis est ut circa memphim egypti & in elephantinę thebaidis nulli arborū decidant nec uitibus quidem.

CAeterę omnes extra prędictas eteni numerare longū est folia deperdūt obseruatūmq; non arescere nisi tenuia & lata & mollia. Quę uero non decidant callo crassa & angusta esse: falsa diffinitio est non decidere his quarū succus pinguior sit: quis enim potest in ilicę intelligere: decidere Thimeus mathematicus sole scorpionem transeunte syderis ui & quodā aeris ueneno putat: cur ego non eadē causa aduersum omnes polleat iure miremur. Cadunt plurimis autūno quędā tardius amittūt atq; in hyemes porrogāt moras: nec interest maturius germinasse utpote cū quedā primę germināt & inter nouissimas nudentur ut amigdalę fraxini sambuci morus autē nouissima germinat cum primis folia dimittat: magna & in hac uis soli prius decidūt in siccis macrisq; ut uetustę prius arbori: multis etiam anteq̃ maturescat fructus ut in serotina fico & hyberna pyro & malo granato quod est pomū tantū aspici in matre. Neq; his autē quę semper retinent comas eadē folia durāt sed subnascētibus aliis tunc arescūt uetera quod euenit circa solsticia maxime foliorū unitas in suo cuique genere permanet prętercq̃ populo hederę soctoni quā & cici diximus uocari.

POpuli tria genera alba & nigra & quę lybica appellatur minima folio ac nigerrima fungisq; enascētibus laudatissima. Alba folio bicolor superne candicās iferiore parte uiridi hinc nigrę quę & coctoni in iuuēta circinnatę rotūditatis sunt. Vetustiora in angulos exeunt e contrario hedere angulosa rotundantur populorū foliis grandissima lanugo euolat cādida tradita folio candida & ut uillę folia granatis & amigdalis rubētia. Mirū in primis id quod ulmo tiliq; & oleę populo albę & salici euenit. Circūagunt eni & folia earū post solsticiū nec alio argumēto certius intelligitur sydus confectum.

ESt et publica omniū foliorū differētia in ipsis. Nanq; pars inferior a terra herbido uiret colore. Ab eadē leuiora neruos callūq; & articulos in superiore habēt. Incisuras uero subter ut manus humana. Oleę superne candidiora & minus leuia. Idē hederę sed omniū folia quotidie ad solē obscitant iteriores partes tepefieri uolentia Superior pars omniū lanuginē quantulamcunq; habet quę in aliis gentiū lana est in oriente funes ualidos e foliis palmę fieri dictū est eosq; in humore utiliores esse et apud nos uero palmę a messe integre decerpuntur meliores enim quę nō diuidūtur siccant sub tecto quaternis diebus: mox in sole expandunt & noctibus relicta donec candore iarescant: postea in opera fundūtur latissima folia fico uiti platano. Angusta myrto punico oleę. Capillata pino cedro aculeata aquifolio & ilicū generi. Nā iuniperi spina pro folio est: carnosa cupresso: tamari crassissima. Alno longa barūdini salici palmę & duplicia cyrcinata pyro mucronata malo: angulosa hederę diuisa platano isecti pectinū modo piceę abieti. Sinuosa toto ambitu robori spinosa cute rubo mordacia sunt quibusdā ut urticis pūgentia pino piceę abieti larici cedro aqfolius

pediculo breui oleę & ilici longo uitibus tremulo populis & bisdē solis inter se crepitantia. Iam & in pomo ipso mali quodā in genere parua mediis emicāt folia iteri et gemina. Preterea alius circa ramos: alius in cacumine ramoꝝ robori & in ipso caudice ia m densa ac rara semperq; lata rariora disposita myrto: concaua buxo: inordiata pomis: plura eodē pediculo exeuntia: malis pyrisq; ramulosa uleno & citiso: quibus adiecit Cato decidua populo quernaq; animalibus iubens dari nō per arrida. Bubus quidē & ficulnea lignaq; & hederatia dent & ex harūdine ac lauro decidunt: sorbo uniudrsa ęteris paulatim: et de foliis hactenus.

ORdo autē naturę annuus ita se habet: primus est cōcęptus flare incipiēte uēto fauonio vi. Idus Feb. hoc enī maritant uirescētia quippe cum etiā aquę in hispania ut diximus. Hic est genitalis spiritus mūdi e fouēdo dictus ut quidā existimauere Flat ab occasu ęquinoctiali uer incohās eathlitionē: rustici uocant gestiente natura semina accipere: eaq; animā inferēte omnibus satis. Concipiūt uariis diebus & pro sua quęq; natura: alia protinus ut animalia tardius aliqua & diutius grauida partus gerūt quod germinatio ideo uocat: pariūt uero cum florēt: flosq; ille ruptis constat utriculis. Educatio in pomo hęc est & germinatio arboꝝ flos & pleni ueris indiciū et anni renascētis flos gaudiū arboꝝ tunc se nouas aliasq; q̄ sunt ostēdūt. Tunc uariis coloꝝ picturis in certamē usq; luxuriāt: sed hoc negatū plerisq; non enī omēs florēt sed sunt tristes quędam quę nō sentiūt gaudia annoꝝ. Nam neq; ilex picea larix pinus ullo flore exhilarant. Natales ue pomoꝝ recursus annuos uersicolore nuncio promittūt: nec fici atq; caprifici protinus enī fructū flores gignunt. In ficis mirabiles sunt & abortus qui nūq̄ maturescūt: nec iuniperi florēt. Quidā eaꝝ duoꝝ genera tradunt: alteram florere nec ferre. quę uero non floreat protinus ferre baccis nascētibus quę biēnio hęreant: sed id falsum omnibusq; his dura facies semper. Sic & hominum multis fortuna sine flore est. Omnes autē germinant etiā quę florēt magna et floꝝ differētia: quippe cum ex eodē genere quę sunt in palustribus priora germinent mox in campestria nouissima in siluis per se autē tardius pyri siluestres quam ęctera primo fauonio cornus proxime laurus pauloq; ātę equinoctiū tilia acer. Inter primas uero populus ulmus salix alnus: nuces festinant & platanus ęctęrę uere ęcpturo aquifoliū therebyntbus paliurus castanea glandes. Serotino autē germine malus: tardissimo suber. Quibusdam geminat germinatio nimia soli ubertate aut iuuantis ęcli uoluptate quod magis in herbis segetū euenit. In arboribus tamē nimia germinatio elasceścit. Sunt aliq naturales quibusdā germinationes pariterque neruq quę suis cōstant syderibus quaꝝ ratio aptius reddet ab tertio hoc uolumie hyberna aquilę hoc exortu. Aestiua canis ortu: tertia arcturi: has duas quidā omibus arboribus cōmunes putant. Sentiri autē maxie in fico uitę punicis causam afferētes: quoniam in thessalia macedoniaq; plurima tunc ficus exeat maxime tamē in ęgypto apparet hęc ratio. Et reliquę quidē arbores ut primū ęcpere cōtinuāt germinationē robur & abies & larix intermittūt tripartito ac trina germina ędūt: ideo et iter squama corticū espergūt: quod oibus in germinatione euenit quoniā pregnantiū rumpitur cortex. Est autē prima eaꝝ icipiēte uere circiter xv. diebus Iteꝝ germinant transeunte geminos sole sic fit ut prima cacumina impelli secutis aperiat geniculato in cremēto. Tertia est earundē a solsticio breuissimā nec diutius septenis diebus clareq; et tunc cernitur excrescentiū cacuminum articulatio. Vitis sola bis parturit cum primum emittit uuam. Item cum digerit. Eoꝝ quę non florent partus tantum est et maturitas. Quędam statim in germinatione florent pręparantq; in eo sed tarde maturescūt ut uitis serotina. Quędam germinatu florēt maturantque celeriter sicut morus quę nouissima urbanaꝝ germinat nec nisi exacto frigore ob id dicta sapiētissima arboꝝ sed cum ęcperit in tantum uniuersa germinatio erupit ut una nocte peragat omnē

cum ſtrepitu .Ex his quę hyeme aquila ex oriēte ut diximus concipiunt floret pri/
ma omnium amigdala mēſe ianuario martio uero poma maturat ab ea proxie florēt
armeniaca:dein tuberes & prēcoces illę peregrinę hę coactę.Ordine autē naturę ſil/
uestriū prime ſambucus cui medulla pluria et cui nulla cornus maſcula. Vrbanarū
compertum. Vetus oliuetū ab ęquinoctio uerno intra uergiliarū exortū interradi
Alternis annis melius inuētum. Itē muſcum circūdare radici: circūfodi autē omibus
annis a ſolſtitio duum cubitoꝝ ſerobe pedali altitudine ſtercorati tertio ano. Mago
idem amygdalas ab occaſu arcturi ad brumā ſeri iubet. Pyra non eodē tēpore omnia
quoniam neq; floreant. Eadē oblonga aut rotūda ab occaſu uergiliaꝝ ad brumā. Re-
liqua genera media hyeme ad occaſum ſagittare ſubſolanū aut ſeptētriones ſpecta-
tia laurum ab occaſu aquilę ad occaſum ſagittę. Connexa enim de tēpore ſerēdi ratio
eſt uere & ab autūno id ex magna parte fieri decreuere. Eſt & alia hora circa canis or
tus paucioribus nota quoniam non omnibus locis pariter utilis itelligit̃. Sed haud
omittēda nobis non tractus alicuius rationē: uerum naturę potius indagātibus in
cyrenaica regione ſub etheſiaꝝ flatu conſerunt: necnon in gręcia oleam: maxime in
lycionia cuius inſula & uites tunc ſerit. Ceteri apud gręcos inocculare & iſerere non
dubitant: ſed arbores non ferunt: plurimūq; in eo locoꝝ natura pollet. Nanq; in egy-
pto omni ſerunt mēſe & ubicūq; imbres ęſtiui non ſunt ut in India & ęthiopia ne-
ceſſario poſt hęc autūno ſerunt̃ arbores: ergo tria tēpora. Eadē germinationis uer et
canis arcturiq; ortus. Neq; enim animalium tantū eſt ad coitum auiditas ſed multo
maior terrę ac ſatoꝝ omnium libido: qua tēpeſtiue uti plurimū intereſt. Conceptus
peculiare utiq; in inſitis cum ſit mutua cupiditas utriq; cocūdi. Qui uer probant ab
ęquinoctio ſtatim admittunt prędicantes germina parturire: ideo faciles corticum
eſſe complexus qui pręferūt autūnum ab arcturi exortu: quoniam ſtatim radicem
quandam capiant & ad uer parata ueniant atq; non protinus germinatio auferat ui-
res quedam tamen ſtatutum tēpus anni habent ubiq; & ceraſi & amygdali circa bru-
mam ſerendi uel inſerendi. De plurimis locoꝝ ſitus optime iudicant. Frigida enim
et aquoſa neruo conſeri oportet: ſicca & calida autumno. Communis quidē italię ra
tio tēpora ad hunc modum diſtribuit mora ab idibus Feb. in ęquinoctiū pyra autū-
num ita ut brumam xv. ne minus diebus antecedāt. Malis ęſtiuis & cotoneis. Item
ſorbis prunis poſt mediam hyemē in idus Feb. Siliquę gręcę & perſicis ante brumā
per autūnum nucibus iuglandi & pineę & auellanę gręcę atq; caſtaneę a kl. hanc in
ſiccis ſemine. Illam in humidis uirga ſeri diximus.

ESt etiam num noua inſerēdi ratio ne quid ſciens quidē prętereā quod uſquam
inuenerim columellę excogitatu ut affirmat ipſę quo uel diuerſę inſociabileſq; arbo
rum naturę copulentur ut fici atq; oleę iuxta hanc ſeri ficum iubet non ampliori in-
teruallo q̃ ut coniungi large poſſit ramo oleę q̃ maxime ſequaci atq; obediturо cūq;
interim tēpore edomari meditatione curuandi. Poſtea fico adempta uires quod eue
nire trimę atq; utiq; quinquēnii ſolet detruncata ſuperficie ipſaq; deputata & ut di-
ctum eſt abraſo cacumine defigi in crure fici cuſtoditum uiculis ne curuatura fugi-
at. Ita quodam propaginū inſitorūq; tēperamēto triennio cōmune iter duas matres
quarto anno abſciſſum totū adoptantis eſſe nondum uulgata ratione aut mihi certe
ſatis cōperta. Ceterum eadē illa de calidis frigidiſq; & humidis ac ſiccis ſupradicta
ratio & ſerobes fodere monſtrauit. In aquoſis enim neq; amplos neq; altos facere

expedit. Altos in æstiuo solo & sicco ut q̃maxime accipiant aquam contineãtq; hęc et arbores colendi ratio est. Feruẽtibus enim locis accumulãt æstate radices operiũtq; ne solis arbor exurat. Aliubi ablaqueant per flatusq; admittunt. i. hyeme cumulis a gelu uindicant contra illi hyeme aperiunt humorẽq; sitientibus quęrunt ubicunq; circũfodiendi arbores ratio in circuitum pedes in orbẽ ternos neq; id in pratis quo niam ardore solis humorisq; in summa tellure oberrant. Et de arboribus quidẽ fructus gratia serẽdis inserẽdisq; in uniuersum sunt dicta.

Hinc restat eaq; ratio quę propter alias serunt̃ ac uineas maximeq; ceduo ligno principatum in his obtinẽt salices quaq; loco madido tamen refosso duos pedes et semipedẽ talea sesquipedali uel pertica quę utilior quo planior iteruallo esse debent pedes semistres pedibus binis a terra putatione cohercent̃ ut se in latitudinẽ fundãt ac sine scalis condeant̃. Salix enim fecundior est quo terrę propior has quoq; oibus annis confodi iubet mense Aprili: hęc est uiminalium cultura. Perticalis & uirga et talea seritur fossum eadẽ perticas ex ea iustum est cędi quarto fere anno & hę autem senescentium pręsartiunt locum pertica immẽsa post annũ recisa salicis uiminalis uirga singula sufficiunt xxv. uineę iugeribus eiusdẽ rei causa populus alba serit̃ bi bipedaneo pastinatu talea sesquipedali biduo siccata palmipedali iteruallo terra sup incerata duum cubitoq; crassitudine harũdo ęternũ dilutiori q̃ e solo gaudet. Serit̃ bulbo radicis quod alii oculum appellant dodrandali scrobe iteruallo duum pedum et semipedes: reficiturq; ex sese uetere harũdineto extirpato quod utilius reputatum quam castrare sicut antea: Nanq; inter se radices serpunt mutuoq; decursu necantur Tempus inserẽdi priusquã oculi harundinũ intumescant ante kl. Martias crescit ad brumam usq; definitq; cum durescere incipit: hoc signum tempestiuã habet cesuram et hanc autẽ quotiens & uineam fodiendam putant. Serit̃ & transuersa nõ alte terra condita erumpuntq; e singulis oculis totidẽ plantę. Seritur & deplantata pedali sulco binis obrutis gemmis ut tertius nodus terram attingat prono cacumine ne rores concipiat. Cęditur decrescẽte luna uineis anno siccata utilior q̃ uiridis. Castanea pedamentis omnibus profertur facilitate tractatus perdurandi paruicatia regermina tione cędua uel salice letior quęrit solũ facile nec tamẽ harenosum: maximeq; sabulum humidum aut carbunculum uel tofitaceam farinam quãlibet opaco septẽtrionalique & pręfrigido situ uel etiam decliui. Recusat eadẽ gallam rubricã cretã oẽq; terrę fecunditate qua seri nuces diximus sed nisi & maximis non prouenit nec nisi quinis aceruatim satis perfringi solum debet supra ex nouẽbri mẽse in Februarium quo solute sponte cadunt ex arbore atq; subnascunt̃. Interualla sunt pedalia undiq; sulco dodrantali. Ex hoc seminario transferunt̃ in aliud bipedali interuallo post biennium. Sũt & propagines nulli quidẽ faciliores. nudata enim radice tota in sulco prosternitur. Tunc ex cacumine super terram relicto renascitur & alia ab radice: sed translata nescit hospitari: pauetq; nouitatẽ biennio fere postea prosilit. Ideo nucibus potiusquã uite plantaria cędua implent̃ cultura non alia q̃ supradictis fodiẽdis supputandisque per biẽnium sequẽs. De cętero ipsa se colit umbra stolone superuacuo se necante. Cęditur intra septimũ annum sufficiunt pedamẽta unius iugeri uicenis uineaq; iugeribus quando etiam ea bifida stirpe fiunt: durantque ultra alteram siluę suę cęsuram. Aesculus similiter prouenit cęsura triennio senior minus morosa nasci in quacunque terra seritur uere balanum sed nisi ęsculi scrobe drodantali interuallis duoq; pedum seritur leuiter quater anno. hoc pedamẽtum minime putrescit lęsum que maxime frutificat. Pręter hęc sunt cędua quę diximus fraxinus laurus persica corilus malus: sed tardius nascuntur: terramque defixa uix tollerat nõ modo humorem samblicus contra firmissima ad palum taleis seritur ut populus. Nam de cupręsso satis diximus.

ET prędictis uelut armamētis uineaꝝ restat ipsarum natura pręcipua tradenda causa uitium surculis & quarūdam arboꝝ quibus fungosior intus natura geniculatis capoꝝ nodi inter sępiunt medullam ferculę ipsę breues & ad summā breuiores articulis atq; internodia duo īcludunt medulla siue ita uitalis anima est ante se tēdit longitudinē impellēs q̄diu nodi peruia patet fistula: cum uero cōcreti ademere cū transitum repercussa erumpit ab ima sui parte iuxta priorē nodum alterius laterum semper ūguinibus ut dictum est in barūdine ac ferula quoꝝ dextꝝ ab imo itelligt articulo leuum proximo atq; ita pernices. Hęc uocatur in uite gemma cū ibi cespitē facit: ante uero q̄ faciat in concauo oculus & in cacumine ipso gramē sic palmites nepotes uuę folia pampini gignant. Mirumq; firmiora esse in dextra parte genista Hos ergo in surculis nodos cum serunt medios secari oportet ita ne profluat medulla. Et in fico quidē dodrantali & taxili solo patefacto serunt sic ut descendāt quę proxima arbori fuerunt duo oculi extra terram emineant. Oculi autē in arboꝝ surculis proprie uocantur unde germināt. Hac de causa in plantariis aliquando eodem anno ferunt quos fuere laturi fructus in arbore cum tēpestiue sati prēgnantes incoatos conceptus aliubi pariūt. Ita satas ficos uites tertio anno transferre facile est: hoc pro senescēdi celeritate attributū huic arbori ut citissime proueniat. Vitiū numerosior satus est primo omnium nihil feritur ex his nisi inutile & deputatū in sarmēta opputatur autē quicquid proximo tulit fructum solebat capitulatus utrinq; e duro surculus seri eoq; argumēto malleolus etiam uocatur nunc: postea auelli cum sua calce ceptus est ut in fico neq; aliud est uiuatius Tertium genus adiectum etiam num expeditius sine calce quod sagittę uocant cum intorti propagantur Id enim cū icisi nec intorti trigemines: plures autē ex eodem surculo hoc modo fiunt. Serere a pampinariis sterile est necnon fecundo oportet: quę raros habet nodos infecunda iudicat densitas gēmaꝝ fertilitatis indicium est. Quidam seri uetant: nisi eos qui floruerint surculos. Sagittas serere minus utile: quoniam in transferendo facile rumpit quod intortum fuit. Seruntur pedali non breuiores longitudine quinq; sex ue nodorum pauciores tribus gemmis in hac mensura esse non poterunt. Inseri eodem die quo putantur utilissimū. Si multo postea necesse sit serere custoditos sic uti prēcipimus utiq; ne extra terram positi sole inarescant uentoue aut frigore bebetentur. Qui diutius in sicco fuerint priusquā serant inq̄ pluribus diebus reuirescant. Solum apricū et q̄ amplissimum in seminario: siue in uinea bidente pastinari debet ternos pedes bipalio alto retecto quaternum pedum fermēto ita ut in pedes binos fossa procedat fossum purgari & extendi ne crudum relinquatur. Verum exigi mensura male pastinatum deprēhendunt scamna iequalia metienda est & ea pars quę interiacet pulmis. Surculi seruntur & in scrobe et in sulco longiore superq; tenerrima ingeritur terra. Sed in gracili solo frustra nisi substrato pinguiore nec minusquā duos integi oportet & proximam attingi terram & eodem paxillo deprimi & spissari. Interesse in plantario sesquipedes inter bina semina latitudinē in longitudinem semisses. Ita satos malleolos xxxiii. mense redire in unum articulum nisi ipse parcatur: oculorū deinde materia emicat xxxvi. mense uiue radix transfertur. En & luxuriosa ratio uites serendi ut quattuor malleoli uehementi uiculo colligent in parte luxuriosa atq; ita per ossa bibuli cruris uel per colla fictilia traiecti obruant binis eminētibus gēmis bumescant hoc modo: recisiq; palmitē emittūt. Postea est fistula fracta radix libere cadit uires: utranq; omnium corpoꝝ fert suoꝝ acino. In alio genere inuētu nouitio funditur malleolus medullaq; crassa eximitur: hinc colligant & ipsi malleo ita ut gemmis parcatur omni modo. Tunc malleolo in terra fixo mixta feritur & cum spargere cęperit caules decidit foditq; sępius. Talis uuę acinos in hoc in se ligni habituros Columella promittit cum uiuere semina ipsa per quā mirum sit medulla

adempta nasci surculis: etiã quibus non sit articulatio arbores non omittẽdũ uidet. Nanq; buxi tenuissimis quinis senisq; colligatis depactisq; quę prouenĩũt. Quõdã in obseruatione erat ut defringerẽtur ex iputata buxo aliter uiuere non crediti. Detraxere hac experimẽta. Seminarii curã sequitur uinea; ratio quinq; genera; hę spar sis per terrã palmitibus aut se uite subrecta uel cum amminiculo siue iugo aut pedate simplici iugo aut cõpluuiatę quadruplici: quę pedatę ratio eadẽ intelligit. eius quoq; in qua sine amminiculo uitis per se stabit. Id enim non fit nisi pedamẽti inopia. Simplici iugo cõstat porrecto ordine quam canteriũ appellant: melior ea uino quoniam sibi ipsa non obumbrat assiduoq; sole coquitur & afflatum magis sentit. Celerius rorẽ dimittit pampinationi quoq; & occasioni omniq; operi facilior. Superceterа deflorescit utilius. Iugum fit pertica aut harũdine aut crine funiculo ue ut in hispania brundusioq;. Compluuiata copiosior uino est dicta a cauis ędium compluuiis: diuiditur in quaternas partes totidẽ iugis huius serẽdi ratio dicetur. Eadẽ ualitura modi genere. In hoc uero numerosior. Tantum uero tribus serit modis optie in pastinato proxime in sulco nouissime in scrobe.

SVlco latitudo palmę satis est scrobibus ternoq; pedum in quãcunq; partẽ altitudo in quocũq; genere tripedalis. Ideo nec uitis minor trãsferri debet extatura etiã num duabus gemmis. Emolliri terrarum minutis iscrobe uno sulcisq; fimo misceri necessarium cluosa altiores scrobes poscunt prętera puluinatis a deuexitate labris qui ex his longiores fient ut uites binas accipiant e diuerso aliq; locabuntur. Esse uitis radicem in media scrobe oportet sed in ipsam solido in orientem ęquinoctialem spectare adminicula prima calamo accipere uineas limitari decumano .xviii. pedũ latitudinis ad contrarios uehiculoq; trãsitus alisq; conuersis limitibus denum pedũ distigui per media iugera aut si maior modus sit totidẽ pedũ cardiẽ quot decumanum limitari semper uero quintanis semitari hic est in quinto quoq; palo singulę iugo paginę includuntur solo spisso non nisi repastinato nec nisi unio radicẽ seri tenero & soluto malleolum sulco uel scrobe. In colles sulcos agere transuersos melius quam pastinare ut defluuia palis eaq; contineantur aquoso ęlo uel sicco solo malleolos autumno nisi si tractus ratio mutauerit. Siccus enĩ & calidus autumno poscit humidus frigidusq; etiam uernis exitu. In arido solo uuę radix quoq; frustra serit male & in siccis malleolus nisi post imbres aut in riguis uel frondens uitis & usq; ad solticium recte usq; ut in hispania. Quiescere uentos sationis die utilissimum plerique austros optant. Cato abdicat. Interesse medio tẽperamento inter binas uites oportet pedes quinos nimium autẽ lęto solo pedes quaternos tenui plurimum octonos. Vmbri & marsi ad uicenos ĩtermittunt a rationis gratia in his quę uocãt procul & a pluuio & caliginoso tractu rariores poni sicco densiores congruit subtilitas parsimonię cõpendia inuenit cum uinea in pastinato seratur obiter seminariũ faciendi ut & uuę radix loco suo & malleolus qui transfertur inter uites eo ordine seratur quę ratio in iugero circiter xv. uiuam radicẽ dorat. Intra biennium autẽ fructus quo tardius in sato prouenit q̃ in translato. Viua radix posita in uinea post ãnũ resecatur usque ad terram ut unus tantum emineat oculus amminiculo iuxta affixo et fimo addito. Simili modo & secundo anno reciditur uiresq; concipit & intra se pascit suffecturas boneri alias festinatione pariendi gracilis atq; et uncidam cohibeatur castigatione tali in fętum exeat tota. Nihil auidius nascitur ac nisi ad pariendũ uires seruentur tota fit fętus. Pedamenta optima quę diximus aut radice robore ole aque quę si non sint pali iunipero cupręsso alburno sambuco. Reliquoq; generum sudes omnibus annis recidunt. Saluberrima in iugo harundo connexa fasciculis durat quinis annis cum breuiore palmites sarmẽto iũguntur inter se funum modo ex hoc arcus functa dicũt. Tertius uineę ãnus palmite uelocem robustumq; emittit

et quem faciat ętas uitē hic in iugum insilit. Atqui tum execat eum spina falce au-
ferendo oculos ut longius euocent noxia iniuria utilior enī consuetudo pariendi
satius q̄ pampinos auiditate detegere usq; quo placeat roborari eam Sunt qui uetāt
tangi proximo anno quo translata sit neq; ante sexagesimū mēsem falce curari. Tūc
autē ad tres gēmas recidi: alii & proximo quidē anno recidunt sed ut ternos quater-
nos ue singulis annis adicināt articulos: quarto demū perducāt ad iugum. Id utriq;
fructū tardum pręterea retorridū & nodosum pluminoz icremēto. Optimum autē
matrē esse firmam: postea fętum audacē Nec tutū est quod cicatricosum magno im
peritię errore quicquid est tale plagis nascit: nō e matre totas habeat illa uires dum
roboratur & annuos accipit tota fętus: cum pmissum fuerit nasci nihil natura porti-
onibus parit. Quę cum excreuerit satis firma: protinus in iugo collocari debebit sic
etiamnū firmior erit: sub ipso iugo hospitari. Recisa uiribus non ętate decernit. Te-
merarium est ante crassitudinē pollicaré uiti impare. Sequēti anno palmites salutēt
pro uiribus matris singuli aut gemini. Itē & secuto si coget infirmitas nutriantur
Tertioq; demū anno duo adiciant. Nec sunt plures quaternis unq̄ permittēdi bre-
uiterque non īdulgēdum & semper inhibenda fecunditas. In ea est natura ut parere
malit q̄ uiuere. Quicquid materię adimit fructui accedit. Illa semina uult q̄ fructū
gigni: quoniā fructus caduca res est: si pernitiose luxuriat nec ampliat se sed egerit
Dabit consilium & soli natura: in macro etiam si uires habebit recisa: intra iugū mo-
ritur ut omnis fetura subito exeat. Minimū id esse debebit īteruallū ut attingat iu-
gum supetque non teneat adeo nō recūbat in eo nec delicate se spargat. Ita tēperetur
hic modus ut crescere etiamnū malit q̄ parere palmes. Duas tres ue gēmas habere
sub iugo debet ex materiis quibus materia nascat. Tunc per iugū mergi alligarique
ut sustineat iugo non pendeat. Vinculo mox astrictius a tertia gēma quoniā & sic
cohercetur īpetus materię: densioresq; citra pampini exultēt cacumē relinari uetant
Natura hęc est. Deiecta pars aut pręligata fructum dat plurimumq; ipsa curuatura
Quod citra est materię mittit: offensante credo spiritu & illa quā diximus medulla.
Quę ita emicuerit materia fructū dabit anno sequente: sic duo genera palmitū. Que
e duro exit materiamq; in proximū annū promittit Pampinariū uocat aut uti supra
cicatricē est fructuarium. Alterum ex anniculo palmite semper fructuariū relinqui-
tur sub iugo & qui uocatur custos: hic est: nouellus palmes non longior tribus gē-
mis: proximo anno materiam daturus si uitis luxuriose cōtēpserit & alius iuxta eū
uerrucę magnitudine qui ferunculus appellatur: si forte custos fallat uitis antequā
septimū annum a surculo cōpleat euocata ad fructum emucescit ac morit nec uete-
rē placat palmitē in longum & ad quartū usq; pedamētum emittit quod alii dracōes
alii uinculos uocant ut faciant quę masculeta appellant cum īduruit uitis. Pessimū
in uinea traducere quinto anno & ipsi palmites intorquētur: singulęq; singulis ma
terię emittunt. Ac deinde e proximis prioresq; amputantur. Semper custodē relin
qui melius sed his proximus uiti esse debet nec longior q̄ dictum est. Et si luxuria-
uerūt palmites ītorqueri ut quattuor materias uel duas si uniuga erit uinea emit-
tat si per se uitis ordinabitur sine pedamēto & qualecūq; ī ūitio amminiculū deside-
rauit dū stare cōdiscat & recta surgere: cętera ad priōrdia eadē. Diuidi aūt āputatione
pollicis īequali exaīne undiq; ne pręgrauet fructus parte aliqua obiter idē deprimēs
prohibebit in excelsum emicare: huic uineę trium pedum altitudo excelsior mitat.
Cęteris a quinto dum ne excedat hominis longitudinē iustam: his quoq; quę spar-
gunt in terra breui adimitandū caueas circūdāt scrobibus per ambitū factis ne ua-
gi palmites intra se pugnēt occursantes: maiorq; pars terraz ita supina intellure uī-
demiam metuit. Siquidē & in africa & in ęgypto syriaq; ac tota asia & multis locis
europe hic mos prevalet. Ibi ergo iuxta terram comprimi debet uitis eodē modo et
tempore nutrita radice quo iniugata uinea ut semper tantum pollices relinquantur

fertili solo cum tribus gēmis graciliore quinis: prestatq; multos esse quam longos. quę de natura soli diximus tanto potētiora fatient quāto proprior fuerit uua terrę Genera separari ac singulis conseri tractibus utilissimū mixtura enim generū & in uino non modo in musto discors aut si misceantur non alia q̄ pariter maturescentia iúgi necessarium iuga altiora quo lętior agit & quo planior. Item roscido nebuloso minusq; uētoso cōueniunt. Cōtra humiliora gracili & arido estuoso uētisq; exposito Iuga ad pedamētum q̄ arctissimo nodo uinciri oportere uitem leui contineri: quae genera uitium est ī quali solo: ęloq; essent Conferenda: quom ennumeraremus natu ras earum: & uinorū docuimus de reliquo uehementer ambigitur. pleriq; estate tota post singulos rores: quom fodi iubent: uineā alii germinātem Decuti enim oculos tractuq; in tantū deteri: & ob id arcendū procul omne quidem pecus: sed maxīe lana tum. quontā facillime auferat gēmas inimicos: & pubescente uua rastros: satisq; esse uineam ter anno confodi ab equinoctio uerno ad uergiliarū exortum & canis ortum et nigrescēte acimo. Quidā ita determinant ueterē semel a uindemia ante brumam cum alii ablaqueare & stercorare satis putēt. Iterūq; ab idibus aprilis anteq̄ concipiat hoc est in sexto Idus maias deinde priusquā florere incipiat & cum defloruerit et uariāte se uua. Peritiores affirmāt si iusto sepius fodiatur in tantū tenerescere acinos rumpantur. Quę fodiuntur ante feruētes horas diei fodiendas cōuenit sicuti lutum neq; arare neq; fodere fossione puluerē excitatum contra soles nebulasque prodesse Pampinatio uerna inconfesso ab idibus Maiis intra dies x. utiq; anteq̄ florere īcipiat & ea infra iugum debere fieri. Die sequēte uariant sentētię cum floruerit aliqui pā pinandū putant: alii sub ipsa maturitate sed de his precepta catonis decernēt. Nanq; et putationū tradenda ratio est. Protinus hanc a uindemia ubi ęli tepor indulget adoriuntur sed hoc fieri nunq̄ debet ratione naturę ante exortū aquilę ut in syderū causis docebimus proximo uolumine imo uero fauonio quoniam anceps culpa sit prępropere festinationis si saucias recēti medicina mordeat quędam hyemis rumi natio. Certum est gēmas eārū frigore bebetari plagasq; findi & ęli uicio exuri oculos lachryma distillante. Nam gelu tragiles fieri quis nesciat. Operariorū ista cōputatio est. In latifundis non legitima naturę festinatio quo maturius putant aptis diebus eo plus materię fundunt. quo serius eo fructum uberiorē. Quare macras prius cōue nit putare ualidas nouissime plagā omnē obliquā fieri ut facile decidant imbres et ad terrā uerti q̄ leuissima cicatrice acie falcis exacta plagaq; cōuelata. Recidi semper inter duas gēmas ne sit uulnus oculis in recisa parte. Nigram esse eam existimāt et donec ad sincera ueniatur recidēdam quoniam e uitiosa materia utilis non exeat. Si macra uitis idoneos palmites nō habeat ad terram recidi eam nouosq; elici utilissi mum in pampinatione nō his detrahere pampinos qui cum uia sint. Id enī et uuas supplantat pręterq̄ in nouella uinea. Inutiles iudicant in latere nati non ab oculo quippe etiam uua quę nascitur e duro rigescēte ut nisi ferro detrahi non possit. Peda mentum quidē inter duas uites utilius putant statui & facilius ablaqueant ita me liusq; est uniuge uineę si tamē & ipsi iugo sint uites nec statu infesta regio in qua dripartita quā proximū oneri amminiculū esse debet: ne tamen īpedimentū sentiat ablaqueato cubito abesse non amplius. Ablaqueari autē priusquā putari iubēt. Cato de omni cultura uitiū ita pręcipit. Quam altissimam uineam facito alligatoq; recte dum ne nimium constringas: hoc modo eam curato. Capita uitium putata circūfo dito. Arare incipito ultra citraq; sulcos perpetuos ducito uites teneras q̄ primū pro pagato: ueteres q̄ minimū castrato potius si opus fuerit deficito: biennioq; post prę cidito. Vitem nouellam resecari tutum erit tēpus ubi ualebit. Si uinea a uite caluata erit sulcos interponito. Ibi uiuam radicē serito umbram a sulcis remoueto: crebroq; fodito. In uinea ueteri serito ocinum si macra erit quod granum capit ne serito et cir cum capita addito stercus paleas uinaceas aliquid boruice. Vbi uinea fōdere ępit

pampinatio uineas nouellas abligato crebro ne caulis perfringatur & quę iam in perticam iuit eius pampinos teneros alligato leuiter porrigitoq; ubi recte ſtent ubi uua uallaria fieri cęperit uites ſubligato. Vitis inſitio una eſt per uer: altera cum uua floret ea optima eſt. Vineam uetere ſi in alium locum tranſferre uolueris brachium craſſum licebit primũ deputato binas gemas nec amplius relinquito ex radicibus bene exfodito: & caue radices ne ſaucies. Ita uti fuerit poſito in ſcrobe aut in ſulco operito & bene occultato. Eodęq; modo uineam ſtatuito alligato floxatoq; uti fuerit crebro q; fodito. Ocinum quod in uinea ſeri iubet antiqui appellabant pabulũ umbrę patiens: quod celerrime proueniat.

SEquitur arbuſti ratio mirum in modum damnata a Saſerna patre filioq; celebrata ſcrophę uetuſtiſſimis poſt Catonẽ pitiſſimis ęnea ſcropha quidẽ niſi italię cõceſſa cum tam longo iudicetur ęuo nobilia. Vina nõ niſi in arbuſtis gigni & in his laudatiora ſummis: ſicut uberiora imis adeo excelſitate proficitur. Hac ratione & arbores eligunt̃ prima omnium ulmus excepta prętер nimiam frondẽ a tinea. Deide populus nigra eadem de cauſa minus denſa folio: non ſpernũt pleriq; & fraxinum ficumq; et etiam oleam ſi non ſit umbroſa ramis: haę ſatus cultuſq; abunde tractatus eſt: ante trigeſimũ ſextũ menſem attingi falce uetant̃ alterna ſeruantur brachia alterius putant̃ annis ſexto anno maritant̃. Tranſpadana italia prętер ſupradictas cornu populo tilia acere cum carpino quercu arbuſtat agros: uenetia ſalice propter uliginẽ ſoli & ulmus detruncata media intra ramoę ſcamna digeritur: nulla fere xx. pedum altiore arbore. Tabulata eaę ab octauo pede altitudinis dilatant̃. In collibus ſiceiſq; agris a xii. In campeſtribus & humidis meridianũ ſolem ſpectare palmites debent rami a proiectu digitoę modo ſubrigi tonſili in his eximium quoq; uirgultoę barba ne obumbrent interuallo uſtum arboę ſi aretur ſolum quadragẽ pedes in terga frontemq; in latera uiceni ſi non aret̃ hoc in omnes partes ſingulis denas ſępe adnutriunt uites damnato agricola minus ternis maritare niſi ualidas inimicũ enecante ueloci uitium ſcremẽto. Serere tripedanea ſcrobe neceſſarium diſtantes iter ſeſe arbores ſingulis pedibus. Nihil ibi malleolis atq; paſtinationi nulla fodiendi ſpẽdia utpote cũ arbuſti ratio hęc peculiari dote pręſtet quod ab eodẽ ſolo ſeri fruges et uitibus prodeſt ſuper quã quod uindicans ſe altitudo non ut in uinea ad arcendas aliium iniurias pariete uel ſępe uel foſſaę utiq; impẽdio muniri ſe cogat in arbuſto et prędictis ſola uiuę radicis ratio. Itẽ propaginũ & hęc gemina ut diximus qualorum et ipſo tabulato maxime probata quoniam a pecore tutiſſimũ eſt. Altera deflexa uite uel palmite iuxta ſuam arborẽ aut citra proximã celibẽ quę ſupra terram eſt e matre radi iubetur ne fruticet in terra non pauciores quattuor pedes in longo conſtat ois ſulco tres lato alto duos cum ſemipede Poſt annum propago ĩcidit̃ ad medullã ut paulatim radicibus aſſueſcat ſuis. Caulis a capite ad duas gemas reciditur: tertio totus merſus abſciditur repetiturq; altius in terram ne ex reciſo frondeat. Tolli uiua radix a uindemia protinus debet. Nuper repertũ draconẽ ſerere iuxta arborẽ: ita palmitẽ appellamus emeritũ pluribus induratum annis hũc pręciſum q̃ maxima amplitudine tribus partibus longitudinis deraſo cortice quatenus obruat̃ ĩde & raſilẽ uocant. Deprimere ſulco reliqua parte ad arborẽ erecta. Ociſſimũ in uite. Si gracilis ſit uitis aut terra uſitatum eſt q̃ proxime ſolũ decidi donec firmet̃ radix ſicuti neq; roſcidam ſeri neq; a ſeptẽtrionis flatu uites aquilonẽ ſpectare debent. Ipſę autẽ palmites earũdem ad meridiem: non eſt feſtinandũ ad putationẽ nouellę: ſed primos in circulos materię colligẽda nec niſi ualide putatio admonẽda. Seriore anno fere ad fructum arbuſta uite q̃ iugata Sunt qui omnino putari uetant priuſquã arborẽ longitudiẽ ęquauerit prima falce ſex pedes a terra recidat̃ flagello ĩtra relicto & naſci coacto in curuationẽ materię tres et gemmę nõ amplius deputato ſuperſint. Ex his

emissi palmites proximo anno imis igerãtur scãnis ac per singulos ãnos ad supiora scandant relicto semper duramẽto in singulis tabulatis & emissario uno qui subeat usquequo placuerit. De cętero putatione omni flagella quę proxime tulerit recidãt nouã circũcisis undiq; capreolis spargũtur in tabulatis. Vernacula putatio deiectis per ramos uitium crinibus circũuescit arborẽ crinesq; ipsos uuis gallica intra duces porrigitur. Aemiliq; uię in radice satimaq; ambitum frondẽ eaq; fugiẽs. Et quorũdã imperitia sub ramo uitem uinculo suspendendi suffocante iniuria quid contineri debet minime non arctari: quinimo etiã quibus salices supersunt molliore hoc uinculo facere malunt herbaq; quam siculi uocant ampelodesmõ. Gręcia uero uniuersa iunco cypero ulna liberata quoq; uinculo per aliquot dies uagari datq; in conditam spargi atq; in terram quam per totum spectauerit recũbere. Nãq; ueterrina a iugo et canes a cursu uolutatio uiuacitatum & uitium porrigi lumbos. Arbor quoque ipsã gaudet assiduo leuata honore similis respiranti: nihil est in opere naturę quod non exemplo dieq; noctiumq; aliquas uices feriaq; uelit. Ob id protinus a uindemia putari & lassas etiam num fructu edito iprobatur putare rursus alligẽt alio loco. Nãq; orbitas uiculis sentitur uexatio est non dubia. Traduces gallicę cultura binis utriq; lateribus si pars quadrageno distet spatio quaternis. Si uiceno inter se obuii miscẽt alliganturq; uno. Conciliati uirgultoq; comitatu obiter rigorati qua deficiant aut si breuius non patiatur ipsaq; alligato protendunt in uiduam arborẽ unco traducem binum pręcidere solebant: boneratas enim uetustate melius donare tẽpus ut trãsilẽ faciant nisi largiatur crassitudo. Alias utile thoros futuri draconis passi. Vnũ etiam num genus est medium hoc & propagine totas supplantandi in terram uitẽ cuneis que findendi & inter sulcos plures simul ex una propagandi gracilitate singularum firmata circũligatis bastilibus nec recisis quia lateribus excurrũt pampinis. Nouariensis agricola traducum turba non cõtemptus nec copia ramoq; ipositis etiamnum patibulis palmites circũuoluit. Itaq; prętet soli uitia iam culturã quoque torua fiunt uina. Alias culpa ut iuxta urbẽ uarracinis quę alternis putant annis non quia id uiti conducat sed quia utilitate redituum ipendii exuperẽt. Medium tẽperamentum in carsulano sequunt carnosas tantum uitis partes incipiẽtes inarescere deputãdo: cętęris ad uuam relictis detractato onere superuacuo pro nutrimento omnis est raritas uulneris sed nisi pingui solo talis cultura degenerat in lambruscam. Arbusta arari q̃ altissime desiderant tam & si frumenti ratio non exigit. Pampinari ea non est moris & hoc cõpendium opere deputatur cum uite pariter interlocata densitate ramoq; qui sint superuacui & absumant alimẽta. Plagas ad septẽtriones aut ad meridiẽ spectare uetuimus melius si neq; in occasus solis. Diu eni dolent. Talia quoq; ulcera et difficile sanescunt algendo minus estuando ue non cadẽ in uite quę in arbustis libertas: quoniã creta latera & facilius abscondere: & detorquere quo uelis plagas. In arboq; tonsura supiniore uelut calices faciendi ne consistat humor uiti adminicula addenda quę scandat appręhẽsas si maiora sint.

VItium generosaq; pergulas tribus putandas & quarũ seruare uuas libeat decrescente luna tradũtq; uero interlunio si sint putatę nullis animaliũ obnoxias esse. Alia ratione plena luna noctu tondẽdas cũ sit ea in leone scorpione sagittario tauro atq; in totum serẽdas plena aut crescẽte utiq; cessent. Sufficiunt in Italia cultores: dein in centena iugera uineaq;. At abunde de satu cultuq; arboq; tractato quoniã de palmis et citiso in peregrinis arboribus affatim diximus ne quid desit in dicãda: reliqua natura sit magnopere pertinens ad omnia ea. Infestãtur nãq; & arbores morbis. Quid ei genitum car& bis malis. Et siluestrium quidẽ perniciosos negãt esse uexariq; tãtũ grandiẽ in germinatione aut florere. Aduri quoq; feruore aut flatu fragiliore prępostero die q̃ suo frigora etiam obsunt ut diximus. Quid ergo nõ et uites algore iterẽt

Hoc quidē est quod deprehendatur soli uitium: quoniam nō euenit nisi in frigido. Itaq; per hyemes cęli rigorē probamus: non soli uero infirmissimę arbores gelu periclitantur sed maxime uexatisq; ita prima cacumina marescūt: quoniā prescriptus non potuit eo peruenire humor. Arborꝫ quidam cōmunes morbi. Vermiculatio est syderatio & dolor mēbrorꝫ unde partium debita sotietate nominū quoq; cū hominis miseris trunci dicimus certe corpora & oculos germinū exustos ac multa simili sorte. Itaq; laborant & fame & crudelitate quę fiunt humoris quātitate. Aliquando uero & obesitate ut omnia quę ferunt resinam nimia pinguedine in tedam mutant. Et cum radices quoq; pinguescere cępere ītereunt ut animalia nimio adipe: quanto et pestilencia per genera sicut inter homines nūc seruitia: nūc plebs urbana uel rustica. Vermiculantur magis minus ue quędam omnes tamē fere. Idq; aues cauticis sono experiuntur. Iam quidē & in hoc luxuria esse cępit pręgrandesq; roborū delicatiores uti in cibo cosses uocant atq; etiam farina saginati. Hi quoq; altiles fiunt. Maxime autē arborꝫ hoc sentiunt pyri mali fici minusq; amarę fiunt & odoratę eorꝫ qui in ficis existūt. Alii nascunt ex ipsis alius parit qui uocat cerastes. Omnes tamē in cerasten figurant sonumq; edunt paruuli stridoris. Et sorbus arbor infestat uermiculis ruffis & pilosis atq; ita emoritur. Mespili quoq; in senecta noxia morbo est. Syderatio tota cęlo constat: quapropter & grando in his causis intelligi debet carbūculatio & quod pruinaꝫ iniuria euenit: hoc enī uerno tēpore inuitatis & erūpere audētibus satis mollibus īsidēs adurit lactescētes germinum oculos quod in flore carbūculum uocant pruinę pernitiosior natura quoniam lapsa persidet gelatq; ac ne aura quidē ulla depellitur quia non fit nisi immoto aere & sereno. Propriū tamē syderationis est sub ortū canis siccatum uapor tum insitę ac nouellę arbores moriunt. Precipue ficus & uites olea pręter uermiculationē quā eque ac ficus sentit clauum etiam patitur siue fungum placet dici uel patellam. Hęc est solis exustio: nocere tradit Cato & rubrum muscum nocet plerūq; uitibus atq; oleis & nimia fertilitas. Scabies cōmunis omnium est in petigo & quę adnasci solent cocleo peculiaria ficorꝫ uitia nec ubiq;. Sunt. n. quędā egritudines & locorꝫ. Verum ut homini neruorum cruciatus sic & arbori: ac duobus ęque modis: aut enī in pedes hoc est radices irrūpit uis morbi: aut in articulos hoc est cacuminū digitos qui longissime a toto corpore exeūt. Inarescūt ergo & sunt apud grecos sua nomina utrique uitio undiq; primo dolor mox et maries earum partium fragilis: postremo tales morbusq; non intrante succo aut non peruenente maximeque id fici sentiunt. Caprificus omnibus immunis est quę adhuc diximus. Scabies gignitur roribus lentis post uergilias. Nam si rariores fuere perfundunt arborem non sculpunt scabie. Cętero si cadunt siue imbres nimii fuere: alio modo ficus laborat radicibus madidis. Vitibus pręter uermiculationem & syderationem morbus peculiaris articulatio tribus de causis una uti in tēpestiuum germinibus ablatis. Altera ut notauit Theophrastus in supinum excisis. Tertia culturę īperitia lęsis. Omnes eaꝫ iniurię in articulis sentiunt. Syderationis genus est in his defloresceētibus roratio: aut cū acini prius q̄ crescāt decoquūt in callum egrotant & cum alsere lęsis uredine attōsarum oculis ex calore hoc euenit intēpestiuo: quoniam omia modo constāt certoque tēperamento. Fiunt & culpa colentium uitia cum pręstringūtur ut dictum est: aut circumfossor iniurioso ictu uerberauit uel etiam subarator īprudēs luxauit radices: corpusque desquamauit. Est et quędam contusio falcis hebetioris quibus omibus causis difficilius tollerāt frigora aut ęstus: quoniam iulcus penetrat omnis a foris iniuria. Infirmissima uero malus maxime quę dulcis est. Quibusdam debilitas sterilitatē non necem affert ut si quis pino cacumie auferat uel palmę sterilescūt enim nec moriūtur. Egrotāt aliquando et poma ipsa per sese sine arbore si necessariis tēporibus imbres aut tepores uel afflatus defuere aut contrario abundauere. Decidūt enim aut deteriora fiunt: pessimum

est inter omnia cum florescētem uitem & oleam percutit imber: quoniam simul de fluit fructus. Sunt ex eadē canescētes & erucę dirū animal eroduntq; frondē aliq; florem. Oliuaq; quoque ut in oliueto ac depastam arborē turpi facie relinquūt. Nascit hoc malum tēpore humido & lento. Fit aliud ex eodē. Si sol acrior īsecutus īusserit ipsum uitium ideoq; mutaueris. Est etiamnū peculiare oliuis ac uitibus. Araneum uocant cum ueluti telę iuoluunt fructum & absumūt. Adurūt & flatus quidam eas maxime: sed & alios fructus. Nam uermiculationē & poma ipsa per se quibusdam annis sentiunt mala: pyra: mespila: punica. In oliua ancipiti euētu quando subeunti nati fructum adimūt. Arēt si in ipso nucleo fuere credētes cū gigni illos prohibent pluuię quae fiunt post arctuq;. Eędē si austrinę fuere generant. Hydropis quoq; quę maturescētes tūc sunt prēcipue caducę. Id riguis magis euenit & si non cecidere festidiendis. Sunt et culicum genera aliquibus molesta ut glādibus fico qui uidentur ex humore nasci tū dulci subdito corticibus. Et egrotatio quidē fere in his est: quędam tēporū causę aut locorū non proprie dicuntur morbi: quoniam protinus necant sicut tabes cum inuaserit arborē aut uredo uel flatus alicuius regionis proprius ut est in Apulia atabulus: in Euboea olympias: hic enim si flauerit circa brumā frigore exurit arefaciens ut nullis solibus postea recreari possint hoc genere cōualles & apposita fluminibus laborant prēcipueq; uitis olea ficus: quod cum euenerit detegitur statim de germinatione in oliua tardius. Sed in omnibus signū est reuiuiscēdi si folia amittere. Alioquin quas putes prēualuisse moriuntur. Non nunq; arescūt folia eadēq; reuiuiscunt. alia in septētrionalibus ut ponto phrygia frigore aut gelu laborant si post brumam continuauere xl. diebus. Ibi autē & in reliquis partibus si protinus editis fructibus gelatio magna consecuta est: etiam paucis diebus necat: quę iniuria boīnū constant fecundas habent causas pix oleum adeps inimica prēcipue nouellis cortice in orbem detracto necantur excepto subere quod sic etiam uiuat: crassescēs enī prēstrīgit & strangulat nec andrade ostenditur si non simul incidatur & corpus. Alioquin et cerasus & tilia & uitis corticē mittunt: sed non uitalē nec proximū corpori. Verū eum qui subnascēte alio expellitur quarūdam natura rimosus cortex ut platanis tiliq; renascitur paulominus q̄ totus. Ergo his quaq; cicatricē trahit medentur luto fimoq; Et aliquando prosunt si non uehementer frigoū uel caloū uis secuta est. Quędam tardius ita moriuntur ut robora & quercus. Refert et tēpus anni. Abieti enim & pino si quis detraxerit sole taurū uel geminos transeunte cū germinant statim moriuntur. Eandem iniuriam hyeme passę diutius tollerant. Similiter ilex & robur quercusque si angusta decorticatio fuerit nihil nocet. Supradictis infirmioribus quidē & in solo gracili uel ab una tantū parte detractus iterimit similē & decacuminatio rationē habet cupressi piceę cedri: hę enim detracto cacumine aut ignibus adusto intereunt similē & depastio animalium. Oleam quidē etiam si lambat capra sterilescere auctor est uarro ut diximus quędam hac iniuria moriuntur. Aliqua deteriora fiūt ut amygdale. Ex dulcibus enim transfigurantur in amaras. Aliqua uero etiam utiliora ut apud chios pyrus q̄ phocida appellant nam detruncatio diximus quibus prodest. Intereūt pluraq; & fixa stirpe exsecta ut uiti malo fico punicę quędā & abulcere ficus hāc iniuriam spernit & omnia quę resinam gignunt radicibus amputatis mori mime miror est: pleręq; tamē non omnibus sed maximis aut quę sunt inter illas uitales abscissis moriuntur necat inuicē sese umbra uel densitate atq; alimēti rapina. Necat & hedera uinciens: nec uiscum prodest & cytisus nec aureon quod alimon uocant grēci: quorūdam natura non necat quidē: sed lędit odore aut succi mixtura raphanus & laurus uitē. Ob factatrix enī intelligitur extīgui odore mirū in modum. Ideoq; cum iuxta sit auerti & recedere saporēq; inimicum fugere: hinc sumpsit androchides medicinā contra ebrietates raphanum mandi prēcipiens. Odit & caulē & omne olus odit et coriium nisi procul absint tristis atq; egra uitrum quidē alumē marina aqua calida

et fabę putamina uel ultima uenena ſint inter uitia arborꝫ.

ESt & prodigiis locus: inuenimus enim eas ſub foliis natas uitē & malum punicum ſtipe fructū tuliſſe nō palmite aut ramis uitem uuas ſine foliis. Oleas quoq; amiſiſſe folia baccis bęrētibus. Sūt & miracula fortuita: nam & oliua in totū ābuſta reuixit & in boetia deroſę a locuſtis fici regerminauere: mutantur arbores & colore fiuntq; ex nigris candidę non ſemp prodigioſę & maxime quę ex ſemine naſcuntur ut populus alba in nigrā tranſit. Quidam & ſorbum ſi in calidiora loca uenerit ſterileſcere putant. Prodigio autē fiunt ex dulcibus acerba poma aut dulcia ex acerbis e caprifico fici aut contra graui oſtento cum deteriora mutantur ex olea in oleaſtrū ex candida uua & fico in nigras: aut ut laodice xerſis aduētu platano in oleam mutata qualibus oſtentis Ariſtandri apud grēcos uolumē ſcat & ne in infinitum abeamus: apud nos uero cepidi: commentariis in quibus arbores locutę reperiuntur. Subſedit in cumano arbor graui oſtento paulo ante pōpeii magni bella ciuilia paucis ramis eminētibus. Inuentum ſibilinis libris internitionem hominum fore tanto maiorē quanto propius ab urbe poſtea facta eſſet. Sunt prodigia & cū alienis locis enaſcūtur ut in capitibus ſtatuarꝫ uel aris & cum arboribus ipſis alienę ficus in lauro nata eſt Cizici ante obſidionē. Simili modo trallibus palma in baſi Cęſaris dictatoris circa bella ciuilia eius: necnon & Romę in capitolio in capita bis bello perſei enata palma victoriam triūphoſq; portēdit. Nam tempeſtate proſtrata eodē loco ficus enata eſt. M. meſſale. C. Caſſi cenſorꝫ luſtro a quo tēpore pudicitiam ſubuerſam. Piſo grauis auctor prodidit ſuper omnia quę unq̄ audita ſunt erit prodigiū in noſtro ęuo. Neronis principis ruina factū in agro marrucino uecti marcelli e primis equeſtris ordinis oliueto uniuerſo uiam publicā tranſgreſſo. Ariuſq; inde e contrario in locum oliueti profectis

NVnc expoſitis arborꝫ morbis conſentaneum eſt dicere & remedia ex his quędā ſunt cōmunia omniū: quędā propria: quarūdam communia ablaqueatio accumulatio afflari radices: aut cooperiri riguas dato potu uel ablato fimi ſucco refectis putatione leuatis onere. Itē ſucco emiſſio quędam ueluti detractice ſanguinis circūraſio corticis uitium extenuatio & domitura palmitū gemmarꝫ ſi frigus retorridas hirtaſq; fecerit repumicatio & quędā politura. Arborꝫ his aliq; magis: aliq; minus gaudent ueluti cupręſſis & aquam aſpernatur & fimū & circū foſſuram amputationeq; et omnia remedia odit: quinetiam necat riguis uitis et punica prēcipue aluntur. Ficus ipſa arbor riguis alitur pomū uero eius inareſcit. Amygdalę ſi colāt foſſione florē admittunt nec ſitas circumfodere oportet priuſquā ualide ferre cęperint poma. Plurimę autē amputari ſibi uolunt onerоſa ac ſuperuacua: ſicut nos ungues & capillū Reciduntur ueteres totę. Rurſus a ſtolone aliquo refurgunt ſed non omnes nec nisi quarꝫ naturā pati diximus. Rigua ęſtiuis uaporibus utilia hyeme inimica autūno uaria & e natura ſoli quippe cum uidemiator biſpaniarꝫ ſtagnante ſolo uuas demetat. Cęterum maiori parte orbis etiam pluuia aut omni aqua ſeri & arare cōueit. Circa canis ortum rigua maxime proſunt ac ne tunc quidē nimia: quoniam ſebriatis radicibus nocent & ętas modum tēperat: nouellę enim minus ſitiunt deſiderāt autē maxime rigari quę aſſueuere. Contra ſiccis locis genita non expetūt humorē niſi neceſſarium. Aſperiora uina rigari cupiunt. In ſulmonēſi italię agro pago Fabiano ubi & arua rigantur mirūque herbę aqua illa necantur fruges aluntur & riguus proſarculo eſt. In eodē agro bruma tanto magis ſi niues ſicceant gelet ue ne frigus uites adurat circūfundunt riguis quod ibi tepida reuocēt memorabili natura in amne ſolis ędem ęſtate uix tollerandi rigoris.

CArbunculi ac rubiginũ remedia demonstrabimus uolumine proximo. Interest & castratio quędam in remediis cum macie corticis ex egritudine astringente se iustoq; plus uitalia arborꝫ cõprimẽto exactam falcis aciem utraq; manu iprimentes perpetuis incisuris deducũt ac ueluti cutẽ laxant salutare id fuisse argumẽto sunt dilatatę cicatrices & internato corpore expletę magnaq; ex parte similis hominũ medicina & arborꝫ est quando eaꝫ quoq; terebrantur ossa. Amygdalę ex amaris dulces fiunt si circũfosso stipite ab una parte circumforato defluens pituita abstergatur. Ex ulmis detrahitur succus inutilis supra terrã foratis usq; ad medullam in senecta aut cum almẽto nimio abundare sentiuntur. Idem & ficoꝫ turgido cortice incisuris in obliquum leuibus emittitur. Ita & fit ne decidant fructus pomiferis quę germinãt nec ferunt fructum fixa radice imittitur lapis fertilesq; fiunt. Hoc idẽ in amygdalis e robore cuneo adacto. In pyris sorbisq; & theda ac cinere e terra cooperto etiam radices circumcidisse prodest. Vitium luxuriantium ficoꝫ & circũcisis cinerẽ addidisse fici serotinę fiunt si primę grossę cum fabę magnitudinẽ excessere detrahantur. Subnascantur enim quę serius maturescunt eadẽ fronde incipiũt si cacumina tamen cuiusque detrahantur & firmiores fertilioresq; fiũt. Nam caprificatio maturat in ea culices nasci e grossis manifestum est: quoniam cum euolauere non inueniuntur intus grana quę in eos uersa apparet. Exeundi tanta est auiditas ut pleriq; aut pede relicto aut pinnę parte erumpant. Est & aliud genus culicum quod uocant Cẽtrinas fucis apium similes ignauia malitiaq; cum pernitie uerorꝫ & utilium. Interimũt enim illos atq; ipsi moriuntur. Vexant & tineę semina ficoꝫ contra quas remedium in eadem scrobe defodere. Italicam lentiscum in uersa parte quę fuerit a cacumine. Vberriãs autẽ ficus lubrica amurca deluta & cum fimo ĩfusa radicibus frondere ĩcipientium ficit. Caprificorum laudantur maxime nigrę & in petrosis: quoniam fomẽta plurima habeant. Caprificatio ipsa post imbrem. In primis autẽ cauẽdum ne ex remediis uitia fiant: quod euenit nimia aut intẽpestiua medicina. Interducatio arboribus p̃dest sed omnium anno & trucidatio iutilissima. Vitis tantum tonsuram annuam querit. Alternam myrtus punicę oleę quia celeriter fruticescũt. Cęterę rarius tondentur. Nulla autumno ac ne radantur quidẽ nisi uere putatione plaga ad uitalia sunt omnia quę cũque non superuacua. Similis fimatio gaudent eo: sed cauẽdum ne in feruore solis admoueatur ne ĩmaturius ne ualidius q̃ opus sit. Vrit uineas suillum nisi quĩquẽnio interposito pręterq̃ si riguis diluatur & e coriariorꝫ sordibus nisi admixta aqua. Item largiosius tunc existimant in denos pedes quadratos tres modios. Id quidem soli natura decernit. Colũbino ac suillo plagis quoq; arborꝫ medentur. Si mala puica acida nascantur ablaqueatis radicibus fimum suillum adhibent eo anno uino lenta proximo dulcia futura: alii urina hominis aqua mixta riganda censent quater anno singulis amphoris aut ut cacumina spargi uino lasare diluto si findantur in arbore pediculũ intorqueri. Ficis utiq; amurcam adfundi. Cęteris arboribus egris fecem uini aut lupinum circum radices eaꝫ seri: aqua quoq; lupini decocti circũfusa pomis prodest fici cum uulcanalibus tonuerit cadunt. Remedium est ut ante stipula ordeacea areę stringantur: cerasos prącoces facit: cogitq; maturescere calx admota radicibus. Et hoc ãte oĩa poma ĩteruelli melius est ut quę relicta sunt grandescant.

QVedam pęna emendantur aut morsu excitantur ut palmę et lentisci: salis enĩ aquis aluntur. Salis uim & cinis sed leuiorem habẽt. Ideo fici aspergunt ruta ne fiat Verminosę neue radices putrescant: quin & uitium radicibus aquam salsam iubẽt affundi si sint lachrymosę. Si uero fructus earũ decidant cinerẽ aceto aspergi ipsasq; illum aut sandaraca si putrescat uua. Si uero fertiles non sunt aceto acri subacto cinere rigari atque oblini: quod si fructum nõ maturent prius inarescẽtem prącisarũ

ab radice plagam fibrasque aceto acri: & urina uetusta madefacere atq; eo luto obruere sepe fodere. Oleaꝫ si parum promisere fructus nudatas radices hyberno frigori opponũt eaq; castigatione proficiũt. Omnia hec annua cęli ratione constãt & aliquãdo serius pascunt aliquando celerius: necnon ignis aliquibus prodest aut barũdini. Ambusta nanq; densior mitiorq; surgit. Cato & medicamẽta quędam cõponit mẽsurę quoq; distributione ad maioꝫ arboꝫ radices amphoram: ad minoꝫ urnã amurcę & aquę portioẽ ęqua ablaqueatis prius radicibus paulatim affundi iubẽs. In olea hoc amplius stramẽtis ante circũpositis. Itẽ fico huius pręcipue ueterẽ terram aggregari radicibus. In futuꝫ ut non decidant grossi maiorq; fecũditas nec scabra pueiat. Simili modo ne conuoluolus fiat in uinea amurcę congios duos decoqui in crassitudine mellis rursusq; cubitũ in his tertia parte & sulphuris quarta subdi usq; quo exardescat. Sub tecto hoc uites circa capita ac sub brachiis ungui ita non fore cõuoluolũ. Quidam contenti sunt fimo huius mixturę suffire uineas flatu continuo, triduo pleriq; non minus auxilii & alimẽti arbitrantur in urina quam Cato abdita in amurca modo pari aquę portione quoniã per se noceat. Aliqui uolucre appellãt aial prędẽs pubescẽtes uuas quod ne accidat fales cũ sint exacutę fibrina pelle detegũt atq; ita putant aut sanguine ursino lini uolũt post putationẽ easdẽ. Sunt arborum pestes & formicę has abigunt rubrica ac pice liquida perũctis caudicibus: necnõ et pisce suspenso iuxta in unũ locum congregant: aut lupino trito cum oleo radices liniunt. Multi & has & talpas amurca necant. Contraq; erucas & mala ne putrescant lacerti uiridis felle cacumina tãgi iubẽt. Priuatim autẽ contra erucas ambiri arbores singulas a muliere icitati mensis nudis pedibus recincta. Itẽ ne quod animal pastu malefico decerpat frondẽ fimo boum diluto aspargi folia quotiẽs imber interueniat quoniam obluitur ita uirus medicaminis. Mira quędã excogitante solertia humana quippe cum auerti grandines carmine credãt pleriq; cuius uerba inserere nõ ęquidẽ serio ausim: q̃q̃ a Catone prodita contra luxata mẽbra & unguẽda barũdinum fissurę. Idẽ arbores religiosas lucosq; succidi permisit sacrificio prius facto. Cuius rei rationẽ notionẽq; eodẽ uolumine tradidit.

SEQVITVR NATVRA FRVGVM ORTORUMq; ac floꝫ quęq; alia pręter arbores aut frutices benigna tellure pręueniunt uel per se tantum herbarum immẽsa contẽplatione si quis existimet uarietatẽ numerum flores odores coloresq; & succos ac uires eaꝫ quas salutis ac uoluptatis hominum gratia gignit. Qua in pte primum omniũ patrocinari terrę & adesse cunctoꝫ parenti iuuat: q̃q̃ inter initia operis defensę: quoniã tamẽ ipsa materia intus accedit ad reputationem eiusdẽ parẽtis & noxiam nostris eam criminibus urgemus nostrãque culpam illi iputamus genuit uenena & quis iuenit illa pręter hominẽ. Cauere ac refugere alitibus ferisq; satis est: atq; cũ arbore exequãt liniuntque cornua elephanti & duri saxo rinocerontes & apri dẽtium sicas: sciantq; ad nocendum pręparare se animalia quod tamẽ eoꝫ excepto homine tęla sua uenẽis suis tingit nos & sagittas cingimus & ferro ipsi nocentius aliquid damus. Nos et flumina inficimus & reꝫ naturę elemẽta. Ipsum quoque quo uiuitur aerem in pernitiem uertimus. Neque est ut putemus ignorari ea ab animalibus quę prępararint contra serpẽtium dimicationes quę post pręlium ad medendũ excogitarẽt indicauimus. Nec ab ullo pręter hominẽ ueneno pugnatur alieno. Fateamur ergo cul-

pam ne his quidē quę naſcunt contēti. Etenim quando plura eorū genera humana manu fiunt: qui nō & hominis quidē & uenena naſcunt atra hominū ceu ſerpētiū lingua uibrat: tabeſq; animi contracta adurit culpantium omia ac diraū alitū modo tenebris quoq; uis & ipſaū noctium quieti iuidentium gemitu quę ſola uox eorum eſt ut iauſpicatarum animantium uice obuii quoq; uetent agere aut pdeſſe uite nec ullum aliud abominati ſpiritus pręmiū nouere q odiſſe omnia. Verū & in hoc eadē naturę maieſtas quanto plures bonos genuit ut fruges quanto fertilior in his quę iuuant alūtq; quoū extimatione & gaudio nos quoque relictis exuſtionis ſuę iſtis hominū turbis pergemus ex colore uitam: eoq; conſtantius: quo opere nobis maior quā famę gratia expetitur quippe ſermo: circa rura eſt agreſtis uſus: ſed quibus uitę conſt & bonoſque apud priſcos maximus fuerit.

ARuorum ſacerdotes Romulus primus inſtituit ſeq; xii. fratrē appellauit inter illos ab acca laurētia nutrice ſua genitus ſpicea corona quę uicta alba colligaret in ſacerdotio et pro religioſiſſimo inſigni data: quę prima apud Romanos fuit corona bonoſque his non niſi uita finitur & exules etiam captoſq; comitatur. Bina tunc iugera populo Ro. ſatis erant nulliq; maiorē modum attribuit quo ſeruos paulo ante principis Neronis contēto huius ſpacii uiridariis piſcinas iuuat habere maiores gratiq; ſi non aliquē culinas numa inſtituit deos fruge colere & mola ſalſa ſupplicare Atque ut auctorē emina far torrere: quoniā toſtum cibo ſalubrius eſſet. Id uno modo conſecutum ſtatuēdo non eſſe purum ad rem diuinam niſi totū. Is & fornacalia inſtituit farris torrēdi ferias & eque religioſos terminos agroū hos eni deos tūc maxime nouerant feriamq; a ſerendo ſegeſtam a ſegetibus appellabant: quaū ſimulacra in circo uidemus. Tertiam ex his nominare ſub tecto religio eſt: ac ne deguſtabant quidē nouas fruges aut uina anteq; ſacerdotes primitias libaſſent.

IVgerum uocabatur quod uno iugo boum in die exarari poſſet. Actus in quo boues agerentur cum aratro uno ſpetu iuſto: hic erat cxx. pedū: duplicatuſq; in longitudine iugerum faciebat. Dona āpliſſima Imperatoū ac fortium ciuū quantum quis uno die plurimū circū arauiſſet. Itē quartarii farris aut eminę conferente populo cognomina etiam prima. Inde pilumni qui pilum priſtinis iuenerāt. Piſones a piſendo. Iam fabiorum lentuloū ciceronū ut quiſq; aliquod optime genus ſereret. Iunioū familiam bubulcū nominarūt qui bubus optime utebatur: quin & in ſacris nil religioſius confederationis uinculo erat: nouęq; nuptę farreum pręferebāt agrū male colere cenſoriū probrum iudicabant. Atq; ut refert Cato cum uirum bonumq; colonum diximus amplissime laudaſſe exiſtimātur hinc & locupletes dicebant loci hoc eſt agri plenos pecunia ipſa a pecore appellabatur etiamnū in tabulis cenſoriis Paſcua dicuntur omnia ex quibus populus reditus habet quia diu hoc ſolū uectigal fuerat. Mulctatio quoq; non niſi ouium boumq; ſpendio dicebat. Non omittenda priſcaū legum beniuolētia. Cautum quippe eſt ne bouem priuſquā ouem noinaret qui indiceret multam: ludos boum cauſa celebrantes bubetios uocabāt. Seruius rex ouium boumq; effigie primum era ſignauit frugē quidem aratro quęſitam furtim noctu pauiſſe ac ſecuiſſe puberi xi. tabulis capitale erat ſuſpenſum: cereri necari iubebant grauius q in homicidio coniūctū in pubem pretoris arbitratu uerberari noxā ue duplionē ue decerni: iam diſtinctio bonoſq; ciuitatis ipſius non aliūde erat. Ruſticę tribus laudatiſſime eoū qui rura haberēt. Vrbanę uero in quas tranſferri ignominia eſt & deſidie probro. Itaq; quattuor ſolę erāt a partibus urbis in quas habitāt ſuburana palatina collina exquilina. Nundinis urbē reuiſitabant et ideo comitia nūdinis habere nō licebat ne plebs ruſtica auocaretur. Quies ſomnuſque in ſtramētis

erat. Gloriam denique ipsam a farris honore adoriam appellabant: equidem etiam uerba prisce significationis admiror. Ita enim est in cōmentariis pontificū augurio cinario agendo dies constituantur priusquā frumēta uaginis exeant & antequam in uaginas perueniat. Ergo his moribus non modo sufficiebant fruges nulla prouintiarum pascēte Italiam uerūetiam annonę uilitas ꝛcredibilis erat. Mannius martius edilis plebis primum frumentū populo modio assibus donauit Iutius minutius augurinus qui spurium melium coarguerat farris pręcium in trinis nūdinis ad assem redegit undecimus plebei tribunus. Qua de causa statua ei extra portā trigeminam a populo stipe collata statuta est. Trebius in ędilitate assibus populo frumentū prę stitit. Quam ob causam & ei statuae in capitolio ac palatio dicatę sunt. Ipse supręmo die populi humeris portatus in rogum est. Verū quo anno mater deū aducta Romę est maiorem ea ęstate factam esse q̄ antecedentibus annis x. tradūt. M. uarro auctor est cum L. metellus in triūpho plurimos duxit elephātos assibus singulis farris modios fuisse. Item uini cōgios ficiq; siccę post xxx. olei post x. carnis post xii. Nec elatifundis singulo⁊ contingebat arcentiū uicinos. Quippe etiam legis scolonis licinii incluso modo quingēto⁊ iuge⁊ & ipse sua lege damnatus cū sustituta filii ploā amplius possider & luxuriantis iam rei pu. fuit ista mēsura. M quidē curii post triumphos īmensumq; terra⁊ adiectum imperio nota concio est permitiosum itelligi ciuē cui septē iugera non essent satis. hęc autē mensura plebei post exactos reges assignata est quęnam ergo tantę ubertatis causa erat. Ipso⁊ tunc manibus imperato⁊ colebantur agri ut fas est & credere gaudente terra: uomere laureato & triūphali oratore. Siue illi eadē cura semina tractabant: qua bella eadēq; diligētia arua disponebāt qua castra siue honestis manibus omnia ęqtius prouenīūt: quoniā & curiosius fūt Serentē inuenerunt dati honores seranū unde cognomē aranti quatto sua iugera in uaticano quę prata quintia appellantur. Cincinnato uiator attulit dictaturā: et quidē ut traditur nodo plenoq; noticia mo⁊ uela corpus inquit ut proferam Senatus populiq; Romani mandata. Tales tum etiam uiatores erant quod ipsum nomē idūū est subinde & ex agris senatum ducesq; arcessentibus. At nūc eadē illa uincti pedes damnatę manus inscriptiq; uultus exercet non tam surda tellure quę parens appellat coliq; dicitur q̄ ipso honore hinc assumpto ut non inuita ea & indignata creat id fieri. Sed nos miramur ergastulo⁊ non eadē emolumēta esse quę fuerūt imperato⁊ Igitur de cultura agri pręcipere principale fuit etiam apud exteros si quidē & reges fecere hierophilo metor attalus archelaus & duces xenophō & poenus: etiam mago cui quidē tantum honorē Senatus noster attribuit carthagine capta ut cum regulis aphricę bibliothecas donaret unius eius duo de xxx. uolumina censer & in latina linguam transferēdo cum iam M. Cato pręcepta condidisset & peritisq; liguę puniceę dandum negotiū in quo pręcessit omnis uir clarissimę familię. Decius syllanus sapiētia uero omes quos sequeremur prętexuimus hoc in uolumine nō ingrate nominādo M. uarronē qui octogesimū primū uitę annū agens de ea re prodendū putauit.

APud Romanos multo serior uitium cultura esse cępit primoq; ut necesse erat arua tantum colere quo⁊ a nobis ratio nūc tractabitur non uulgari modo uerū ut adhuc fecimus ex uetustis: & postea inuētis omni cura perquisita causaq; rerum et ratione simul eruta dicemus & sydera syderūque ipso⁊ terrestria signa dabimus indubitata quando quidē qui adhuc ea diligētius tractauere quibus uis potiusquam agricolis scripsisse possunt uideri: ac primum omnium oraculis maiori e parte agemus quę nō in alio uitę genere plura certiora ue sunt. Cur enim non uideant oracula a certissimo die maximeq; ueridico usu prouecta: principium autem a Catone summemus.

FOrtissimi uiri & milites strenuissimi ex agricolis gignūtur minimeq; male co

gitantes prędium ne cupide emas in re rustica opere ne parcas. In agro emēdo mime quod male emptum est semper pēitet agrum paraturos āte omia ituri oportet aq̄ ura aut uicinum Sigula magnas interpretatiōes habēt nec dubias. Cato in cōtermis hoc amplius extimari iubet quo pacto iuuant. In bono enim inquit regione bene intenti. Attilius regulus ille punico bello bis consul aiebat. Neq; fecūdissimis locis in salubrē agrum parandum neq; effetis saluberrimū. Salubritas loci non semp ícolarum colore detegitur: quoniam assueti etiam in pestilentibus durāt. Pręterea sunt quędam partibus anni salubria. Nihil autē salutare est nisi quod toto anno salubre Malus est ager cum quo dominus luctatur. Cato inter pruna spectari iubet ut solū sua uirtute ualeat: qua dictū est positione ut operariorū copia prope sit: oppidumq; ualidum ut nauigiorum euectus uel itinerū ui bene ędificatus & cultus in quo falli plerosq; uideo. Segnitia eni prioris domini pro emptore esse arbitrantur. Nihil est damnosius deserto agro. Itaq; Cato de bono domino melius emi: nec temere cōtemnendam alienā disciplinam agroq; ut homini q̄uis questuosus sit. Si tamē & sumptuosus non multū superesse ille in agro questuosissimam iudicat uitē non frustra quoniam ante omnia de impēsę ratione cauit. Proxime ortos riguos nec id falso si sub oppido sint & prata quę antiqui parata dixere. Idē Cato interrogatus quis esset certissimus quęstus respōdit. Si bene pascas: qui proximus sit at bene. Sūma oium in hoc spectanda fuit ut fructus is maxime probaret qui q̄ mimo ípendio cōstaturus hoc ex locorū occasione aliter alibi decernitur eodēque pertinēt quod agricolam uendacē esse oportere dixit fundum in adolescētia conserendum non nisi agro: tunc quoque cunctante optimū que est ut uulgo dixere aliena ísania frui: sed ita ut ullam tutela non sit oneri. Et tamē qui bene habitet sępius uēitare in agrum frontemque domini plus prodesse q̄ occipitiū nō mētiuntur.

Modus hic probatur ut neque fundus nullā querat: neq; ullā fundum non ut fecerint iuxta diuersum. Eadē ętate exemplis L. lucullus & Q. scęuola cum ullā sęuolę fundus careret ullā luculi agro: quo in genere censoria castigatio erat minus arare q̄ serere nec hoc sine arte quadam est. Nuissimus ullam in misenēsi posuit C. marius vii. consul: sed peritia castramentādi sicut cōparatus ei & in cęteris sulla felix quos cęcos fuisse dicere cōuenit. Neq; iuxta paludes ponēda esse: neq; aduerso amne q̄q̄ homerus omnino flumine semper āte lucanas auras insalubres uerissime tradidit. Spectare in ęstuosis locis septētriones debet meridiem in frigidis in temperatis exortum ęquinoctialem. Agri ipsius bonitas quibus argumentis iudicanda sit q̄q̄ de terrę optimo genere disserētes abunde dixisse possumus uideri. Etiamnū tamen traditas notas subsignabimus Catonis maxime uerbis. Ebulū uel prunus siluestris uel rubus bulbus minutus trifoliū herba pratensis quercus siluestris pirus malusq; frumētarii soli note. Itē nigra terra & cineri coloris omnis creta coquit nisi & per macram sabulum etiam nisi id pertenue est & multo campestribus magisquā cluosis respondēt eadē modum agri in primis antiqui seruandū putauere. Quippe ita censebāt satius esse minus serere & melius arare: qua in sentētia & uirgiliū fuisse uideo. Verumq; confitentibus latifundia perdidere Italiam: iam uero & prouicias sex & semissem aphricę domini possidebāt cum interfecit eos Nero princeps non fraudādo magnitudīe hac quoque sua CN. pompeio qui nunq̄ agrum mercatus est cōterminū agro empto domum uendēdam inclemēter: atq; non ex utilitate publici status. Mago censuit hoc exordio pręcepta pandere ingressus ut tamē appareat assiduitatē desideratam ab eo. De hic peritia uillicorū in cura habēda est: multaque de his Cato pręcepit nobis satis sit dixisse q̄ proximū domino cordi esse debere: & tamē sibimet ipsi nō uideri coli rura ergastulis pessimū est & quicquid agit a desperātibus temerarium uidetur.

VNam uocem antiquoꝝ fuisse & fortassis incredebile penitus extimetur nihil minus expedire q̃ agrum optime colere T. L. ruffus ab infimantaliũ humilitate cõsulatum militari industria meritus antiquę alias parsimonię circiter mille siclos liberalitate diui augusti cõgestos usq; ad detractionẽ heredis exhausit agros in piceno coemendo colendoq; in gloriam. Internitionẽ ergo famẽque cẽsemus: imo hercule modum indicẽ rerum omniũ utilissimũ. Bene colere necessarium est obtin& dãnosum prętęrq̃ sobole sua colono. Alioqui colẽte domino aliquas messes colligere nõ expedit si cõputetur impẽdium opere nec temere oliuam nec quasdã terras diligẽter colere sicut in Sicilia tradũt. Itaq; decipi aduenas. Quoniam igitur modo utilissime colẽtur agri ex oraculo. s. malis ac bonis: & defendi ęquum est abauos qui pręceptis suis prospexere uite. Cum enim dicerẽt malis intelligere uoluere uilissimos. Sũmũ prouidentię illoꝝ fuit ut q̃ minima essent ĩpendia: pręcipiebant enim ista qui triũphales denas argẽti libras in suppellectili crimini dabãt qui mortuo uillico relique re victorias & reuerti in sua rura postulabãt: quoꝝ prędia colẽda suscipiebat res pu. exercitusq; ducebant senatu illis uillicante. Inde illa reliqua oracula. Neq̃ agricolam esse quisquis emer& quod pręstare ei fundus poss&. Malum paterfamilias quisquis interdiu facer& quod noctu poss& nisi in tẽpestateęqli peiorẽ qui pro festis diebus ager& quod feriatis deberet: pessimum qui sereno die sub tecto potius operaretur q̃ in agro. Nequeo mihi temperare quo minus unũ exemplũ antiquitatis afferam: ex quo intelligi possit apud populum etiam de culturis agẽdi morem fuisse: qualiterq; defendi soliti sint illi uiri. C. furius Crisinus e seruitute liberatus cum in paruo admodum agello largiores multo fructus percipere& q̃ ex ąplissimis uicinitatis iuda magna erat ceu fruges alienas pellicer& ueneficiis: q̃obrẽ ab Spurio albino curuli die dicta metuens damnationẽ cum in suffragium tribus oporter& ire instrumẽtũ rusticum omne in foꝝ attulit & abduxit filiam ualidam atq; ut ait piso bene curatã ac uestitam ferramẽta egregie facta graues ligones uomeres ponderosos boues saturos: postea dixit ueneficia mea Quirites hęc sunt: nec possum uobis ostedere aut in forum abducere lucubrationes meas uigiliasq; & sudores. Itaq; omniũ sententiis absolutus est profecto opera nõ impensa: cõstat cultura: & ideo maiores fertilissimũ in agro oculum domini esse dixerũt. Reliqua pręcepta reddant̃ suis locis: quę ,ppria geneꝝ singuloꝝ erunt. Interi cõmunia quę succurrunt non omittemus: & in primis Catonis humanissimũ & utilissimũ ad agendũ ut diligant uicini causas reddit ille quas & nos extimamus nulli esse dubias. Inter prima idẽ cau& ne fãiliae malę sint nihil sero faciendũ in agricultura omnes censent. Iterumque suo quęque tempore facienda & tertio pręcepto prętermissa frustra reuocari. De terra cariosa execratio Catonis abunde indicata est q̃q̃ prędicere non cessat is quicquid per asellum ferri potest uilissime constat. Filix biẽnio moritur si frondẽ agere non patiaris. Id efficacissime contingit germinatis ramis baculo decussis. Succus enĩ ex ipsa defluẽs necat radices Aiunt & circa solsticium auulsas nõ renasci: nec barũdine sectas aut exaratas uomeri barundine ĩposita: similiter & barundinem exarari filice uomeri barũdine ĩposita pręcipiunt. Iuncosus ager uerti pala deb& aut in saxoso bidẽtibus. Frutecta igni optime tollunt̃: humidiorẽ agrũ fossione concidi atq; siccari utilissimũ est. Fossas autẽ cretosis locis apertas relinqui. Insolutiore terra sepibus firmari in eprocibus aut supinis lateribus procũbere quasdam obcecari: & in alias dirigi maiores potentioresq; qua sit occasio silice uel glarea sterniora aut eaꝝ binis utrinq; lapidibus disterminari et alia super integi. Syluę extirpandę rationẽ Democritus prodidit lupini flore in succo cicute uno die macerato sparsisq; radicibus.

ET quoniam prępparatus est ager nũc indicabit̃ natura frugum. Sũt autẽ secũdo prima eoꝝ genera frumẽta ut triticum ordeum legumina ut faba & cicer. Differẽtia

uero notior q̃ ut indicari deceat frumẽti ipsius totidẽ genera per tẽpora satu diuisa
hyberna que circa uergiliarum occasum sata terra per hyemẽ nutriunt ut triticum
ordeum. Aestiua suę estate ãte uergiliaꝝ exortum serunt ut milium panicũ sisima
uiminũ milio Italię dumtaxat ritu. Alioquin & grecia & in Asia omia uergiliarum
occasu serunt. Quędam autẽ utroque tẽpore in italia. Ex his quędã & tertio ueris tẽ
pore: aliqui uerna milium panicum lentẽ Cicer alicam appellant. Simẽtica autẽ triti
cum ordeum fabam rapam & in tritici genere pars aliqua pabuli est quadrupedum
causa sati: ut farrago & in leguminibus uicia. At cõmune quadrupedũ hominumq;
usui lupinũ. Legumina õnia singulas habent radices prẽter fabam: easque surculo
sas quia non in multa diuidunt. Altissimas autẽ cicer. frumenta multis radicantur
fibris sine ramis erumpit a primo satu ordeum: die septimo: legumen quarto: uel
cum tardissime septimo: faba xv. aut xx. legumina in egypto tertio die. Ex ordeo al
terum caput grani in radicẽ exit: alteꝝ in herbam que et prior flor&. Radicẽ crassior
pars grani fundit tenuior florẽ: ceteris seminibus eadẽ pars & radicẽ & florem. Fru
menta hyeme in herba sunt: uerno tẽpore fastigant in stipulam que sunt hiberni
generis. At milium & pannicium inculmũ geniculatum & concauum. Sisima ue
ro in ferulaceum. Omniũ satiuoꝝ fructus aut spicis continet ut tritici ordei: mu
niturque uallo aristarum quadrifide: aut includitur siliquis ut leguminum aut
uasculus ut sisime aut papaueris. Milium & panicum tantum pro idiuiso & puis
auibus exposita sũt. Indefensa quippe mẽbranis cõtinent. Panicũ a paniculis dictũ
cacumine languide nutante. Paulatim extenuato culmo pene in surculum predẽsis
aceruatur grauis cũ longissima pedali ob simili comę granũ cõplexe fimbriatoque
capillo curuatur. Sunt & panico genera mãmosa e pano paruis racemata paniculis
et cacumie gemino. Quum & colore distiguitur: candido: nigro ruffo etiã purpureo

PAnis multifariã & e milio. Fit e panico rarus: sed nullum ponderosius frumẽ
to ẽ aut quod coquẽdo magis crescat lx. enĩ pondo panis e modio reddunt: modiũq;
pultis ex tribus sextariis madidis. Milium intra bos x. annos ex india in Italiã iuec
tum est nigrũ colore: amplum grano arundineum culmo. Adolescit ad pedes alti
tudine vii. pręgrandibus comis Iobas uocant omium frugũ fertilissimum. Ex uno
grano sextarii terni gignunt. Seri deb& in humidis. Frumẽta quędam in genu ter
tio spicam incipiunt concipere. Quędã in quarto: sed etiam nũ occultam. Genicula
autẽ sunt tritico quaterna farri sena hordeo octona sed nõ ante supradictũ geiculoꝝ
numeꝝ conceptus est spicę. Qui ut spem sui fecit quattuor aut quinq; tardissime
diebus florere incipiũt: totidẽq; aut paulo pluribus deflorescũt: hordea uero cũ tar
dissime septem. Varro quater nouenis diebus fruges absolui tradit & mense nono
meti. Fabę in folia exeunt ac deinde caules emittũt nullis distictos internodiis. Re
liqua legumina surculosa sunt: ex his ramosa: cicer: eruum: lens. Quorũdam caules
sparguntur in terram si non habeant adminiculum ut pisa q̃ nisi habuere aut de
teriora fiunt. Leguminũ unicaulis faba sola: unus & lupinis: & ceteris ramosus prę
tenui surculo: omnibus uero fistulosus. Folium quedam ab radice mittũt: quędam
a cacumie. Frumẽtũ uero & hordeũ utrq; & qeqd ĩ stipula est ĩ cacumine unũ foliũ
hab&. Sed hordeo scabra sunt: ceteris leuia. Multificia contra faba: ciceri: pisũ. Fru
mentis folium barũdinaceum fabę rotundũ & magnę leguminum parti: longiora
eruillę & piso fasiolis uenosa sesime irioni sanguinea. Cadunt folia lupino tantum
ac papaueri: legumina diutius florent & ex his eruũ ac cicer: sed diutissime faba xl.
diebus. Non autẽ singulis capita diu quoniam alio desinẽte aliud incipit nec tota
seges sicut frumenti parit siliquata uero omnia eiuersis diebus & ab ima primum
parte paulatim flore subeunte. Frumẽta cum defloruere crassescũt maturanturque
cum plurimũ diebus xl pficiuntur. Irẽ faba: paucissimis cicer id enĩ a semẽte diebus

xl. perficitur. Milium & panicũ & sesima & omia estiua xl. diebus maturãt a flore.

Agna terre cęliq; differẽtia. In ęgypto enim hordeum sexto a satu mẽse: frumẽta septimo metunt in bellade: hordeum in peloponẽso octauo: & frumẽta etiamnũ tardius grana in stipula crinito textu spicant. In faba legumibusq; alternis lateribus siliquãt fortiora cõtra hyemes: frumẽta leguinaq; i cibo. Tunicę frumẽto plures hordeum maxime nudum & arunca & prȩcipue auena. Calamus altior frumẽto quã hordeo: arista mordatior hordeo. In area exterunt triticũ & siligo & hordeum. Sic et seruntur pura qualiter molunt quia tosta non sunt. E diuerso far miliũ panicum purgari nisi tosta nõ possunt: itaq; cum hęc suis folliculis seruntur cruda & far in uaginulis suis seruant ad satus atque non torrent: leuissimũ ex his ordeũ raro excedit xv. libras & faba xxii. põderosius far magisq; etiam nũc triticũ. Far in ęgypto ex olyra conficitur. Tertium genus spicę hoc ibi est. Galliq; quoq; suũ genus farris dedere quod illic bracẽ uocãt: apud nos sandalam nitidissimi grani. Et alia differẽtia quod fere quaternis libris plus reddit panis q̃ far aliud. Populum romanũ farre tantum e frumẽto tricẽtis ãnis usum uerrius tradit. Tritici genera plura quę fecere gẽtes. Italico nullum equidem comparauerim candore ac pondere quo maxime decernitur Montanis modo cõparet italiq aquis externũ in quo principatũ tenuit boecia: dein Sicilia: mox Africa. Tertiũ põdus trbacio syrio dei egyptio athletaq cũ decreto quorũ capacitas iumẽtis similis quo diximus ordie ifecerat: grȩcia & põticum laudauit quod in italia nõ pueit. Ex oi eodẽ genere grani prȩtulit tracontion & selepantiũ et selimusinũ argumẽto crassissimi calami. Itaq; pigui solo hęc genera assignabat leuissimũ & maxime inanescendia tenuissimi calami in humidis seri iubebat quoniam multo eger & alimẽto: hę fuere sentẽtiq alexandro magno regnãte cũ clarissima fuit grȩcia atq; in toto orbe terraq potẽtissima: ita tamẽ ut ante mortẽ eius annis fere cxlv. Sophodes poeta in fabula triptolemo frumentum italicum ante cuncta laudauerit ad uerbum translata sentẽtia & fortunatam italiam frumẽto carere candido quę laus peculiaris hodieq; italico est. Quo magis admiror posteros grȩcoq nullam mẽtionẽ huius fecisse frumẽti. Nunc ex his generibus quę Romę inuehuntur leuissimum est: gallicum atq; cherson ẽse aduectum. Quippe nõ excedunt modũ uicenas libras si quis granum ipsum põderet: et adicit sardum sex libras: alexandrinũ & trientes hoc & siculi pondus. Boeticũ totam libram addit africum & dodrantes. In transpadana italia seio uicenas quinas libras farris modios pondere: circa clusium & senas Lex naturę certe est ut in quocũq; genere pane militari: tertia portio ad grani põdus accedat & tertia sicut optimũ frumentũ esse quod in subactum congiũ aquę capiat Quibusdam generibus per se põdus sicut balearico modio tritici panis pondo xxx. reddit: quibusdam in pinis mixtis: ut cyprio & alexãdrino xx. ppe libras nõ excedẽtibus. Cyprum fuscum est panẽq; nigrum facit. Itaq; miscetur alexandrinũ candidũ redduntque xxv. pondo. Thebaicum libras adicit: marina aqua subigi quod plerique maritimis locis faciunt: occasionẽ lucrandi satis utilissimũ. Non alia de causa opportuniora morbis corpora existũt. Gallia hispania frumento in potũ resoluto: quibus diximus generibus spuma ita concreta pro fermẽto utunt. Qua de causa leuior illis quam cęteris panis est. Differentia est & calami: crassior quippe melioris est generis Plurimis tunicis tracbum triticum uestitur ob nimia frigora illi plagę exquisitum Eadẽ causa et trimẽstria inuenit detinentibus terras niuibus. Quod tertio fere satũ mense ut in reliquo orbe metitur. Totis hoc alpibus notum & hyemalibus puicis Nullum hoc frumẽto letius uni calamũ: prȩterea nec usquã capax. Seriturque non nisi tenui terra. Est & bimẽstre circa thracię sinũ quod xl. die quo satũ est maturescit mirumque nulli frumẽto plus esse ponderis & furfuribus carere: utitur eo & Sicilia et achaia montuosis utraq; partibus: euboea quoq; circa caristum. In tantum fallitur

Columella qui ne trimestre quidē propriū genus estimauerit esse cū sit ātiquissimū
grēcis et amon uocent. Tradunt in battris grana tantē magnitudinis fieri ut singu-
la spicas nostras ēquent. Primū ex omibus frumētis feritur hordeum. Dabimus et
dies serendi cuique graui natura singulorū exposita. Hordeum indis satiuum & sil-
uestre ex quo panis apud eos prēcipuus. Italici maxime quidē oriza gaudent ex qua
typsanā conficiunt quā reliqui mortales ex hordeo. Orizē folia carnosa porro similia
sed latiora. Altitudo cubitalis flos purpureus radix geminē rotūditatis. Antiquis-
simū in cibis hordeū sicut athenienſium titu menandro auctore appellant & gladi-
atorum cognomine qui hordearii uocabant. Polentam quoque grēci non aliunde
prēferunt: pluribus fit hoc modis. Grēci perfusum aqua hordeū siccant nocte una
ac postero die frigunt: deinde molis frangūt. Sunt qui uehemētius tostū rursus ex-
igua aqua aspergant siccēt priusquā molant: alii uero uirētibus spicis decussum hor-
deum recens purgant madidumq; in pila tondunt ac in corbibus eluunt atq; siccatū
sole rursus tondunt & purgatum molunt: quocūque autē genere prēparato uicenis
hordei libris ternas seminis lini & coriandri senas libras salisque acetabulo torrētes
ante omnia miscēt in mola qui diutius uolunt seruare cū polline ac furfuribus suis
condūt nouis fictilibus. Italia sine perfusione tostū in subtilem farinam molit isdē
additis atq; etiā milio panē ex hordeo antiquis usitatum uita damnauit quadrupedū
que fere cibus est: cū typsanē inde usus ualidissimus saluberrimusq; tātopere pbet
unū laudibus eius uolumē dicauit hyppocrates e clarissimis medicinē scientia typsā-
nē bonitas prēcipua uticēsi. In ēgypto uero est quē fiat ex hordeo: cui sint bini āguli
In betica & aphryca genus ex quo fiat hordei glabrū appellat Turanius idē olyran et
orizam eadē esse existimat. Typsanē conficiēdē uulgata ratio est: Simili modo & tri
tici semine tragū fit in cāpania dumtaxat & ēgypto. Amylū uero ex omni tritico ac
siligine: sed optimū est trimestri. Inuentio eius chio insulē debet & hodie laudatis-
simū. Inde est appellatū ab eo quod sine mola fiat proximū trimestri quod est mi-
nime pōderoso tritico madescit dulci aqua in ligneis uasis ita ut integant quiquies
in die mutata melius si & in noctu ita ut miscēt pariter emolitū priusquā accēsat
linteo aut sportis siccatum tegulē ifunditur illite fermēto atq; ita in sole densat post
chium maxime laudatur creticum: mox ēgyptiū probatur aut lenitate et liuore atq;
ut recens sit. Iam & Catonis dictum apud nos hordei farina & ad medendū utunt
mirumq; in usu iumētorū ignibus durato: ac postea mollito: offisq; humana manu
demissis maiores in aluum uires torosq; corporis fieri. Spicē quēdā binos ordines
habent: quēdam plures usq; ad senos granos ipsi aliquot differētiē longius leuiusq;
aut breuius aut rotūdius candidius nigrius: uel cui purpura est. Vltimo ad polentā
contra tēpestates candido maxima ifirmitas. Hordeū frugum omniū mollissimum
est seri non uolt nisi in sicca & soluta terra ac nisi lēta palea ex optimis. Stramento
uero nullum comparatur hordeū ex omni frumēto mime: calamitosum quid tollit
anteq; triticū occupet rubigo. Itaq; sapientes agricolē triticum cibariis tantū seruant
Hordeum farculo seri dicūt propterea celerrime reddit. Fertilissimūq; quod in hispa
nia carthagine aprili mēse collectum est: hoc feritur eodē mense in celtiberia: eodēq;
anno bis nascitur: rapitur omne a prima statim maturitate festinatiusq; cēteri. Fragi-
lis enim & tenuissima stipula palea granum continetur: meliorē polentam fieri tra-
dunt si non excocta maturitate tollatur.

Frumenti genera non eadē ubiq; nec ubiq; eadē sunt iisdē nomibus uulgatissimā
Far quod adorē ueteres appellauere Siligo triticum: hēc plurimis terris communia
Aruica galliaq; propria copiosa & italiē est. In ēgypto autē ac syria Ciliciaq; & asia ac
grēcia peculiares zea oriza typhe. Aegyptus similaginē cōficit & tritico suo nequaq;
Italiē parē. Qui zea utunt nō habēt far. Est & hēc Italia & in campania maxiē semēq;

appellat̃:hoc habet nomen. Res pręclara ut mox docebimus propter quē Homerus zidoros arura dixit non ut aliqui arbitrātur quoniam uitam donar&. Amylū quoq; ex ea fit priore crassius: hęc sola differētia est ex omni genere durissimū far & contra hyemes firmissimū: patitur frigidissimos locos & minus subactos uel æstiuos sitiētesq;. Primus antiquis latio cibus magno argumento odorare donis sicut diximus pulte autē non pane uixisse longo tēpore Romanos manifestū quoniam & pulmēta ria hodieq; dicuntur & Ennius antiquissimus uates obsidionis famē exprimēs offam eripuisse plorātibus liberis patres cōmemorat & hodie sacra prisca atq; natalū pulte fritilla confitiunt̃ uideturq; tam plus ignotam gręcię fuisse q̃ Italię polentam Tritici semine auidius nullū est nec quod plus alimēti trahat siliginē dixeri ,pprie tritici deliciis candor est & sine uirtute & sine pondere conueniens buidis tractibus quales italię sunt & gallię comatę: sed & transalpis inallobrogū tantum remorumq; agro pertinax. In cęteris ibi partibus biēnio in triticū transit. Remediū ut grauissimā quoq; genera eius ferant̃.

E Siligine lautissimus panis pistrinarūq; opera laudatissima pręcellit. In Italia si campania piscinate misceat̃. Ruffior illa at piscinas candidior pōderosiorque Cretacea iustum est e grano campanię quam uocat castratā e modio redire sextarios quattuor siliginis: uel e gregali sine castratura: sextarios quinq; pręterea floris semodium & cibarii quod secūdarium uocant sextarios quattuor furfuris sextarios totidē E pisana autē siliginis sextarios quinq;. Cętera paria sunt clusina aretinaq; etiamnū sextarios siligis adsciunt in reliquis pares. Si uero polinē facere libeat xvi. pondo panes redcūt & cibarii tria furfurūq; semodios mole diferimē hoc cōstat. Nam quę sic ca molunt̃ plus farine reddūt: quę salsa aqua sparsa candidiorē medullā: uerum plus retinēt in furfure. Farinam a farre dictam nomine ipso appar&. Siliginęq; farinę modios gallicę xxii. panis libras reddit: italice duabus tribus uel amplius in artopticio pane. Nam fornaceis binas adiciunt libras in quocunq; genere.

S Imilago e tritico fit laudatissima ex aphryco iustū est e modio redire semodios et pollinis sextarios quinq; ita ut appellāt in tritico quod florē in siligine. hoc ęrarię officinę chartarięq; utunt̃. Pręterea secundariis sextarios quattuor furfurūq; tātūdē panis uero e modio similaginis cxxii. e floris modio cxvii. pręciū huic ānona media in modios farinę xl. asses similaginis castratę duplū octonis assibus āplius siliginis castratę duplū. Est & alia distictio semel tēpore l. pollinata xvii. pōdo panis reddere uisa xviii tertia xviiii. cum triente & secūdarii panis quinas selibras totidē cibari & furfuris sextarios sex.

S Iligo nunq̃ maturescit pariter nec ulla segetum minus dilationē patit̃ propter teneritatē hisq; quę maturuere protinus granū dimittētibus sed minus q̃ cętera frumenta in stipula periclitant̃: quoniam semp rectam habēs spicam: nec rorē cōtinet qui rubiginē faciat. Ex aphryca dulcissimus panis: ipsa spissior q̃ far & maior spica eadem & ponderosior. Raro modios grani non xvii. libras iplet. Exteritur in gręcia difficulter. Ob id iumētis dari ab homero dicta: hęc enī est quā olyram uocant. Eadē in egypto facilis fertilisq; farinę arista est. Itē siligo excepta ea quę laconica appellat̃ adiciuntur his genera bromos siligo excepta & tragos. Externa omnia ab oriente inuecta orize similia.

T Hyphe & pisa eiusdē generis est: ex qua fit in nostro orbe: oriza apud grękos est & ixia traduntq; eam thyphem cum sint degeneres redire ad frumentum si pistę serantur: nec protinus: sed tertio anno.

T Ritico nihil est fertilius: hoc ei natura tribuit: quoniam eo maxime alat hoinē utpote e modio si sit aptum solū: quale in bizantio aphryce cāpo centeni quinq̃geni

modii reddant. Misit ex eo loco diuo augusto procurator eius ex uno grano uix credibile dictu cccc. paucis minus germina. Extantq; de ea re epistolę. misit & Neroni similiter ccclx. stipulas ex uno grano cum centesimo quidē & leontini. Siciliq; capi fundūt: aliq; & tota boecia & ī primis egyptus fertilissima. Tritici genera ramosum aut quod centigranū uocant. Inuētus est iam & scapus unus centū fabis onustus.

AEstiua frumenta diximus sisimam miliū panicum. Sisima ab indis uenit. Ex ea & oleum faciunt. Color eius candidus huic simile est in Asia græciaq; enfiniū. Idē que erat nisi pinguis esset: quod apud nos uocāt hyrū medicaminibus ānumerandū potiusquā frugibus. Eiusdē naturę & orminum a græcis dictum. Sed cimino simile seritur cum sisima: hęc Irione: nullum animal uescitur uirentibus.

PIstura non oīum facilis: quippe betruria spicam farris tosti pisente pilo preferrata fistula serrata & stella intus denticulata aut si in tereti pisant cōcidant grana ferroq; frangantur: maior pars italiq; ruido utitur pilo rotis etiā quas aqua uerset obiter & molat. De ipsa ratione pisendi magonis præponemus sentētiam. Triticū ante pfundi aqua multa iub& postea ualide in sole siccatū pila repeti. Simili modo hordeum huius sextarios xx. spargi duobus sextarius aque lentē torrere prius: dein cum furfuribus leuiter pisi aut addito in sextarios xx. lateris crudi frusto & hareng semodio eruiliam isdē modis quibus lentē. Sisimā incalidam maceratam exporrigi: deī confricari & frigida īmergi ut paleę fluctuent. Iterūque exporrigi in sole sup lintea Quod nisi festinato peragatur luridо colore mucescere: et ipsa autē quę emoluntur uariam pistrinaq; rationem habent. Acus uocatur cum per se pisitur spica tantū aurificum ad usus. Si uero in area teritur cū stipula palea in maiore terraq; parte ad pabulum iumētorum. Milii et panici & sisimę purgamēta apludam uocāt & alibi aliis nominibus initio: campania gaudē& præcipue pultēq; candidam ex eo facit. Fit & panis prędulcis. Sarmataq; quoq; gentes hac maxime pulte alunt & cruda etiam faria equino lacte uel sanguine cruris uenis admixto. Aethiopes nō aliam frugē q̄ milii ordeique nouere panico gaudēt & gallię equidē præcipue aquitania utit. Sed circūpadana Italia addita faba sine qua nihil cōficiunt. Pontice gētes nullum panico preferunt cibum. Cetero æstiua frumēta riguis magis etiam q̄ imbribus gaudēt. Miliū et panicum aquis minime quoniam in folia exeūt. Vetant ea inter uites arbores ue frugiferas seri terram emactari hoc satu existimantes.

MIlii præcipuus ad fermēta usus e musto subacti in annuum tēpus. Simile fit et tritici ipsius furfuribus minutis & optimis e musto albo triduo maturato subacto ac sole siccatis. inde pastillos in pane faciendo dilutos cū similaginis eminis ferue faciunt atque ita farinę miscent sic optimum panem fieri arbitrantes. Græci in binos semodios farinę satis esse beses frumēti constituere: & hęc quidē genera uindemiis tantū fiūt: quo libeat uero tēpore ex aqua hordeoq; bilibres offę feruēti foco uel fictili patina torrētur cinere & carbone usq; dum rubeant. Postea operiunt in uasis donec acescant hinc fermentū diluitur. Cum fieret autē panis hordeaceus herui aut Ciceculę farinę ipse fermentabatur. Iustū erat duę libre in quinq; semodios. Nunc fermentum fit ex ipsa farina quę subigitur priusq̄ addatur sal ad pultis modum decocta & relicta donec acescat. Vulgo uero nec sufferuefaciunt: sed tantū pridie asseruata materia utuntur: palāq; naturę est acore fermētari sicut & ualidiora esse corpora quę fermētato pacē alantur quippe cum apud ueteres ponderosissimo cuique tritico præcipua salubritas perhibita sit.

PAnis ipsius uaria genera psequi superuacuū uidet: alias ab obsoniis appellari

ut uoſtreari alias a deliciis ut artologani: alia a feſtinatione ut ſceptricei: necnõ a coquendi ratione ut fornacei uel artopticei aut in clybanis cocti: Non pridẽ etiã a partbis inuecto quem aquaticũ uocãt: quoniam aqua trahitur ad tenuẽ & ſpongioſam inanitatẽ alii autẽ parthicum. Summa laus ſiliginis boĩtate & cribri tenuitate cõſtat quidam ex ouis aut lacte ſubigũt. Butyro uero gẽtes etiam pacatę ad operis piſtorii genera tranſeunte cura. Durat ſua piceno in panis iuentione gratia ex alice materia cũ nouẽ diebus macerata decimo ad ſpętiẽ tracta eſubitinę uuę paſſę ſucco poſtea in furnis ouis illitũ quę rumpant ibi torrẽt. Neque eſt ex eo cibus niſi madefacto quod fit lacte maxime mulſo.

PIſtores Romę non fuere ad perſicum uſq; bellũ annis ab urbe condita ſuper quingẽtos octoginta. Ipſi panẽ faciebant Quirites: mulierũque id opus maxie erat ſicut etiamnum in plurimis gẽtium artoptoſiam plautus appellat in fabula: quam aulularian inſcripſit. Magna ob id concertatione eruditorũ an uerſus poetę ſit illius. Certũque ſit ater Capitonis ſentẽtia toſtũ panẽ lautioribus coquere ſolitos piſtoreſq; tantum eos qui far pinſebãt nominatos: nec cocos uero habebant in ſeruitiis eoſque ex macello conducebant.

CRibrorũ genera gallię ſetis equorũ inuenere hiſpanię lino ex ciſſoria & appolinaria ęgyptus papyro atq; iunco.

SEd inter prima dicatur & alice ratio pręſtantiſſime ſaluberrimeq; palmã frugũ indubitanter Italia contigit. Fit ſine dubio & in ęgypto ſed admodũ ſpernẽda. In Italia uero pluribus locis ſicut ueronẽſi piſanoq; agro. In cãpania tamẽ laudatiſſimus campus eſt ſubiacens montibus nymboſis totis quidẽ xl. milibus. p. planicie Terra eius ut protinus ſoli natura dicatur puluerea ſumma inferior bibula & puicis fiſtulans uice: montium quoq; culpa in bonum ęcdit. Crebros enĩ imbres percolat atq; tranſmittit: nec diluit aut madere uoluit propter facultatẽ culturę. Eadẽ acceptũ humorẽ nullis fontibus reddit ſed tẽperate excoquẽs ĩtra ſe uice fuſi contin&. Toto feritur anno panico ſemel bis farre & tamẽ uere ſegetes quę iterquieuere fundũt tota ſam odoratiorẽ ſatiuam adeo terra non ceſſat parere. Vnde uulgo dictũ plus apud cãpanos unguenti q̃ apud cęteros olei fieri. Quantum autẽ uniuerſas terras campus cãpanię antecedit tantum ipſum pars eius quę leborie uocantur quẽ flegreum gręci appellant. Finiuntur leborię uia ab utroque latere conſulari que aputeolis & quę a cumis capuam ducit.

ALica ſit e zea quam ſemẽ appellauimus. Tunditur granum eius in pila lignea uel lapidis duricia conteritur nobilius. Notum eſt pilo uinctorũ pęnali opera primori. Ineſt pyxis ferrea excuſſis tunicis. Iterum iſdem armamẽtis nudata cõcidi tur medulla ita fiunt alicę tria genera. Minimũ ac ſecundariũ grandiſſimum uero apharenia appellant. Nondum habent candorẽ ſuum quo pręcellũt. Iam tamẽ alexandrinę pręferunt. Poſtea mirum dictu admiſcetur creta: quę tranſit in corpus colorẽque & teneritatẽ affert. Inuenitur hęc inter puteolos & neapolim in colle leucogeo appellato. Extatq; diui auguſti decretum quo anno ad uicena milia neapolitanis pro eo numerari iuſſit e fiſco ſuo coloniam deducẽs capuam: adiecitq; cauſam afferendi quoniam negaſſent campani alicam confici ſine eo metallo poſſe. In eodẽ reperitur et ſulphur: emicantq; fontes araxi oculorũ claritati & uulnerũ medicinę dentiumque firmitati. Alica ad ulterina fit maxiẽ e zea quę in apbrica degenerat: latiores eius ſpicę nigrioreſq; & breui ſtipula piſunt cum harena & ſic quoq; difficulter deterũt uiriculos. Fitq; dimidia modii meſura: poſteaq; gypſi pars quarta inſpargit atq; ut cohęreſcit farinario cribro ſubcernunt & quę in eo remanſit exceptitia appellatur & grãdiſſima eſt rurſuſq; trãſit arctiore cernitur et ſecundaria uocatur. Itẽ cribraria quę ſimili modo in tertio remanſit cribro anguſtiſſimo & tantum harenas tranſmittẽte. Alia

ratio ubiq; adulterandi ex tritico candidissimo grandissima eligũt grana ac ſcicocta in ollis postea arefaciũt ſole ad initiũ rurſuſq; leuiter aſperſa molis frangũt. Ex zea pulchrius q̃ ex tritico fit granum q̃uis id alicę uitium fit candorẽ autẽ & pro creta lactis incocti mixtura confert.

SEquitur natura leguminũ inter maxime bonos fabę quippe ex qua tẽtatus ſit etiam panis lomentum appellatur farina ea adgeneratque pondus illa ex omni legumine. Iam uero & pabulo uenalis. Multiplex fabę uſus omnium quadrupedum generi prǫcipue homini. Frumẽto etiam miſcetur apud pleraſq; gentes & maxime panico ſolida ac delicatius fracta quin & priſco ritu faba ſuę religionis diis in ſacro eit prǫualens pulmentarii cibo & hebetare ſenſus exiſtimata. Inſomnia quoque facere ob hǫc pythagorica ſententia damnata uel ut alii tradidere: quoniam mortuorũ animę ſint in ea: quadecauſa parentando utique abſumitur. Varro & ob hǫc flaminẽ ea non ueſci tradit & quoniam in flore eius litterę lugubres reperiantur. In eadẽ peculiaris religio. Nanque fabam uti & fiugibus referre mos eſt auſpicii cauſa quę ideo referina appellatur & auctoribus eam adhiberi lucroſum putant. Sola certe frugum etiam ex eſa repletur creſcẽte luna aqua marina alia ue ſalſa nõ percoquit. Seritur ante uergiliarum occaſum leguminũ prima ut antecedat hyemẽ. Virgilius per uere eam ſeri iubet circũpadanę Italię ritu: ſed maior pars malunt fabalia maturę ſationis quã trimeſtre fructũ eius. Nanque ſilique cauleſq; gratiſſimi ſunt pabulo pecori. Aq̃s in flore maxime concupiſcit: Cum uero defluerit exiguas deſiderat. Solum in quo ſata eſt lętificat ſtercoris uice. Ibeo circa macedoniam theſſaliamq; cum florere cepit uertunt arua. Naſcitur & ſua ſponte pleriſq; in locis ſicut ſeptẽtrionalis oceani iſulis quas ob id noſtri fabarias appellãt. Itẽ in mauritania ſilueſtris paſſim ſed prǫdura et quę percoqui nõ poſſit. Naſcitur & in ęgypto ſpinoſo caule: quadecauſa crocodilli oculis timentes refugiunt longitudo ſcapo iii. cubitorũ eſt. Ampliſſima craſſitudo octona genicula habẽs ſed molli calamo. Similiter caput papaueri colore roſeo in eo fabę non ſupra tricenas folia ampla. Fructus ipſe amarus & odore: ſed radix per quã lata incolarum cibis cruda & omnino decocta harundinũ radicibus ſimilis. Naſcitur et in ſyria Ciliciaq; & in thorone calcidis lacu. Ex leguminibus autumno uere ſerũtur lens in grǫcia piſum lens amat ſolum tenue magiſquã pingue. Cǫlum utique ſiccũ Duo genera eius ęgypto alterum rotundius nigriuſq; alterum ſua figura. Vnde uario uſu tranſlatũ eſt in lenticulas nomen. Inuenio apud auctorẽ ęquanimitatẽ fieri ueſcentibus ea piſum in aprǫcis ſeri debẽs frigorũ ſpacientiſſimũ. Ideoq; in Italia & in auſtriore cǫlo nõ niſi uerno tẽpore terra facili & ſoluta Ciceris natura eſt gigni cũ ſaſſilagine. Ideo ſolum urit: nec niſi madefactũ pridie ſeri debet. Differẽtiq; plures magnitudine colore figura ſapore. Eſt enĩ arietino capiti ſimile. Vnde ita appellatur Album nigrumq; eſt & columbinum quod alii uenerium uocãt candidum rotũdũ leue arietino minus quod religio peruigilibus adhibẽs. Eſt & Cicercula minuti Ciceris inǫualis angulosa ueluti piſum. Dulciſſimũ autẽ id quod eruo ſimillimũ firmiuſque quod nigrũ & ruffum q̃ album. Siliquę rotũdę Ciceri cęteris leguminũ longe & ad figuram ſeminis late. Piſo cylindratę faſiolos cum ipſis mandũt granis ſerere eos qua uelis terra licet ab idibus octobris in kl. Nouẽbris legumia cũ maturescere ceperint rapienda ſunt: quoniã cito exiliunt latẽtq; cũ decidere ſicut & lupinũ

QVanquã prius de rapis dixiſſe conueiat in tranſcurſu ea attigere noſtri paulo diligentius grǫci & ipſi tamẽ inter ortẽſia: ſi iuſtus ordo fiat a frumẽto protinus aut certe faba dicendis quando aliis prǫſtantior uſus ab his non eſt. Ante omia nanque cunctis animalibus naſcuntur nec in nouiſſimis ſatiant ruris alitũ q̃ grana magiſq; ſi decoquantur aqua. Quadrupedes & fronde eorũ gaudẽt & homini non minor eſt

tapitiorꝫ ſuis boris gratia q̃ cimarꝫ fluidorꝫ quoq; & ĩ horreis enecatorꝫ uel maior q̃ uiuentium. Ipſa uero durant & in ſua terra ſeruata & poſt a paſſo pene ad alium prouentum famēque ſentiri prohibent a uino atq; meſſe. Tertius hic tranſpadanis fructus terra non moroſe elegit pene ubi nihil aliud ſeri poſſit. Nebulis & pruinis afrigore ultro aluntur amplitudine mirabili. Vidi xl. libras excedentia in cibis quidem noſtris pluribus modis cōmendant̃: duranteq; ad alia ſinapis acrimonia domita etiā coloribus picta prēter ſuum ſex aliis purpureo quoq; neq; aliud in cibis tingui decet. Genera eorꝫ greci duo prima fecere maſculinū fēmininumq; & ea ſerendi modo ex eodem ſemine: denſiore enim ſatu maſculeſcere. Itē in terra difficili ſemē prēſtātius quo ſubtilius ſpecies uero omnium tres aut enim in latitudinē fundi aut in rotunditatem globari. Tertiam ſpeciē ſilueſtrē appellauere in longitudinē radice, pcurrēte raphani ſimilitudine & folio āguloſo ſcabroq; ſucco acri. Qui circa meſſem exceptus oculos purgat medeturq; caligini admixto lacte mulierꝫ. Frigore dulciora fieri exiſtimant̃ & grandiora tepore in folia exeunt palma in nuriſino agro naſcētibus. Taxatio in libras ſeſtertii ſinguli & in penuria bini proxima in algido natis. Napi uero amitēnū: quorꝫ eadē fere natura gaudent ęque frigidis ſerunt & ante kl. martias in iugero ſextarii quarto diligētiores quīto ſulco napum ſeri iubēt. Rapa quarto utroq; ſtercorato. Rapa lętiora fieri ſi palea ſeminetur. Serere nudū uolunt precantē ſibi et uicinis ſerere ſe. Satus utriq; generi iuſtus inter duorꝫ numinū dies feſtos Neptuni atque uulcani. Feruntq; ſubtili obſeruatione quota luna prēcedēte hyeme nix prima ceciderit ſi totidē luminum die intra prēdictum tēporis ſpacium ſerantur mire prouenire. Seruntur & uere in calidis atq; humidis.

LVpino uſus proximus cum ſit & hominū & quadrupedum generi ungulos habenti cōmunis. Remedium eis ne metētes fugiat exiliendo ut ab imbre tollatur nec ullius quę ſerantur natura aſſenſu terrę mirabilior eſt. Primum omniū cum ſole quotidie circūagitur boraſq; agricolis etiam nubilo demonſtrat ter prēterea floret terram amat terraq; operiri non uult & unum hoc ſeritur nō aratro ſi fuerit maxime ſabuloſa & ſicca atq; etiam harenoſa coli utiq; non uult tellurē adeo amat ut q̃uis fruteto ſolo coactum inter folia uepreſq; ad terram tamen radice peruenīat. Pigueſcere hoc ſatu arua uineaſq; diximus. Itaq; adeo nō eget fimo ut optimi uicem repręſentet. Nihilq; aliud nullo ĩpendio conſtat ut quod ne ſerendi quidē gratia opus ſit afferre protinus ſeritur ex aruo ac ne ſpargi quidē poſtulat decidens ſponte: primūq; oium ſeritur: nouiſſimū tollitur. Vtrunq; Septembri fere menſe quia ſi non anteceſſerit hyemē frigoribus obnoxium eſt. Impune prēterea iacet uel uerelictum etiam ſi nō protinus ſecuti obruant imbres ab omnibus animalibus amaritudine ſua tutū: plerūque tamen leui ſulco integunt ex denſiore terra: rubricā maxime amat. Ad hanc alendam poſt tertium florē uerti debet in ſabulo poſt ſecundū. Cretoſa tantū limoſaque odit & in his non prouenit. Maceratum calida aqua homini in cibo eſt. Nā bouem unum modii ſinguli ſatiant: ualidūque prēſtant. Quando etiam ĩpoſitum puerorꝫ uentribus pro remedio eſt condi in fumo maxime conuenit q̃ in humido uermiculi umblicum & inſterilitatē caſtrant. Quod ſi depaſtum ſit in fronde inarari protinus ſolum eſt opus.

ET uitia pinguеſcunt arua: nec ipſa agricolis operoſa uno ſulco ſata non ſarrit̃ non ſtercoratur. nec aliud q̃ deoccatur. Sationis eius tria tēpora. Circa occaſum arcturi ut decēbri menſe paſcat tunc optime ſeritur in ſemē ęque nanq; fert depaſta. Secunda ſatio menſe Ianuario eſt nouiſſima martio: tum ad frondē utiliſſima. ſicci tatem ex oĩbus quę ſeruntur maxime amat non aſpernatur etiā umbroſa. Ex ſemine eius ſi lecta matura eſt palea cęteris prēfertur. Vitibus prēripit ſuccum langueſcūtq; ſi in arbuſtis ſeratur.

NEc erui operosa cura est: hoc amplius q̃ uicia runcatur & ipsum medicaminis uim obtinens. Quippe per cũ diuum Augustũ curatum epistolis ipsius memoria extat sufficiunt singulis boum iugis modii quini sati. Martio mense satum noxiũ esse bubus aiunt. Itẽ autũno grauidinosum. Innoxium autẽ fieri primo uere satum.

ET Silicia hoc est fœnum græcum scaripbatione seritur non altiore iii. digitorꝫ sulco: quantoq; peius tractatur tanto prouenit melius. Raꝫ dictum est aliquid cui prosit negligẽtia. Id autẽ quod secale aut farrago appellant occari tantũ desiderant Secale taurini sub alpibus asiam uocant teterrimũ. sed tantũ ad arcendã famẽ fœcũda sed gracili stipula nigritia: triste põdere præcipuum. Admiscetur huic far ut mitiget amatitudinẽ eius & tamẽ sic quoq; ingratissimũ uentri est. Nascitur qualicũq; solo cum centesimo grano ipsumq; pro letamine est farrago ex recremẽtis farris prędensa seritur admixta aliquando & uicia. Eadẽ aliquando in aphrica fit ex hordeo. Omnia hęc pabularia degenerans qui ex leguminibus quę uocatur cracca. In tantum colũbis grata ut pastas ea negẽt fugitiuas illius loci fieri. Apud antiquos erat pabuli genus quod cato ocinnum uocat: quo sistebant aluum bubus. Idq; erat e pabuli segete uiride desectum anteq̃ gelaret Surra mãmilius aliter id interpretatur & tradi fabe modios x. uicię duos tantũdem eruilię in iugero autũno misceri & seri solitos: melius et auena græca cui non cadit semẽ admixta: hoc uocitatum ocinũ boumq; seri causã solitum Varro appellat a celeritate prouenendi a græco quod oceos dicunt.

MEdica externa etiam græcię est ut a medis aduecta per bella persaꝫ quę Darius intulit sed uel in primis dicẽda tanta dos ut cũ ex uno satu amplius q̃ tricenis ãnis duret. Similis est trifolio caule foliisq; geniculata quicquid in caule assurgit in folia contrahitur unum de ea & cytiso uolumẽ amphilocus confusum solũ in quo serat elapidatum purgatũque subigitur autumno: mox aratum & occatũ tegit crate. Item ac tertio quinis diebus iterpositis & fimo addito poscit autẽ siccum succosumq; uel riguum. Ita præparato seritur mense maio: alias pruinis obnoxia opus est densitate seminis omnia occupari internas centesq; herbas excludi. Id præstãt in iugero modii uicina uindemia ne adurat terraq; protinus integi debet si sit humidum solum herbosum ue uincitur & desistit in pratum. Ideo protinus altitudine unciali herbis oibus liberanda est manu potiusquã sarculo secatur incipiens florere & quotiẽs reflo ruit. Id sexies euenit per annos cũ minimũ quater. In semẽ maturescere prohibẽda est quia pabulum utilius est usq; ad trimatum. Verno sarri debet liberarique ceteris herbis ad trimatum in arris ad solum radi. Ita reliquę herbę intereunt sine ipsius dã no propter altitudinẽ radicum si euicerint herbę: remediũ unicũ aratro sępius uertẽ do donec omnes alię radices intereant. Dari nõ ad satietatẽ debet ne replere sanguĩe necesse sit & uiridis utilior est. Arescit surculose ac postremo in puluerem inutilem extenuatur. De cytiso cui & ipsi principatus datur in pabulis affatim diximus inter frutices: & nunc frugum omniũ natura peragẽda est: cuius in parte de morbis quoque dicatur.

PRimũ oiũ frumẽti uitiũ auena est & hordeũ in eam degenerat sicut ipsa frumenti fit instar: quippe cũ germanię populi seruãt eam neq; alia pulte uiuant Soli maxime ęliq; humore: hoc euiet uitium sequẽtem iuuãt. Soli maxime causam hab& imbecillitas seminis cum diutius retentum est terra priusquã erũpat. Eadem est ratio si curiosum fuit cũ sereretur. Prima autem statim eruptione agnoscitur ex quo apparet in radice esse causam. Est & aliud ex uicino auenę uitium cũ ãplitudine inchoata granum sed nondum matura priusquã robor& corpus afflatu noxio cassũ et inane in spica euanescit quodam abortu uenti autẽ tribus temporibus nocẽt frumẽto & hordeo. In flore aut protinus cum defloruere uel maturescere incipiẽtibus

Tunc enim exinaniunt grana prioribus causis nasci prohibent. Nocet & sol creber e nube nascuntur & uermiculi in radice cum semẽtem imbribus secutis incluserit repentinus calor humorẽ. Gignunt & in grano cum spicę pluuius calor inferuescit Est & cantharidis dictus scarabeus paruus frumẽta erodens. Omnia ea animalia cũ cibo deficiunt. Oleum pix adeps contraria seminibus. Cauẽdumq; ne contracta eis tunc serantur imber in herba utilis quando florent autẽ frumento & hordeo nocet leguminibus inocuus prętęrq; Ciceri. Maturescẽtia frumenta imbre ledunt & hordeum magis: nascitur & herba alba panico similis occupans arua pecori quoq; mortifera. Nam lolium & tribulos & carduos lappasq; non minus q; rubos inter frugũ morbos potius q; inter ipsius terrę pestes numerauerĩ. Cęleste frugum uinearumq; malum nullo minus noxium est rubigo frequẽtissimaq; hęc in roscido tractu cõualibusq; ac perflatum non habentibus. E diuerso carent ea uẽtosa & excelsa. Inter uitia segetum & luxuria est cum onerata fertilitate procũbunt. Cõmune autẽ omnium satorũ uitium erucę etiam ciceris cum salsilaginẽ eius abluẽdo imber diutius id facit est herba quę cicer enecat: & eruum circũligando seuocat orobreche. Triticũ simili modo hera hordeum festuca quę uocatur egylops lentẽ herba securi data: quã gręci a similitudine pelicenon uocant & hę cõplexu necant. Circa philippos ateramũ nominant in pingui solo herbam qua faba necatur. Terram nũq; in macra cum udam quidam uentus afflauerit hedere granum minime est in cortice aculeato. Cum est in pane celerrime uertigenes facit. Aiuntq; in asia & gręcia balneatores cum uelint turbam pellere carbonibus id semẽ incere. Nascitur & phalangiũ in herno bestiola aranei generis si hyems aquosa sit limaces nascuntur in uicia. & aliquando e terraco cleę minutę mirum in modum erodentes eam & morbi quidẽ fere hi sunt.

REmedia eorũ quęcũque pertinẽt ad herbas in sarculo & cum semẽ iactatur cinere: quę uero in semine & circa radicẽ consistunt prędecente cura cauentur. Vino ante semina perfusa minus egrotare existimant. Virgilius uitro & amurca perfundi iubet fabam sic etiam grandescere permittit. Quidam uero si triduo ante satũ urina et aqua maceretur prędipue adolescere putant. Ter quidẽ sartam modium fractę e modio modium solide reddere. Reliqua semina cuprssi foliis tonsis si misceantur non esse uermiculis obnoxia: nec si interlunio serant multi ad milii remedia rubetam noctu aruo circũferri iubent priusquã sarriatur: defodiq; in medio iclusam uase fictili. Itẽ nec passerẽ nec uermes nocere sed eruendã prius q; metatur: alioquĩ amarũ fieri: quin & harmo talpę contacta semina uberiora esse. Democritus succo herbaeque appellat aizon in tegulis nascens tabulis ęsum: latine uero sedimia ut dicit ille medicata seri iub& omnia semina. Vulgo uero si dulcedo noceat & uermes radicibus inhęreant remedium est amurca pura: ac sine sale spargere: deinde sarrire. Si in articulum seges ire cęperit runcare ne herbę uincant pestẽ a milio atq; panico sturnorum passerum uel agmia scio abigi herba: cuius nomẽ ignotum est quattuor ãgulis segetis defossã mirũ dictu ut omnino auis nulla intret. Mures abigunt cinere mustellę uel felis diluto & semine sparso uel decoctaq; aqua: sed redolet uirus animaliũ eorum etiam in pane ob id felle bubulo semina intigi utilius putant. Rubigo quidẽ maxima segetum pestis lauri ramis in aruo defixis transit in ea folia ex aruis luxuria segetum castigatur dente pecoris in herba dumtaxat: & depaste quidẽ sępius nullã in spica iniuriam sentiunt. Retusaq; etiam semel omnino certũ est granum longius fieri & inane cassumq; ac sectũ non nasci. Babylone tamẽ bis secant. Tertio depascũt alioquin folia tantũ fierent. Sic quoq; cum xv. fęnore messes reddit exilitas soli cum diligentioribus. Verum cum centesimo quinquagesimo: neq; cura est difficilis q; diutissime arua rigandi ut prępinguis & dęsa ubertas diluatur: limũ autẽ nõ iuebũt euphrates tygrisque sicut in ęgypto nilus: nec terra ipã herbas gignit: ubertatis tamẽ

tantę sunt ut sequente anno spōte testibilis fiat seges impręssis uestigio seminibus quę tanta soli differētia admonet terrę genera in fruges describere.

IGitur Catonis hęc sententia. In agro crasso & laeto frumentum seri. Si uero ne bulosus est fit eidem raphanus milium panicum. In frigido & aquoso prius serendū: postea in calido. In solo autē rubricoso uel pullo uel barenoso: si nō sit aquosum lupinū. In Creta & rubrica & aquosiore agro adoreum. In sicco & nō herboso nec umbroso triticum: in solo ualido fabā uiciam uero q̄minime aquoso herbidoq; Siliginē & triticum in aperto loco edito ut sole q̄ diutissime torreant. lentē in frutecto & rubricoso qui non sit herbidus. Hordeū in nouali & in aruo: quod restibile possit fieri. Trimestre ubi sementē maturam facere non possit & cuius crassitudo sit restibilis. Subtilis & illa sententia serendi ea in tenuiore terra quę nō multo indiget suctu ut cytisus & cicer: exceptis leguminibus quę uellunt̄ e terra quę non subsecat̄ unde & legumina appellata quia ita legunt̄. In pingui autē quę cibi sunt maioris ut olus triticum siligo linum. Sic ergo tenue solum hordeo dabitur. Minus enī alimenti radix poscit leuior terra densiorq; tritico. In loco humili far adoreū potius q̄ triticum feretur. Temperato & triticum & hordeum. Colles robustius: sed minus reddunt triticum far & siligo & cretosum & uliginosum solum sortiuntur.

ESt & in frugibus ostentum semel quod equidē inuenerim accidit p. elio C N Cornelio Cons. quo anno superatus est Hanibal. In arboribus enim tunc nata produntur frumenta.

ET quoniam de frugum terręque generibus abunde diximus: nunc de arandi ratione dicemus. Ante omnia ęgypti facilitate commemorata. Nilus ibi colonī uice fungens euagari īcipit ut diximus a solstitio aut noua luna ac primo lente deide uehementius q̄diu in leone sol est: mox pigrescit in uirginē transgresso atque in libra residet. Si xii. cubita non excesserit fames certa est nec minus si si xvi esupabit Tanto enim tardius decidit quanto abundantius creuit & sementē arcet. Vulgo credebatur a decessu eius serere solitos: mox sues īpellere uestigiis semina deprimentes et madido solo & credo antiquitus factitatum: nūc quoq; non multo grauiore opa Sed tamen mararī certū est abiecta prius semina in limo degressi amnis: hoc fit nouembri mense incipiente: ac postea pauci runcant quod botanismon uocāt. Reliqua pars non nisi cum falce arua uisit paulo ante kl. Aprilis peragitur autē mense maio stipula nunq̄ cubitali: quippe sabulum subest granūque limo tantum continet̄. Excęllentius thebaydis regionibus frumentū q̄ palustris ęgyptus similis ratio: sed fęlicitas maior babylonię ac seleucię euphratę atq; tygri restagnantibus: quoniā ibi rigādi modus manu tēperatur. Syria quoque tenui sulco: cum multifariā in Italia octoī boues ad singulos uomeres anhelent. Iniomni quidē parte culturę: sed in hac maxime ualet oraculum illud quidq; regio patiatur.

VOmeq; plura genera culter uocatur inferius prędensam priusquā proscindatur terram secans futurisq; sulcis uestigia prescribens incisuris quas resupinus in arādo mordeat uomer. Alteq; genus est uulgare rostra uti uectis. Tertium i solo facili nec toto porrectum dentali: sed exigua cuspide in rostro latior: hęc quatto generi exacutior in mucronē fastigata codēq; gladio scindens solum & acie lateq; radices herbaq; secans non pridē inuētum in rhetia gallię duas addiderūt rotulas quod genus uocāt plaumoratum: cuspisq; effigiem palę hab&. Serunt ita non nisi culta terra & fere noua: latitudo uomeris cespites uersat: semen protinus iniciūt: cratesq; dentatas super trahunt. Nec sarienda sunt hoc modo sata. sed pro telis binis ternisq; sic arant. Vno iugo boum censeri āno facilis soli quadragena iugera difficilis tricena iustū est.

IN arãdo magnopere ſeruãdum eſt Catonis oraculum. Quid eſt agrum bene colere bene arare: quid ſecundũ quid tertium ſtercorare ſulco uario ne itempeſtiue ares tepidioribus locis a bruma proſcindi arua oportet & frigidioribus ab equinoctio uerno & maturius ſicca regioẽ q̃ humida: maturius denſa terra q̃ ſoluta: pĩgui quã macra: ubi ſicce & graues eſtates terra Cretoſa aut gracilis utilius inter ſolſticiũ autumni & equinoctium aratur ubi leues eſtus frequẽtes imbres pĩgue herboſumque ſolum: ubi mediis caloribus. Altum & graue ſolum etiam hyeme moueri placet. Valde & aridum paulo ante ſationẽ. Sunt & hic ſue leges: lutoſam terrã ne tangito: in omĩ aratro priuſquã ares proſcindito: hoc utilitatẽ habet quod inuerſo ceſpite herbaq; radices necantur. Quidam utique ab equinoctio uerno proſcindi uolũt quod uere ſemel aratum eſt a tẽporis argumento ueruactũ uocat: hoc in nouali atq; neceſſarium eſt. Nouale eſt quod alternis annis ſeritur araturos boues q̃ arctiſſime iungi oportet ut capitibus ſublatis arent: ſic minime colla contundũt. Si inter arbores uiteſq; aretur fiſcellis capiſtrari ne germinũ tenera percerpant. Sericulam inſtituã pendere qua intercidantur radices: hoc melius q̃ conuelli aratro: boueſq; luctari in arando uerſum peragi: nec ſtrigare inactus ſpiritum iuſtum eſt proſcindi ſulco dodrantali iugeq; uno die iterari ſeſquiugeq; ſi ſit facilitas ſoli. Si minus proſcindi ſemiſſem iterari aſſem quando & animalium labori natura leges ſtatuit. Omne aruũ rectis ſulcis: mox & obliquis ſubigi debẽ & in collibus tranſuerſo tantũ monte arat. Sed modo in ſuperiora modo inferiora roſtrante uomere: tantũque eſt labori homi ut etiam boum uice fungatur. Certe ſine hoc animali montanę gẽtes ſarculis arant. Arator niſi incuruus percuaricatur. Inde trãſlatum hoc crimẽ in ſoq; ibi ubiq; caueat ubi inuentũ eſt purget uomerẽ ſubinde ſtimulus cuſpidatus rallo ſcamna iter duos ſulcos cruda ne relinquãtur ne glebę exultẽt: male aratur aruũ quod ſatis frugalius occandum eſt. Id demũ recte ſubactum erit ubi non itelligitur utro uomeri erit. In uſu eſt & collicias interponere ſi ita locus poſcat ampliore ſulco: quę in foſſas aqui educant.

ARatione per tranſuerſum iterata occatio ſeritur ubi res poſcit Crate uel raſtro et ſato ſemine iteratio: hęc quoq; ubi conſuetudo patitur cratę cõtenta uel tabula aratro annexa quod uocant lirare operientes ſemina. Quę primũ appellata deliratio eſt quarto ſeri ſulco Virgilius exiſtimatur uoluiſſe cum dixit optimam eſſe ſegetẽ: quę bis ſoles & bis frigora ſenſiſſe & ſpiſſius ſolum ſicut plerũque in italia quito ſulco ſeri melius eſt. In tuſcis uero nono ad fabam & uiciam nõ proſciſſo ſerere ſine dãno cõpẽdium opere eſt. Non omittemus unam etiãnum arandi rationẽ in tranſpadana Italia belloq; iniuria excogitatam ſalſa ſi cum ſubiectos alpibus depopularent agros panicum miliũque iamque excreſcens tẽptauere poſtq̃ reſpuebat natura iaratũt. At illę meſſes multiplicatę docuere. quod nunc uocant artrare. i. aratrare ut credo tunc dictum hoc fit uel incipiente culmo cum iam ſi aut bina ternaue emiſerit folia: nec recens ſubtrabemus exemplum. In treuerico agro tertio ante hunc annũ comptum Nam cum hyeme pręgelida captę ſegetes eſſent reſeuerũt & ſitientes campos menſe martio uberrimaſq; meſſes habuerunt: nunc reliqua cultura tradetur per genera frugum.

SIliginẽ far triticum ſemẽ hordeum occato ſarrito runcato quibus dictum erit diebus ſingulę operę cuique generi in iugero ſufficient: ſarculatio induratam hyberno rigore ſoli triſticiam laxat tẽporibus uernis nouoſq; ſoles admittit. Qui ſariet caueat ne frumẽti radicẽ ſuffodiat triticum ſemẽ hordeum fabam bis ſarire melius. Runcatio cum ſeges in articulo eſſe immulſis inutilibus herbis frugũ radices uindicat ſegetẽq; diſcernit a ceſpite leguminũ cicer cadẽq; deſiderat far. Faba runcari

non gestit quoniam euincit herbas lupinũ occatur tantũ milium & panicum occat̃ et saritur non iteratur non runcatur. Sicilia & fasioli occant̃ tantum. Sunt genera terrę quorum ubertas pectinari segetem in herba cogat. Cratis & hoc genus dentatę stilis ferreis. Eademq; nihilominus & depascunt̃ quę depasta sunt sarculo. Iterum excitari necessarium. At in bactris aphryca cyreis. Omnia hęc superflua quę fecit indulgentia cęli & a semẽte nouis messibus in aream redeũt quia siccitas cohercet herbas fruges nocturno tactas rore nutriens. Virgilius alternis cessare arua suadet si patiat̃ ruris spatia utilissimũ proculdubio est. Quod si neg& conditio far serendũ est in lupinum aut uicia aut faba sublata sint & quę terram fecũt lętiorẽ. In primisq; & hoc notandũ: quędã propter alia seri obiter: sed parum prouenire priori diximus uoluie ne eadẽ sępius dicantur: plurimũ enim refert soli cuiusq; ratio.

Ciuitas Aphricę in mediis sita harenis patẽtibus inter syrtes leptimq; magnam uocatur tacape fęlici super omne miraculum riguo solo terris fere milibus passuũ in omnẽ partẽ fons abundat largus quidẽ: sed certis horaꝝ spaciis dispensat̃ iter incolas palmę ibi prędandis subditur olea: huic ficus fico punica: illi uitis. sub uite seritur frumentũ: mox legumẽ: deinde olus: omnia eadẽ anno: omniaq; aliena ũbra alũtur. Quaterna cubita eius soli in quadratum nec ut adporrectis metiant̃ digitis sed in pugnum contractis quaternis denariis uenundant̃. Super omnia est bifera uine bis anno uidemiare & nisi multiplici partu exinaniatur ubertas pereat luxuria singuli fructus. Nunc uero toto anno metitur aliquid: constatq; fertilitati nõ occurrere homines. Aquaꝝ quoq; differentia magna riguis est. In. Narbonẽsi prouincia nobilis fons origę nomine est. In eo herbę nascuntur in tantum expetitę bobus ut mersis capitibus eas quęrãt utribus: sed illas in aqua nascẽtes certum est non nisi imbribus ali. Ergo quisq; suam terrã aquãq; nouerit.

Si fuerit illa terram quam appellauimus teneram poterit sublato hordeo miliũ seri eo condito rapa his sublatis hordeum rursus uel triticũ sicut in campania satisq; talis terra aratur cum seritur. Alius ordo ut ubi adoreum fuerit cess& quattuor mensibus hybernis & uernam fabam recipi ita ut ante hyemalẽ: nec non minus pinguis alternari potest: ita si frumẽto sublato legumẽ tertio seratur. Gracilior & in annum tertium cess& frumentũ quidam seri uetãt nisi in ea quę proximo anno quieuerit. Maximam huius loci partẽ stercorationis obtinet ratio: de qua & priore diximus uoluimẽ: hoc enim incõpensum est nisi stercorato seri oportere q̃q̃ & hic leges sint proprię. Milium panicum rapa napus nisi in stercoratione nõ seritur. Nõ stercorato frumẽtum potiusquã hordeũ serito. Itẽ in noualibus tam&si in illis fabã seri uolunt. Eandẽ ubicunq; q̃ recentissime stercorato solo autũno aliquid saturus septẽbri mese fimum inar&: post imbrẽ utiq; si uerno erit saturus per hyemẽ fimũ disponat Iustum est ueges xviii. iugero tribui: dispargere ante priusquã aresãt iactato semẽ Si hęc omissa sit stercoratio sequens est priusquã sariat ante puluerẽ. Quod ut hanc quoq; curam determinemus iustum est singulas ueges fimi denario ire in singulas pecudes minores in maiores denas nisi hoc male substrauisse pecori colonũ appeat Sunt qui optime stercorari putent sub diuo retibus sclusa pecoꝝ mansione. Ager si nõ stercorat̃ alg&: si nimium stercoratur aduritur: satiusq; est id sępe q̃ supra modũ facere quo calidius solum est eo minus addi stercoris ratio est.

Semen optimũ anniculum bimum deterius trimũ pessimum. Vltra sterile & imo omnium definita generatio est: quod in ima area subsedit ad semẽ reseruandũ est: id enim optimũ quoniam grauissimũ neque alio modo utilius dispergitur. Quę

ſpica interualla ſemina habebit abiicietur. Optimũ granũ quod rubet & dẽtibus fractum eundẽ habet colorẽ. Cui plus albi intus eſt. Certum terram alias plus ſeminis recipere: alias minus religioſumq; inde primũ colonis augurium cum auidius accipiat exurire creditur & cum meſſe ſemẽ. Sationẽ locis humidis celerius fieri ratio eſt ne ſemen imbre putreſcat. Siccis ſerius ut pluuiæ ſequantur ne diu iacens atque non concipiens euaneſcat. Itemq; feſtinata ſatione denſum ſpargi ſemẽ ea tarde cõcipiat Serotina rarum quia denſitate nimia necetur. Artis quoq; cuiuſdã eſt æqualiter ſpargere manus utiq; cõgruere deb& et nõ cũ gradu: ſemperq; cũ dextro pede. Fit quoq; quorũdam occulta ratione quod ſors genialis aut fœcunda eſt. Non tranſferendũ eſt ex frigidis locis ſemen in calida neq; ex præcocibus nihilque in contrariũ quidã præcepere falſa diligẽtia. Serere in iugero tẽperati ſoli iuſtum eſt tritici aut ſiliginis modios v. farris aut ſeminis quod frumẽti genus ita appellamus x. hordei vi. fabę: quita amplius q̃ tritici uicię xii. ciceris & cicerculę & piſi iii. lupini x. lentis iii. Sed & hãc cum fimo arido ſeri uolunt erui ſex ſiuliæ vi. faſiolo⁊ iiii. pabuli xx. milii panici ſextarios iiii. pingui ſolo plus gracili minus eſt & alia diſtictio in denſo aut cretoſo aut aut uliginoſo ſolo tritici aut ſiliginis modios ſex. In ſoluta terra & ſicca & lecta iiii. macies enim ſoli non niſi rarum culmum hab& ſpicam minutam facit & inanem. Pinguia arua ſemine numeroſum fruticẽ fundunt denſamq; ſegetem e raro ſemine emittunt. Ergo inter quattuor & ſex modios pro natura ſoli quintã minus ſeri plures ue præcipiunt. Itẽ in conſito aut cluuoſo aut in macro hoc pertinet oraculũ. Illud magnopere cuſtodiendũ ſegetem ne defruges. Adiecit his aptius in praſidico ut ſereret cum luna eſt& in Ariete: geminis leone libra aquario zorcaſtris ſole ſcorpiois xii. partes tranſgreſſo cum luna eſt& in tauro. Sequitur huc dilata & maxima idiges cura de tẽpore fruges ſerendi queſtio magnaq; ex parte ratione ſyde⁊ cõnexa: q̃obrẽ ſentẽtias omnium in primis ad id pertinetes exponemus: heſiodus qui princeps oiũ de agricultura præcipit unum tẽpus ſerendi tradidit a Vergilia⁊ occaſu: ſcribebat ei in boetia helladis ubi ita ſeri diximus. Inter diligẽtiſſimos conuenit ut in alitũ quadrupedumque genitura eſſe quoſdã conceptu ipetus & terræ hoſq; græci ita diffiniut cum ſit calida & humida. Virgilius triticũ & far a Vergilia⁊ occaſu ſeri iubet. Hordeum inter æquinoctium autumi & brumam. Viciam uero & faſiolos & lentẽ boete occidẽte: quoſit ut hoꝝ ſyde⁊ aliorũque exortus & occaſus digerẽdi ſint in ſuos dies. Sunt qui & ante uergilia⁊ occaſum ſeri iubeãt dumtaxat in arida terra calidiſque prouinciis: cuſtodiri enim ſemẽ corrũpente humore & a proximo imbre uno die erumpere. Alii ſtati ab occaſu uergilia⁊ ſequi imbres a ſeptimo fere die aliqui in frigidis ab æquinoctio autũni in calidis ſeri ne ante hyemẽ luxurient. Inter omes autẽ conuenit circa brumam ſerendũ non eſſe magno argumento quoniam hyberna ſeina cum ante brumam ſata ſint vii. die erumpant ſi poſt brumam xl. ſunt qui properent atque ita pronũtient feſtinatam ſementẽ ſæpe decipere ſerotinam ſemper e contrario: alii uel uere potius ſerendũ q̃ malo autumno: atq; ubi fuerit neceſſe inter fauonium & uernũ æquinoctium. Quidam cęleſti omiſſa utilitate his tẽporibus diffiniunt: uere linum & auenam & papauer. Atque uti uunc tranſpadani ſeruãt uſque in quinquatrius fabam ſiligine: nouẽbri menſe far ſeptembri extremo uſq; in idus Octobris. Alii poſt hunc diem in kl. nouẽbres. Ita his nulla naturę cura eſt: illis nimia & ideo cęca ſubtilitas: cum res inter ruſticos geratur litterarũq; expertes nõ modo ſyde⁊ & confitendũ eſt cęlo maxime conſtare: ea quippe uirgilio iubente prędixi uentos ante omnia ac ſyde⁊ mores: neq; aliter q̃ nauigantibus ſeruari ſpes ardua et immenſa miſceri poſſe cęleſtem diuinitate iperitię: ſed contẽplanda tam grandi uitę emolumẽto prius tamẽ ſyderalis difficultas quã ſenſere & periti ſubicienda cõtẽplationi eſt: quo deinde ęqtior mens diſcedat a cęlo & facta ſentiat quę futura prędixerit non poſſint.

PRimum omnium dieꝫ ipsorum anni solisq; motus prope inexplicabilis ratio est ac ccclxv. adiciēte: unum intercalaris diei noctisque quadrantē: ita fit ut tradi nō possint certa tēpora sydeꝫ. Accedit confessa rerum obscuritas non pręcurrēte nec uero paucis diebus tēpestatum significatu quod prochimazin gręci uocant nunc post uenientē epichimazin & plerūq; alias serius alias tardius ęli effectu ad terram deci duo: unde uulgo serenitate reddita cōfectum sydus audimus: pręterea cum omia hęc statis syderibus ęloque affixis constēt. Interueniunt motu stellarū grandinū imbres et ipsi non leui effectu ut docuimus turbantq; conceptę spei ordinē. Idq; ne nobis tiniū putemus accidere & reliqua fallit animalia sagaciora: circa hoc ut quo uita coꝫ constet: estiuasque alites pręposcere aut prępropere rigores: nec ante hybernos estus ideo Virgilius errantium quoq; sydерū omniū rationē edisceēdam pręcipit admonēs obseruandum. Frigidę saturni stellę transitum. Sunt qui certissimū ueris indicium arbitrentur ob ifirmitatē animalis papilionis: ideo ipso āno cum cōmentaremur hęc notatum est prouentū eorum terrę petentium frigore extinctū aduenasq; uolucres ad vi. kl. Febru. spem ueris attulisse: mox sęuissima hyeme conflictas. Res anceps primum omnium a ęlo peti legem: dein eam argumētis esse querendā. Et sup oia est mundi connexitas terrarūq; globi diffecētia eo de sydere alio tēpore alius aperiēte se gentibus. Quo fit ut causa eius nō iisdē diebus ubique ualeat. Addidere difficul tate & auctores diuersis locis obseruando: mox etiam in isdē diuersa prodēdo. Tres autē fuere sectę Chaldea Aegyptia Gręca his addidit apud nos quartam Cęsar dicta tor annos ad solis cursus redigens figulo sozigene perito scientię eius adhibito: et ea ipsa ratio postea comperto errore correcta est ita ut xii. annis continuis non intercalaret quia cęperat sydera annuis morari qui prius antecedebat & Sozigines ipse tri nis commentationibus q̄q̄ diligētior cęteris nō cessauit: tamē addubitare ipse semet corrigēdo. Auctores prodidere ea: quos pretexuimus uolumini huic raro ullius sen tencia cum alio congruere. minus hoc in reliquis mirum quos diuersi excusauerit tractus eorum qui in eadem regione dissidere unam discordiam ponemus exempli gratia. Occasum uergiliarum matutinū hesiodus. Nam huius quoq; nomine extat astrologia tradit fieri cum ęquinoctium autūni conficeret. Thales xxv. die ab ęqui noctio. Anaximander xxix. Euctemon xlviii. Nos sequimur obseruationē cęsaris maxime hęc erit italię ratio. Dicemus autem & alioꝫ placita: quoniam non unius terre sed totius naturę Interpretes sumus non auctoribus positis. Id enī uerbosum est. sed regionibus ut legentes tantum meminerint breuitatis gratia cū attica notata fuerit simul intelligere cycladas insulas cum macedonia magnesiam thraciam. Cum egyptus phęnicem cyprum ciliciam. Cum boetia locridē phocidē & finitimos sem per tractus cum bellespontibus chersonensum & continētia usq; athomontē. Cū ionia asiam & insulas asię. Cum pelloponesus achayam & ad hosperum iacentes ter ras chaldei syriam & babyloniam demōstrabunt & apbrycam hispanias gallias sile ri non erit mirum. Nemo enim obseruauit in his quid sydерum proder& exortus non tamē difficili ratione dignoscentur. In illis quoq; terris digestione circulorum quam in sexto uolumine fecimus: qua cognitio ęli nō gentium modo. uerum urbi um quoq; singularum intelligitur. Ergo ex his terris quas nominamus sumpta cō nexitate circuli pertinētis ad quas quisque quer& terras iidē erunt sydерum exortus per omniū circulorum pares umbras indicandum & illud tēpestates ipsas ardores suos habere quadrinis annis & easdē nō magna differētia reuerti ratione solis: octo nis uero augeri easdē centesima reuoluēte se luna. Omnis autē aratio obseruata est tribus modis exortu sydеrꝫ occasuq; & ipsoꝫ tēpoꝫ cardinibus exortus occasusq; bi nis modis intelliguntur: aut enim aduētu solis ocultantur stellę & conspici desinūt aut eiusdē abscessu proferunt se in ortum hoc melius q̄ exortū consuetudo dixis

ſe & illud ocultationē potiuſquā occaſum ullo modo quo die incipiunt apparere
uel deſinunt oriente ſole aut occidente matutini ueſpertiniue cognominati prout
alterutri eoꝝ mane uel crepuſculo contigit dodrantes horaꝝ cum minimū iteuallā
ea deſiderant ante ſolis ortū uel poſt occaſum ut aſpici poſſint. Pręterea his quędā
exoriūt & occidūt: omniſq; ſermo de his eſt ſtellis quas adhęrere cęlo diximus. Cā
do tēporꝝ quadripartita anni diſtinctione conſtat increméta lucis augetur hec a bru
ma & ęquatur noctibus uerno ęquinoctio in diebus xc. horis tribus: dein ſuperat
noctem ad ſolſtitium diebus lxxxxiiii. horis xii. uſq; ad ęquinoctiū autumni & tum
ęquata die procedit ex eo ad brumā diebus lxxxviii. horis tribus: quę horę nunc in oī
acceſſione ęquinoctialis non cuiuſcuq; diei ſignificant. Omneſq; hę differētię fiunt
in octonis partibus ſingulorꝝ. Bruma capricorni ad octa. kl. Ianuarii fere equinocti
um uernū arietis ſolſticiū cancri alterūq; ęquinoctiū libre qui & ipſi dies raro non
aliquos tēpeſtatum ſignificatus habent. Rurſus hi cardines ſingulis etiamnū arti
culis tēporꝝ diuidunt per media omnium dierꝝ ſpacia: quoniā inter ſolſticiū & equi
noctium autūni fidiculę eſt occaſus qui autūnus inchoat die xlvi. ab ęquinoctio eo
ad brumā uergiliarꝝ matutinus occaſus hyemē die xliii. inter brumā & ęquinoctiū
die xlv. flatus fauonium uernum tēpus ab ęquinoctio uerno iicium ęſtatis die xlviii.
uergiliarꝝ exortus matutinus. Nos incipiemus a ſemētibus frumēti hoc eſt uergili
arum occaſu matutino: nec deinde paruorū ſydeꝝ menſionē concidēda ratio eſt et
difficultas rerum augenda: cum ſydus uehemēs orionis iſdē diebus longo decidat
ſpacio. Semētibus tepora pleriq; pręſumūt & ab xi. die autūnalis ęquinoctii frugis
ſerunt coronę exortu continuis diebus certo prope imbriū promiſſu quod xenophō
non anteq̄ deus ſignū dederit. Cicero nouēbri die fieri interpretatus eſt. Cum ſit
uera ratio non prius ſerendi q̄ folia cęperint decidere hoc ipſo uergiliarꝝ occaſu fieri
putant aliqui ad iii idus nouēbris ut diximus ſeruantq; id ſydus etiā ueſtis iſtitores
et eſt in cęlo notatu facillimū. Ergo ex occaſu eius de hyeme augurant quibus eſt cu
ra inſidiandi negotiatoris auaritia nubilo occaſu fluuioſam hyemē denuntiat ſtatiq;
augent lacernarum pretia ſereno aſperam & reliquarū ueſtium accēdūt. Sed ille in
docilis agricola hoc habeat ſignū inter ſuos uepres humūq; ſuam aſpicies cum folia
uiderit decidua ſic iudicetur anni tēperies alibi tardius alibi maturius. Ita enī ſentit
ut cęli lociq; afficit natura. Idq; in hac ratione pręcellet quod eadē & in mūdo publi
ca eſt: & unicuiq; loco peculiaris miret hoc qui nō meminerit ipſo brumali dię pule
gium in carnarius florere. Adeo nihil occultū eſſe natura uoluit & ſerendi igitur hoc
ſignum dedit: hęc eſt uera interpretatio argumentū naturę ſecum afferentis: quippe
ſic terram peti ſuad& promittitq; quandā ſtercoris uicē & contra rigores terrā ſatuſq;
operiri a ſe nunciat ac mon& feſtinare. Varro in fabę utiq; ſatu hanc obſeruationem
cuſtodiri pręcipit: alii plena luna ſerendam lentem uero a xxv. ad xxx. Vicia quoque
iſdē lunę diebus. Ita demum ſine luna cibus fore. Quidā pabuli cauſa ſic ſeri iubent
ſeminis autē uere. Eſt & alia manifeſtior ratio mirabiliore naturę prouidētia in qua
Ciceronis ſentēciam ipſius uerbis ſubſignabimus. Iam uero ſemper uiridis ſempq;
granata. Lentiſcus triplici ſolita eſt grandeſcere fętu. Ter fruges fundēs tria tēpora
monſtrat arandi. Ex his unum hoc erit idē & lino ac papaueri ſerendo. Cato de pa
pauere ita tradit uirgas & ſarmēta quę tibi inciſioni ſupererūt in ſegete comburito
ubi eas cōbuſſeris ibi papauer ſerito. Siluestre quod in miro uſu eſt melle decoctum
ad faucium remedia uſq; ſomnifera etiam ſatiuo: et hactenus de hyberna ſemente.

VErum ut pariter omnis culturę quoddam breuiarium peragatur. Eodē tēpore
conueniet arbores ſtercorare accumulare: ite uineas ſufficit in iugerum opera & ubi
patiet loci ratio arbuſta ac uineas putare ſeminarius ſolum bipalio pręparate foueas

aperire aquam de agro pellere torculari lauare & recondere·A kl.Nouēbris gallinis
oua supponere nolito donec bruma conficiatur in eū diem tertia dena subiicito ęsta/
te tota hyeme pauciora non tamē infra nouena Democritus talem futuram hyemē
arbitratur quales fuerint brumę dies circa tum terni.Itē solsticio ęstatē circa brumā
plerq; bis septē: halcyonū fętura uētorq; quietē molle ęlū.Sed & in his & in alis
omnibus ex euētu significationū intelligi sydera debebūt non ad dies utiq; prefini/
tos expectari tēpestatum uadimonia per brumā uitem ne colito uina tum defecari
uel etiā diffūdi hyginus suadet a cōfecta eo vii.die utiq; si vii.luna cōpetat cerasia circa
brumā seri bubus glādē tūc aspgi cōueit in iuga singula modius largior ualitudinē
infestat & quocūque tēpore detur siminus xxx.diebus continuis data sint narrant
uerna scabie penitere materię ędendę tēpus hoc dedimus.Reliqua opera nocturna
maxime uigilia constat cum sint noctes tanto ampliores quales crates fiscinas texe/
re faces incidere rudicas preparare. Interdiu xxx.palas lx.in lucubratione uesptina
rudicas v.palos x.totidē antelucano a bruma in fauoniū.Cęsari nobilia sydera signi
ficant iii.kl. Ianua. matutino canis occidēs quo dee atticę & finitimis regionibus
aquila uesperi occidere traditur pridie no.Ianua.Cęsari delphinus matutino exorit
et postero die fidicula quo ęgypto sagitta uesperi occidit.Itē ad vi.Idus Ianu.eiusdē
delphini uespertino occasu cōtinui dies hyemāt italię.& cum sol in aquariū sentiat
transire:quod fere xvi.kl.Fe.euenit viii.kl.stella regia euenit appellata tuberon in pe
ctore leonis occidit matutino & pridie no Fe.fidicula uesperi huius tēporis nouissi
mis diebus ubicunq; patietur ęli ratio ad terram rosariam & uineę satum uertere bi
palio oportet iugero opere lxx.sufficiunt.Fossas purgare aut nouas facere:antelucais
ferramēta exacuere manubria aptare dolia quassa sarcire.Ipsorumq; tabulas scabendo
purgare a fauonio in ęquinoctio:ueq; Cęsari significat xiii.kl.martii triduum uarie
et viii.kl.hyrundinis usu & postero die arcturi exortu uespertino.Itē iii.no.martii
Cęsar cancri exortu id fieri obseruauit. Maior pars auctorum uindemiatoris emer/
su viii.idus aquilonis piscis exortu & postero die orionis.In attica milium apparere
seruatur.Cęsar & idus martii ferales sibi ānotauit scorpionis occasu xv.kl.uero Apri
Italię milium ostendi xii.kl.eiusdē equū occidere matutino hoc iteruallū tēporis ue/
getissimū agricolis:maximeq; operosum est:in quo prępcipue falluntur. Neq; enim
eo die uocantur admunia quo fauonius flare debeat sed quo ęperit hac igit itentoē
seruandu est:hoc illo mēse signum deus hab& obseruatione minime fallaci aut du/
bia si quis attendat:unde autē spir& is uētus quaq; parte ueniat diximus secūdo uo/
lumine & dicemus mox paulo operosius.Interim ab eo die quisquis ille fuerit quo
flare ęperit non utiq; vi.idus Fe.sed siue anteq prąueniat siue posteaq hyem& post
diem in quam innumera rusticos cura distrigit:& prima quęq; peragat quę differri
nequeunt trimestria serantur uites pūtentur qua diximus ratione.Oleę curent po/
ma serantur inseranturq; uineę pastinent semina digerant instaurent alia barūdies
salices genestę serantur cedanturq;.Serant uero ulmi populi platani uti dictum est
Tunc & segetes conuenit purgare sarire hybernas fruges:maximeq; far lex certa in
eo cum quattuor fibraq; esse ęperit.Faba uero non anteq folioq; trium.Tūc quoq;
leui sarculo purgare ueriusquā fodere.Florētem utiq; primis xv.diebus non attigere
Ordeum nisi siccum ne serito:Putationē ęquinoctio peractam habeto uineę iugeq;
quaternę operę putēt alligēt in arbusto singulę operę arbores xv.Eodē hoc tēpore or
torum rosariorumq; cura est quę separatim proximis uoluminibus dicet. Eodem
et topiarioq; optime scrobes fiunt:terra in futuq; proscidit Virgilio maxime aucto
re ut glebas sol excoquat utilior sentēcia:quę non nisi tēperatum solum medio uere
arari iubet:quoniam in pingui statim sulco occupant herbę gracili insecuti ęstus ex
siccent.Nam quę succum ueturis seminibus auferant talia autūno melius arari cer/
tū est.Cato uerna opera sic diffinit.scrobes fieri seminaria propagari in locis crassis

et humidis ulmos ficos poma oleasq; prata stercorari luna sitiente quę rigua nō erit: afflatu fauonii defendi herbas malas radicitus erui ficos iter purgari seminaria fieri et uetera sarciri & anteq̃ uinea florere incipiat. Idēq; piro florēte arare incipiat macra harenosaq; postea utiq; grauissima & aquosissima. Ita postremo arato. Ergo hęc aratio has habebit notas: lentisci primū fructum ostēdentis ac piri florentis. Erit & tertia in bulborum satu sille. Itē in corona floz narcisi. Nanq; & hęc ter florēt: primoq; flore primam arationē ostendunt medio secundā tertio nouissimam quando in ture sese alia aliis notas prębent. At non in nouissimis cauetur ne fabis florētibus attingatur hedera. Id enim noxium & exitiale est ei tēpus. Quędam uero & suas habent notas sicuti ficus cū folia pauca in cacumine acetabuli modo germinēt: tunc maxie ferendas ficus. Aequinoctium uernū ad viii. kl. aprilis peragi uidet ab eo ad uergiliarum exortum matutinum Cęsar significat kl. aprilis iii. no. apri. In attica uergiliq; uesperi ocultantur. Eedē post pridie in Boecia. Cęsari autē & chaldeis nonis ęgypto orion & gladius eius incipiunt abscondi. Cęsar sex idus significat imber libręq occasu xiiii. kl. mai ęgypto succulę occidūt uesperi sydus uehemēs & terra mariq; turbidū xvi. attice xv. Cęsari continuoq; triduo significat. Asyrie autē xii. kl. eiusdē. hoc est uulgo appellatum sydus palilium quoniam xi. kl. mai urbis Romę natalis: quo fere serenitas redditur claritatē obseruationi dedit nimboz argumēto hyadas appellantibus gręcis has stellas quas nostri a similitudine cognominis gręci propter sues ipositum arbitrātes: imperitia appellauere suculas Cęsari & viii. kl. notat dies vii. kl. ęgypto edi exoriuntur vi. kl. boetię & atticę canis uesperi occultatur fidicula mane oritur v. kl. ac syrię orion totus absconditur iiii. autē canis vi. no. mai Cęsari suculę matutinę exoriūtur & viii. idus eiusdē capella pluuialis. Aegypto autē eodē die canis uesperi ocultatur sic fere in vi. idus mai qui est uergiliaz exortus decurrūt sydera in hoc tēporis interuallo xv. diebus primis agricolę rapienda sunt: quibus peragendis ante ęquinoctium non suffecerit dum sciat inde natam exprobrationē fędam putantiam uites per mutationē cantus alitis tēperari quam cuculum uocāt. Dedecus habetur obprobriumq; meritum falcem ab illa uolucre in uite deprębendi & ob id petulantię sales etiam cum primo uere laudātur auspicio tamē detestabiles uident adeo minima quoq; in agro naturalibus trahuntur argumentis. Extremo autē hoc tēpore panici miliq; satio est iustū est hoc seri maturato hordeo: atque etiam in eodē aruo est signum illius maturati & boz sationi cōmune lucētes uespere per arua Cicēdelę ita appellabant rustici stellantes uolatus: gręci uero lampyridas incredibili benignitate naturę.

IAm uergilias in cęlo notabiles caterua fecerat non tamē his contēta terrestres fecit alias ueluti uociferans. Cur cęlum itueris agricola? Cur sydera quęris rustice: lite breuiore somno fessum pręmūt noctes. Ecce tibi inter herbas tuas spargo peculiares stellas easq; uespera & ab opera diiungēdi ostēdo: ac ne possis prętere miraculo sollicito. Vides ne ut fulgor igni similis alaz cōpręssu subtegatur secumq; lucē habeat. Et nocte quidē dedi tibi herbas horarum indices & ut ne sic quidē oculos tuos a terra reuoces heliotrophium ac lupinum circūaguntur cum sole. Cur etiamnū altius spectas: ipsumq; cęlum scrutaris: habes ante pedes tuos ecce uergilias incertis hę diebus proueniunt: durantq; sydere sideris huiusce partū eas esse certum est. Proinde quisquis ęstiuos fructus ante illas seuerit ipse frustrabitur sese hoc interuallo et apicula procedens fabam florere indicat. Fabaq; florescēs eam euocat. Dabitur et aliud finiti frigoris indicum. Cum germinare uideris morū iniuriam postea frigoris timere nolito. Ergo opera taleas oliuaz ponere ipsasq; oleas interradere. Rigare prata ęquinoctii diebus primis cum herba creuerit in festucam arcere aquas uinea pampinare & huic lex sua cum pampini quattuor digitos longitudine expleuerint

Pampinat una opera iugeq; segetes iterare feritur diebus xx. Ab ęquinoctio satura nocere & uineę & segeti existimatur & oues lauandi hoc idē tēpus est a uergiliarum exortu significant Cęsari. Postridie arcturi occasus matutinus iii. idus maii fidiculę exortus xii. kl. Iunii capella uesperi occidēs & in attica canis xi. kl. eiusdē Cęsari orionis gladius occidere incipit iii. no. Iunii Cęsari & assyrię aquila uesperi oritur vi. idus arcturus matutino occidit italię vi. & iii. idus delphinus uesperi exoritur xvii. kl. Iulii gladius orionis exoritur quod in egypto post quatriduum xi. kl. eiusdē orionis gladius Cęsari occidere incipit viii. kl. uero Iulii longissima dies totius anni & nox breuissima solsticium conficiunt. In hoc tēporis interuallo uineę pampinantur: curaturque ut uinea uetus semel fossa sit bis nouella oues tondentur lupinum stercorādi causa uertitur: terra proscinditur. Vicia in pabulū secatur. Faba metitur dein concutitur

PRata circa kalendas Iunii ceduntur: quoq; facillima agricolis cura ac minimi īpendii hoc de se postulant dici. Relinqui debēt in lęto solo uel humido uel riguo eaq; aqua pluuia rigari uia puplica utilissimū simul & hęc arare: dein cratire serere: florē ex fenilibus atq; ex pręsepibus fęno dilapsum spargere priusquā cratiātur. Nec primo anno rigari: nec pasci ante secunda fęnisecia ne herbę euellantur: obtrituq; hebetentur Senescunt prata restituiq; debēt faba in his sata uel rapis uel milio: mox in sequente anno frumēto: rursusq; in prata tertio relinqui: prętera quotiēs sint sicilire: hoc est fęnisece prętererint secari. Est enī in primis inutile enasci herbas sementaturas: herba optima in prato trifolia: proxima graminis pessima nummuli: siliqua etiam dira ferendis inuisa & equisetis: est ad similitudinē equinę sętę. Secandi tēpus cum spica deflorescere cęperit atq; roborari. Secandū anteq; inarescat. Cato fęnum īquit ne seces priusquā semen matur sit. Quidam pridie rigāt ubi non sunt rigua noctibus roseidis secari melius. Quędam partes italię post messem secant.

FVit hoc quoq; maioris īpendii apud priores creticis tantū transmarinisq; cotibus notis: nec nisi oleo falcis aciem excitātibus. Igitur cornu propter oleum ad crus ligato fęnum exincedebat Italia aquarias cotes dedit limę uice. Imperantes ferro sed aquarią protinus uirēt. Falcium ipsa duo genera. Italicū breuius ac uel inter uepres quoq; tractabile. Gallia latifundia maioris cōpendii: quippe medias cedūt herbas breuioresq; prętereūt. Italus foenū ex dextra una manu secat. Iustum est una opera in die iugę desecari: alligariq; manipulos M.cc. quaterna pondo sectū uerti ad solē nec nisi siccū construi oportet. Ni fuerit hoc obseruatum diligenter exālare matutino nebulam quandā metas mox sole accēdi & conflagrare certum est. Rursus rigari desecta oportet ut secetur autūnale fęnū quod uocant Cordum. Interamne in umbra quater anno: secantur etiam non rigua uero ter plerisq; in locis & postea in ipso pabulo non minus emolumēti est q̄ in fęno armētorum: id cura iumētorūq; progeneratio suum cuique consilium dabit optimū maxime quadrigaq; quęstus.

SOlsticium peragi in octaua parte Cancri & viii. kl. Iulii diximus. Magnus hic anni cardo: magna res mundi. In hoc usq; ad brumam decrescunt dies. At sol ipse ad aquilonē scandēs aspera ardua emēsus ab ea meta incipit flecti ac digeri ad austr auctur noctes alis sex mēsibus: ablaturusq; diei mēsurā. Ex hoc deinde rapiendi conuehendiq; fructus alios atque alios tēpus & prępārandi se contra sęcuā feramque hyemē: dicebatque hoc discrimē indubitatis notis signasse naturam. Quamobrem eas manibus ipsis agricolaq; ingessit uertique iussit. Ipsa die folia & esse confecti syderis signum. Nec siluestrium arboq; remotarūque ut in saltus deuios montesque eadē esse quęrētibus signa non rursus urbanarū & quę topiario tantū usu coluntur quāq; in his & illa uisentur uertit oleę āte pedes satę uertit tilię ad mille usus petēdę

uertit populi albę etiam uitibus nuptę. Adhuc parum est ulmũ inquit uite dotati
habes & huius uersa cum pabulo folia eius stringis: stringis aut deputas. Aspice et
tene sydus alia parte cęlum respiciũt q̃ spectauere pridie. Salice alligas omia huius
arboꝝ ipse e toto capite altior & huius folia circũagam. Qui te rusticũ quęreris: non
stat quominus cęlum itelligas & cęlestia scias. Dabo & auribus signũ palũborum
utiq; exaudi gemitus trãsisse solsticium caueto ne putes nisi cum icubantem uideris
palumbum ab solsticio ad fidiculę occasum xvi. kl. Iulii. Cęsari orion exoritur: zona
autẽ eius iiii. no. assyrię ęgypto uero prochion matutino ęstuosus: quod sydus apud
Romanos nõ hab& nomẽ nisi caniculam hãc uolumus intelligi hoc est minorẽ ca-
nẽ sane. ut in astris pingitur. Est autẽ magnopere pertinẽs sicut paulo mox docebi-
mus iii. nonas chaldeis corona occidit matutiõ atticę oriõ totus eo die exorit pridie
idus Iulii & ęgypto oriõ desinit exoriri xvi. kl. augusti. Assyrię prochion exorit. De
inde postridie fere ubique confessum inter omne sydus indicans quod canis ortum
uocamus. Sole partẽ primã leonis ingresso hoc fit solsticium ac xxxiii. dies sentiũt
id maria & terrę. Multę uero & fere ut suis locis diximus. Neq; est ei minor uenera-
tio q̃ descriptis in deos stellis: accẽditque solẽ & magnã ęstus obtin& causam xviii.
kl. augusti ęgypto aquila occidit. Matutino ethesiaꝝ prodromi flatus incipiũt: quod
Cęsar x. kl. sentire existimauit Italiam. Aquila atticę matutino occidit iii. kl. regia in
pectore leonis stella matutino Cęsari inmergit viii. Idus augusti arcturus medius
occidit iii idus Fidicula occasu suo autũnum inchoat ut is annotauit. Sed & uera ra-
tio id fieri inuenit vi. idus eiusdẽ. In hoc tẽporis interuallo res summa uitium agit
de cretorio uuis sydere illo quod caniculam appellauimus in carbunculã redigũtur
ut quodam uredinis carbone exustę. Non cõparantur huic malo grandinis procellę
quęque nunq̃ annonę intulere charitatẽ. Agroꝝ quippe mala sunt illa: carbunculus
autẽ regionũ late patẽtium non diffitili remedio nisi calũniari magis naturam rerũ
homines q̃ sibi prodesse mallẽt. Ferũt Democritum qui primus intellexit ostẽditq;
cum terris cęli societatẽ spernẽtibus hanc curam eius opulẽtissimis ciuium pręuisa
olei charitate ex futuro uergiliaꝝ ortu qua diximus ratione. Ostendimusq; iam pla-
nius magna tunc uilitate propter spem oliuę coemisse in toto tractu omẽ oleũ: mi-
rantibusq; paupertatẽ & quietẽ doctrinarum quam ei sciebant in primis cordi esse:
atque ut apparuit causa & ingẽs diuitiaꝝ cursus restituisse mercẽ anxie & auide do-
minoꝝ pęnitẽtię conceptu iprobauisse opes sibi cum uell& in facili fore: hoc postea
sextius e Romanis sapientię assectatoribus athenis fecit eadẽ ratione tanta litterarũ
occasio est quas ęquidẽ miscebo agrestibus negotiis q̃potero dilucide atq; perspicue
Plerique dixerunt rorẽ inustum sole acti frugibus rubigis causam esse & carbũculi
uitibus: quod ex parte falsum esse arbitror: omnẽq; uredinẽ frigore tantũ constare so-
le innoxio. Id manifestum fiet attẽdentibus: nam primũ omnium hoc nõ euenire
nisi noctibus & ante solis ardorẽ deprẽhenditur: totumq; lunari ratione cõstat: quo-
niam talis iniuria non fit nisi interlunio: plenaue luna hoc est pręualẽte. Vtroq; enĩ
habitu plena est ut sępius diximus: sed interlunio omne lumen quod a sole accepit
cęlo regerit. Differẽtia utriusq; habitus magna sed manifesta. Nanq; iterlunio ęstate
calidissima est: hyeme gelida e contrario. In plenilunio ęstate frigidas facit noctes
hyeme tepidas. Causa euidens: sed alia redditur a Fabiano gręcisq; auctoribus ęstate
enim interlunio necesse est cum sole nobis proximo circulo curat igne eius cominus
recepto candẽs eadẽ interlunio absit hyeme quoniã abscedit & sol. Itẽ in plenilunio
ęstiuo procul abeat auersa soli: hyeme autẽ ad nos per ęstiuũ circulũ accedat. Ergo p
se roscida quotiẽs alg& infinitum quãtum illo tẽpore cadẽtes pruinas cõgelat Ante
omnia autẽ duo genera esse cęlestis iurię meminisse debemus. Vnum quod tẽpe-
states uocamus in quibus grandines procellę: ceteraq; similia intelligunt: quę cum
acciderint uis maior appellat hęc ab horridis sydẽribus excũt ut sępe diximus uelut

arcturo orione edis. Alia sunt illa quę silente cęlo serenisq; noctibus fiunt nullo sentiente nisi cum facta sunt publica: hęc & magnę differētię a prioribus aliis rubiginē aliis uredinē: aliis caniculū appellantibus. Omnibus uero sterilitatē de his nūc dicemus a nullo ante nos prodita priusq; causas reddemus.

DVę sunt prēter lunarē paucis quę cęli locis esse constant. Nanque uergilię priuatim attinēt ad fructus: ut aquaꝝ exortu ęstas incipiat & occasu hyemis semestri spatio inter se messes uindemiasq; & omnium maturitatē cōplectitur. Est prętereа in cęlo qui uocatur lacteus circulus etiam uisu facilis: huius defluuio uelut ex ubere aliquo sata cuncta lactescūt. Duoꝝ sydeꝝ obseruatione Aquilę in septētrionali parte et in austrina caniculę cuius mētionē suo loco fecimus. Ipse circulus fertur per sagittarium atq; geminos solis. Centrū infra ęquinoctialē circulū secans cōmissuras eorū obtinēte: hinc aquila: illinc canicula. Ideo effectus utriusq; ad omnes frugiferas pertinent terras quoniam in his tantū locis solis terręq; cōgruunt: igitur horum sydерū diebus si purus atq; mitis aer genitalē illum lacteumq; succum trāsmiserit in terras lęta adolescunt sata si lunę qua dictū est ratione roscidum frigus aspexerit admixta amaritudo ut in lacte puerperium necat modus in terris huius iniurię quā fecit in quacunq; connexitate comitatus utriusque causę: & ideo non pariter in toto orbe sentitur ut nec dies aquilam diximus in Italia exoriri id iii. kl. Ianuarias: nec patitur ratio naturę quicq̄ in satis ante eum diem spei esse certę. Si uero iterlunium icidat cōs hybernos fructus & prękoces lędi necesse est. Rudis fuit priscoꝝ uita atque sine litteris non minus tamen ingeniosam fuisse illis obseruationē apparebit q̄ nunc esse rationē. Tria nanq; tēpora fructus metuebant: propter quę instituerūt ferias diesque festos. Rubigalia: floralia: uinalia: rubigalia numa cōstituit āno regni sui xi. quę nūc aguntur ad vii. kl. mai: quoniam tunc fere segetes rubigo occupat hoc tēpus uarro determinauit sole tauri partē x. obtinēte sicut tunc ferebat ratio. Sed uera causa est q̄ post dies undeuiginti ab ęquinoctio uerno per id quatriduum uaria gentium obseruatione in iiii. kl. mai canis occidit. Sydus & per se uehemēs & cui prękoccidere caniculam necesse sit. Idē itaq; floralia iiii. kl. eiusdē instituerūt urbis anno dxvi. ex oraculis sibyllę ut omnia bene deflotescerēt: hunc diem Varro determinat sole tauri partē quartādecimam obtinente. Ergo si in hoc quatriduū inciderit pleniluniū fruges et omnia quę florebunt lędi necesse erit uinalia priora quę ante hos dies sunt viii. kl. mart. degustandis uinis constituta nihil ad fructus attin& nec quę adhuc diximus ad uites oleasq; quoiā earum conceptus exortu uergiliarū incipit ad vi. idus mai ut docuimus. Aliud hoc quadrinum est quod neque rore sordere uelint: exhaurit enim frigidum sydus arcturi post pridie occidens & multo minus pleniluniū icidere iii. no. Iunii. Iterum aquila exoritur uesperi decretorio die florētibus oleis uitibusque si plenilunium in eum incidat equidē & solsticium viii. kl. Iulii in simili causa dixerī et canis ortum post dies a solsticio xxiii. sed interlunio occidente: quoniam uapore constat culpa acinique prękoquūtur in callum rursus pleniluniū noc& ad iiii. nonas Iulii cum ęgypto canicula exorit̄ uel certe xvi. kl. augusti cum italię. Itē xiii. kl. aug. cū aquila occidit usque in x. kl. eiusdē. Extra has causas sunt uinalia altera quę agūt̄ ad xiii. kl. septēbris Varro & a fidicula incipiente occidere mane determinat quod uult initium autūni esse & hunc diem festum tēpestatibus liniendis institutū. Nūc fidiculam occidere ad vi. idus augusti seruat̄. Intra hęc constat cęlestis sterilitas neq; negauerim posse eam permutari arbitrio legētium locoꝝ extuātiū naturas & a nobis rationē demonstratā esse satis est. Reeliqua obseruatione cuiusque cōstabūt. Alterutrū quidē fore in causa hoc est. Reliqua obseruatioē pleniluniū aut interlunium non erit dubium. Et in hoc mirabile benignitatē naturę. Succurrit iamprimū hanc iniuriam omnibus annis accidere non posse propter statutos sydeꝝ cursus: nec nisi

paucis noctibus anni:idque quãdo futurum ſit facile noſci:ac ne per omẽs meſes timeretur:earumq; lege diuiſum eſtate interlunia prętercq̃ biduo ſecura eſſe hyeme plenilunia nec niſi eſtiuis breuiſſimiſq; noctibus metui diebus non ita ualere. Prę terea tã facile intelligi ut formica minimũ animal iterlunio quieſcat:pleliunio & etiã noctibus operetur. Auẽ paruam oriente ſyrio ipſo die nõ apparere donec occidat. Ꝑ diuerſo orionẽ prodire ipſo ſolſticii die. Neutrum uero lunę ſtatim noxium eſſe nec noctibus quidẽ niſi ſerenis & omni aura quieſcẽte:quoniam neq; in nube neque in flatu cadunt rores:ſic quoq; non ſine remedio ſarmẽta aut paleaꝫ aceruos & euulſas herbas fruticeſque per uineas cãpoſque cum timebis icẽdito fumus medebit̃. Hic e paleis & contra nebulas auxiliatur ubi nebulę nocẽt. Quidã tres cancros uiuos cremari iubẽt in arbuſtis ut carbunculi nõ noceant:alii ſiluri carnẽ leuiter uri a uẽto ut per totam uineam fumus diſpargatur. Varro auctor eſt q; ſi fidiculę occaſu quod eſt initium autũni uua picta conſecret̃ inter uites minus nocere tẽpeſtates. Archibi us ad anthiocum ſyrię regẽ ſcripſit:ſi fictili nouo ſeruet̃ rubeta rana in media ſegete non eſſe noxias tẽpeſtates. Opera ruſtica huius interualli terram iterare arbores circũ fodere:ut ubi eſtiuoſa regio poſcat accumulare germinãtia niſi i ſolo luxurioſo fodi enda non ſunt ſeminaria purgare ſarculo meſſem ordeaceã facere aream meſſem pręparare. Catonis ſentẽtia amurca tẽperatam uirgilii operoſius maiore ex parte equant tantum & fimo bubulo dilutiore illiniunt. Id ſatis ad pulueris remediũ uidet̃.

MEſſis ipſius ratio uaria gallia ꝫ latifundia uallı pręgrãdes dentibus in margine infeſtis duabus rotis per ſegetẽ pelluntur iumẽto in contrariũ iuncto. Ita direpte in uãllum cadunt ſpicę ſtipulę alibi media falce pręcidunt̃ atque inter duas mergites ſpica diſtringitur:alibi ab radice euellũt quiq; id faciunt proſcindi ab ſe obiter agrũ interpretantur cum extrahant ſuccũ. Differẽtia hęc ubi ſtipula domos cõtegunt quã longiſſimam ſeruant ubi ſęni iopia e ſtramẽto paleam quęrunt panicii culmo nõ tegunt:milii culmũ fere inurũt. Ordei ſtipulam bubus gratiſſimã ſeruant panicum et milium pectine manuali ſigillatim legunt gallię meſſis ipſa alibi tribulis in area alibi equorum greſſibus exteritur:alibi perticis flagellat̃. Triticũ quo ſerius metit̃ copioſius inuenit̃:quo celerius uero hoc ſpetioſius ac robuſtius:lex aptiſſimã anteq̃ granum indureſcat & cũ iã traxerit colorẽ. Oraculum uero biduo celerius meſſem facere potiuſquã biduo ſerius. Siliginis & tritici etiã ratio in area horreoq; far quia difficulter excutitur:cõuenit cum palea ſua condi & ſtipula tantum & auſtris liberat̃.

PAlea plures gẽtium pro ſęno utunt̃:melior ea quo tenuior minutiorq; & pulueri propior:ideo optima e milio proxima ex ordeo peſſima ex tritico:pręterq̃ iumẽtis opere laborantibus culmum ſaxoſis locis cum inaruerit baculo frangũt ſubſtrata animalium. Si palea deficit & culmus teritur:ratio hęc maturius defectus muria dura ſparſus. Dehinc in manipulos ſiccatis conuoluitur atque ita pro ſęno bubus dat̃. Sunt qui accedant in aruo & ſtipulas magno Virgilii pręconio. Sũma autẽ eius ratio ut herbarum ſemẽ exurant ritus diuerſos magnitudo facit meſſium & caritas operariorꝫ.

COnnexa eſt ratio frumenti ſeruandi orea operoſa & tripedali craſſitudine pariete lateritio exedificari iubẽt aliqui:pręterea ſuperne impleri: nec ad flatus admittere aut feneſtras habere ullas:alii ab exortu tantũ eſtiuo:aut ſeptẽtrione:eaq; fine calce conſtrui quoniam ſit fruměto inimiciſſima. Nam quę de amurca pręceperit indicabimus. Alibi contra ſuſpẽdunt granaria lignea:columnis & perflari undique malunt atq; etiam a fundo:alii omnino pẽdent & ab tabulato extenuari granũ arbitrantur & ſi tegulis ſubiaceat conferueſcere. Multi uẽtilare quoque uetant curculionem enim nõ deſcendere infra quattuor digitos nec amplius periclitari:columella

et fauonium uentum confecto frumento prędicit: quod miror equidē siccissimum
Aliqui sunt qui rubetam ranam in limine orrei pede e lōgioribus suspensam iuebe
re iubeant. Nobis referre plurimum tēpestiuitas condendi uidebitur. Nam si parum
tostum atque robustū collectū sit: aut calidū conditum uitia innasci necesse est. Diu
turnitatis causę plures aut in ipsius grani corio est numerosius ut milio aut succi pi
guedine qui pro humore sufficit tantum ut sisimę aut amaritudine ut lupino & ci
cerculo. In tritico maxime nascuntur animalia: quoniam spissitate sua concalescit et
furfure crasso uescit tenuior hordeo palea exilis & legumini ideo nō generant: faba
crassioribus tunicis operitur ob hoc eferuescit. Quidā ipsum triticum diuturnitatis
gratia aspergunt amurca mille modios quadrantali: alii calcidica: aut carica creta aut
etiam abscintio. Est & olinti ac perinti & cuboę terra duę corrumpi non sinat: nec fe
re condita in spica lęduntur. Vtilissime tamē seruantur in scrobibus: quas syros uo
cant ut in Cappadocia ac Thracia & hispania: aphryę ante omia ut sicco solo fiant
curantur. Mox ut palea substernantur. Prętera cum spica sua condunt ita frumēti
si nullus spiritus penetret certum est nihil maleficium nasci. Varro auctor est si cō
ditum triticum durare annis l. milium uero centū fabam & legumina in oleariis ca
dis oblita cinere longo tēpore seruari. Idē fabam a pyrrhi regis ętate in quodā specu
Ambracię usq; ad pyrhaticum pompei magni bellum durasse circiter annis cxx. ci
ceri tantum mille bestiolę in horreis inascuntur. Sunt qui urceis cinere sustratis et il
litis acetū habētibus leguminū aceruos superingerāt. Ita non nasci malefica credētes
Alii qui falsamētariis cadis gypso illiniant: alii qui lentē aceto laserpitiaco respargāt
siccatamq; oleo ungāt: sed breuissima obseruatio q; si uitiis carere uelis interlunio
legere quare plurimū refert condere quis malit an uēdere: crescēte enim luna frumēta
grandescunt.

Sequitur ex diuisione tēpoꝝ autūnus a fidiculę occasu ad ęquinoctium ac deide
uergiliarum occasum iitiumq; hyemis bis iteruallis significāt pridie idus au
gustas attice equus oriēs uespero ęgypto & Cęsari delphinus occidēs xi. kl. septēbris
Cęsari & assyrię stella quę uindemitor appellat exoriri stella quę mane incipit uin
demię maturitatē promittēs eius argumētum erūt acini colore mutati assyrię v. kal.
et sagitta occidit & Ethesię desinunt uindemiator ęgypto nonis exorit atticę arctu
rus matutio & sagitta occidit mane vi. idus septēbris Cęsari capella uesperi arcturus
uero medis pridie idus uehemētissimō significatu terra marique per dies v. ratio eius
hęc traditur. Si delphino occidēte imbres fuerint non futuros per arctuꝝ signū ori
entis syderis eius seruetur hyrundinū habitu: nanque deprehēsę intercūt xvi. kl. oct
ęgypto spica quam ter & uirgo exorit matutino ethesięq; desinūt. Et hoc idē Cęsari
xiiii. kl. assyrię significant & xi. kl. Cęsari comissura piscium occidēs ipsumq; ęqui
noctii sydus viii. kl. oct. Dein cōsentiūt: quod rarum philippus calippus dositheus
parmenischus conon criton Democritus Eudoxus iiii. kl. oct. capellam matutino
exoriri & iii. kl. hedos vi. non. oct. atticę corona exoritur mane asię & Cęsari v. kalen.
Emochus occidit matuttino iii. kl. Cęsari corona exoriri incipit & post pridie occi
dunt hedi uesperi viii. idus oct. Cesari fulgēs in corona stella exoritur & iii. idus uer
gilię uesperi idibus corona tota vi. kl. nouēbris: fucculę uesperi exoriunt pridie kal.
Cęsari arcturus occidit & fucculę exoriunt cum sole iiii. no. arcturus occidit uespe
ri v. idus nouēbris gladius orionis occidere incipit. Dein iii. idus uergilię occidunt
In his tēpoꝝ interuallis opera rustica panaphes raphanos serere quibus diximus di
ebus uulgus agreste rapa spost ciconię discessum magis seri putat. Nos omino post
uulcanalia & prękocia cum panico. A fidiculę autē occasu uiciam phasiolos pabulū
et hoc silente luna fieri iubēt & frondis pręparandę tēpus: hoc est unus frondator iiii
frondarias fiscinas cōplere in die iustū hab&. Si decrescēte luna pręparet nō putre
scit. Aridam colligi non oport& uindemiam antiqui nūquam extimauere maturā

ante æquinoctium iam passim rapi cerno: quãobrẽ & huius tẽpora notis argumẽtis signentur Leges ita se habent: uuam calidã ne legito: hoc est in siccitate: ac nisi iber interuenerit. Quam rorulentã ne legito: hoc est si ros nocturnus fuerit nec priusq̃ sole discutiatur uindemiare ĩcipito. Cum ad palmitẽ pampinus procũbere coeperit aut cum exẽpto acino ex dẽsitate interuallum non cõpleri apparuerit: non augeri acinos: plurimũ refert si contigat crescente luna uindemiare grẽssura una culeos xx. implere debẽt: hic est pes iustis ad totidẽ culeos & lacus xx. iugeribus: unum sufficit torcular. Premũt aliqui singulis utilius binis lic& magna sit uastitas singulis lõgitudo in his refert non crassitudo spatiosa melius premunt antiqui funibus uictisq; loreis ea detrahebant & uectibus intra cannas inuẽta grecanica mali rugis per cochleas bulantibus palis affixa arbori stella aliis arca lapidũ attollente se cum arbore: quod maxime probatur intra xx. duos hos annos inuẽtum paruis prelis & minore torcular ẽdificio breuiore malo in media decreto tympana ĩposito uinaceis superne toto pondere urgere & super prela construere congeriem. Hoc & poma colligendi tẽpus et obseruatio cum aliquid maturitate non tẽpestate deciderit: hec & feces exprimẽdi hec & de fructu coquẽdi silente luna noctu: aut si iterdiu plena. Ceteris diebus aut ante exortum lunę: aut post occasum: nec de nouella uite aut palustri: nec nisi e matura uua quia si ligno contigatur uas adustũ & fumosum fieri putãt. Iustũ uidemię tẽpus ab æquinoctio ad uergiliaꝝ occasum dies xliii. ab eo die oraculũ occurrit: frigidum picari pro nihilo ducẽtium. Sed iam & kl. Ianua. defectu uasorũ uindemiates uidi. piscinisq; musta condere aut uina effundere priora ut noua dubia reciperẽt: hoc non tam sepe prouẽtu nimio euenit: q̃ segnitia insidiantiũ caritati ciuili. Aequi patrisfamilias modus est annona cuiusq; anni uti: id perq; etiam lucrosissimũ. Reliqua de uinis affatim dicta sunt. Itẽ uindemia facta oliuam esse rapiendã & que ad oleum pertinẽt: quęq; ad uergiliaꝝ occasum agi debẽt largius premissa sunt.

HIs que sunt necessaria adiicietur de luna uentisq; presagiis ut sit tota syderalis ratio perfecta: nanque Virgilius etiam inumeros lunę quędã digerẽda putauit Democriti sequitus ostentationẽ. Hos legum utilitas que in toto opere in hac quoque mou& parte. Omnia que carpuntur cedunt̃ tonduntur innocẽtius decrescẽte luna q̃ crescẽte fiunt stercus nisi decrescẽte luna ne tangito: maxime autẽ inter menstrua dimidiaq; stercorato: uerres iuuencos: arietes hedos decrescẽte luna castrato. Oua luna noua supponito scrobes luna plena noctu facito. Arboꝝ radices luna plena operito: humidis locis interlunio serito & circa interluniũ quatriduo. Ventilari quoque frumenta ac legumina & condi circa extremam lunam iubẽt. Seminaria cum luna supra terram fieri. Calcari musta cum luna sub terra. Itẽ materies cędi quęq; alia suis locis diximus. Neque facilior est obseruatio ac iam dicta a nobis secundo uolumĩe Sed quod intelligere uel rustici possint quotiẽs ab occidente sole cernet̃ prioribusq; noctis horis lucebit crescens erit & oculis dimidiata iudicabitur. Cum uero occidẽte sole orietur ex aduerso ita ut pariter aspiciantur tunc erit plenilunũ. Quotiẽs ab ortu solis orietur: prioribusq; noctis horis detrahet lumẽ & in diurnas extẽdent decrescẽte erit. Iterũq; dimidia. In coitu uero quod interluniũ uocant cum apparere desierit supra terras autẽ erit q̃diu & sol interlunio & prima tota die secunda hora noctis uno distante sicilico ac deinde tertia & usque xv. multiplicatis horaꝝ isdẽ portionibus xv. tota supra terras noctu erit. Eadẽq; sub terris tota die xvi. ad primę horę nocturnę destantẽ sicilicum sub terras ag&: easdẽque portiones horarum per singulos dies adiicit usq; ad iterlunium & quatũ primis partibus noctis: detraxeritq; sub terris agit tantũdem nouissimis ex die adiiciet supra terram: alternis autẽ mensibus xxx. implebit numeros: alternis uero detrahet singulos: hęc erit ratio lunaris.

VEntorum paulo ſcropuloſior obſeruato ſolis ortu quocunq; die libeat ſtātibus hora diei vi. ſic ut ortum eum a ſiniſtro humero habeant contra mediam faciē meridies & a uertice ſeptētrio erit qui ita limes per agrū currit cardo appellabit̃. Circūagi deinde melius eſt ut umbram ſuam quiſq; cernat alioquī poſt hominē erit. Ergo permutatis lateribus ut ortus illius diei a dextro humero fiat occaſus a ſiniſtro tunc erit hora vi. cum minima umbra contra medium fiat hominē per huius medīā longitudinē dulci ſarculo ſulcum uel cinere lineam. Vbi uerbi gratia pedum xx. cōueniet mediamq; menſuram hoc eſt in decimo pede circūſcribi circulo paruo qui uocetur umblicus: quę pars fuerit a uertice umbrę: hic erit uētus ſeptētrionis. Illo tibi putator arboꝝ plagę ne ſpectēt neue arbuſta uineę: & niſi in aphryca cyrenis ęgypto illinc flante ne arato: quęq; alia prēcipimus: quę pars lineę fuerit a pedibus umbrę meridiē ſpectans: hic uētum auſtrum dabit quem a grēcis notum diximus uocari. Illinc flatu ueniente materiam uinumq; agricola ne tractes humidus aut ęſtuoſus italię eſt Aphrycę quidē incendia cum ſerenitate affert in hunc italię palmites ſpectāt ſed nō plagę arboꝝ uitium ue. Hic oleę timeatur uergiliaꝝ quatriduo hunc caueat inſitor calamis gēmiſque moculator. De ipſa regionis eius ora prēmoniuiſſe cōuenit. Frondem medio die arborator ne cedito cum meridiem adeſſe ſentias. Paſtor ęſtate contrahente ſeu umbra pecudē ſole in opaco cogito: cum ęſtate paſces in occidente ſpectante ante meridiem: poſt meridiem in oriente aliter noxium ſicut hyeme & uere in rorulenta duci: nec contra ſeptētrionē paueris. Supra deīde cludant̃ ita lipiūt ne ab afflatu & aluo cito pereunt. Qui fęminas concipi uoles in hunc uentū ſpectantes iniri cogito.

DIximus ut in media linea deſignaretur umblicus per hunc modū tranſuerſa cura alia hęc eirt ab exortu ęquinoctiali ad occaſum ęquinoctialē & limes qui ita ſecabit agrum decumanus uocabitur. Ducātur deinde alię duę lineę in decuſſis obliquę ita ut a ſeptētrionis dextera leuaq; ad auſtri dexterā ac leuam deſcēdant oēs per eundē currant umblicū omnes inter ſe pares ſint omiū iterualla paria: quę ratio ſemel in quoque agro ineunda erit uel ſępius ſi libeat uti e ligno facienda regulis paribus in tympanum exiguū ſed circinnatum adactis ratione qua doceo occurrēdū ingeniis euoque imperitoꝝ eſt: meridiem excuti placē: quoniam ſemper eſt idem Sol autē quotidie ex alio ęli momēto q̄ pridie oritur ne quis forte exortū capiēdum putē lineam: ita ęli exacta parte quod fuerit linea & apud ſeptētrionē proximum a parte exortiua ſolſticialē habebit exortum: hoc eſt longiſſimi diei: uentumq; aquilonem boream a grēcis dictum. In hunc ponito arbores uiteſq;. Sed hoc flāte ne arato: frugem ne ſerito: ſemen ne iacito: prēſtringit enim atque percellit hic radices arborum quas poſiturus affers prēmonitus eſto: alia robuſtis proſunt alia infantibus nec ſum oblitus in hac parte uētū a grēcis poī quē caetiam uocāt & idē Ariſtoteles uir īmenſę ſubtilitatis qui hoc ipſum fecit rationē cōnexitatis mūdi reddēs: qua cōtrarius aquilo aphryco flat nec tamē eum toto āno in prēdictis tim& agricola: mollit ſydera ęſtate media: mutatque nomē & etheſias uocat̃. Ergo cum frigidū ſenties caueto. At quanto aquilo prēdicitur tanto pernitioſior ſeptētrio eſt in hunc Aſyę: grēcię: hyſpanię: maritimę italię: campaię Apulię arbuſta uineęq; ſpectēt qui mares concipi uoles in hunc paſcito ut ſic ineuntem ineat: ex aduerſo aquilonis ab occaſu brumali aphrycus flabit quē grēci liba uocant. In hunc ad coitū cum ſe pecus circū egerit fęminas conceptas eſſe ſcito. Tertia a ſeptētrione linea: quam per latitudinem umbrę diximus & decumanam uocauimus exortum habebit ęquinoctialē uētumq; ſubſolanum grēcis apeliotē dictum: in hunc ſalubribus locis uillę uineę ſpectent Ipſe lenitur pluuius tamen eſt ſiccior fauonius ex aduerſo eius ab ęquinoctiali occaſu Zephyrus a grēcis nominatus in hunc ſpectare oliueta Cato iuſſit: hic uer īchoat aperitq; terras tenui frigore ſalubri: hic uites putandi: frugeſq; curandi: abores ſerēdi

poma inſerēdi oleas tractandi ius dabit afflatuq; nutritium exercebit. Quarta a ſeptē
trione linea. Eadem auſtro ab exortiua parte proxima brumale habebit exortū uen
tumq; uulturnum: eurū grēcis dictum. Siccioré & ipſum tepidioréq;. In hūc apiaria
et uineę italiq galliarumq; ſpectare debebunt. Ex aduerſo uulturni flabit corus ab oc
caſu ſolſticiali & occidentali latere ſeptētrionis grēcis dictus argeſtes e frigidiſſimis
et ipſe ſicut omnes qui a ſeptētrionis parte ſpirant: hic & grādines infert. Cauēdus
et ipſe non ſecus ac ſeptētrio. uulturnus ſi a ſerena cęli parte cęperit flare nō durabit.
in noctē. At ibi ſubſolanus in maiorē partē noctis extēditur: quisquis erit uētus ſi
feruidus ſentietur pluribus diebus permanebit aquilonē pronūtiat terra ſiccefcens
repēte auſtrum bumeſcens rore oculto.

Et enim prędicta ratione uētorum ne ſępius eadē dicantur tranſire cōuenit ad
reliqua tēpeſtatū pręſagia: quoniam & hoc placuiſſe uirgilio magnopere uideo. Siq
dem ipſam eſſe ſępe cōcurrere pręlia uētorum damnoſa imperitis refert. Tradūt eū
dem Democritum metente fratre eius damaſo ardētiſſimo ęſtu oraſſe ut reliquę ſe
geti parceret raperetq; deſecta ſub tectū paucis mox horis ſeeuo imbre uaticinatiōe
approbata quin uerno & barūdinem non niſi impendente pluuia ſeri iubēt & fru
ges inſecuturo imbre. Quamobrē & hęc breuiter attingimus ſcrutari maxiē ptinētia
primumq; a ſole capiemus pręſagia. Purus oriens atq; non feruēs ſerenum diē nū
tiat. At hybernam pallidus grandinē ſi & occidit pridie ſerenus & oritur tanto cer
tior fides ſerenitatis. Concauus oriens pluuias prędicit. Idem uentos cum ante exo
rientē eum nubes rubeſcūt. Quod ſi & nigrę rubētibus interuenerit & pluuias: cū
orientis aut occidentis radii uidētur coire pluuias. ſi circa occidētem rubeſcūt nubes
ſerenitatē futurę diei ſpondent. Si in exortu ſpargentur partim ad auſtrum: partim
ad aquilonem pura circa eum ſerenitas fic lic& pluuiam tamē uentoſq; ſignificabūt
Si in ortu aut in occaſu contracti cernent radii imbrem. Si in occaſu eius pluet: aut
ſi radii in ſe nubē trahēt aſperſam in proximū diem tēpeſtatē ſignificabūt. Cū oriēte
radii non illuſtres eminebūt quis circūdate nubes non ſint pluuiam portēdunt. Si
ante exortum nubes globabūtur hyemē aſperſam denūtiabunt. Si ab ortu repellūt
et ad occaſum abibunt ſerenitatē. Si nubes ſolē circumcluſerint: quāto minus luminis
relinquent: tanto turbidior tēpeſtas erit. Si uero etiam duplex orbis fuerit eo atroci
or. Quod ſi in exortu aut in occaſu fiat ita ut erubeſcāt nubes maxima oſtendit tem
peſtas. Si non abibunt: ſed incumbēt a quocūque uento fuerint eum portendēt ſiā
meridie & imbrem. Si oriens cingetur orbe ex qua parte is eruperit expectetur uen
tus: ſi totus defluxerit ęqualiter ſerenitatem dabit: ſi in exortum lōge radios per nu
bes porrigat & melius erit inanis pluuiam ſignificabit: ſi ante exortum radii ſe oſtē
dent aquam & uentum: ſi circa occidentem candidus circulus erit noctis leuē tem
peſtatem: ſi nebula uehemētiorem: ſi candente ſole uentum: ſi autē circulus fuerit
ex qua regione is eruperit uentum magnū. Proxima ſint iure lunę pręſagia. Quartā
ea maxime obſeruat ęgyptus: ſi ſplendens exorta puro nitore fulſerit ſerenitatē ſi ru
bicunda uentos: ſi nigra pluuias portēdere creditur. In quinta cornua eius obtonſa
pluuiam erecta & iſeſta uētos ſemper ſignificant: quarta tamē maxime. Cornu eius
ſeptētrionale acuminatum atq; rigidum illum pręſagit uentum iſerius auſtrū utraq;
recta noctem uentoſam: ſi quartam orbis rutilus cīgit uētos & imbres prēmonebit
apud Varronē ita eſt: ſi quarto die luna erit directa magnam tēpeſtatem in mari prę
ſagit niſi coronam circa ſe habebit & eam ſinceram: quoniam illo modo non ante
plenam lunam hyematurum oſtendit: ſi plenilunio per dimidium pura erit dies ſe
renos ſignificabit: ſi rutila uētos nigreſcēs imbres: ſi caligo nubis orbē incluſerit uē
tos qua ſe ruperit: ſi gemini orbes cinxerint maiorē tēpeſtatem & magis ſi tres erunt
aut nigri interrupti atque diſtracti. Naſcens luna ſi cornu ſuperiore abadtrato ſurget

pluuias decrescens dabit: si inferiore ante plenilunium: si in media nigritia illa fuerit imbrem in plenilunio. si plena circa se habebit orbem: ex qua parte is maxime splē-debit ex ea uentum ostēd&: si in ortum cornua crassiora fuerint horridam tēpestatē Si ante quartā non apparuerit uento fauonio flante hyemalis toto mēse erit: si xvi. uehementius flamea apparuerit asperas tempestates prēsagiet. Sunt & ipsius lunę viii. articuli quotiens solis in angulos incidit plerisq; inter eos tantum obseruātibus prēsagia eius: hoc est iii. vii. xi. xv. xix. xxiii. xxvii. & interlunium. Tertio loco stellarū obseruationē esse oport&. Discurrere hęc uidentur interdū uentiq; protinus sequūtur in quorum parte ita prēsagiere. Cęlum cum ęqualiter totum erit splendidū articulis temporum quos proposuimus autūnum serenum prēsagabit & frigidum. Si uer et estas non sine riguo aliquo transierint autumnū serenū ac densum minusq; uētosum facient. Autumni serenitas uentosam hyemē facit: cum repēte stellarū fulgor obscuratur ut is neq; nubilo neq; caligine fulgeat graues denuntiat tēpestates. Si uolitare plures stellę uidebuntur quo ferent albescētes uentos ex his partibus nūtiant ac si pure stabūt certos: si id in partibus pluribus fiet ĩconstantes uētos effundent: si stellarum errantium aliquam orbes inclusérint imbrem. Sunt in signo cancri duę stellę paruę asellī appellatę exiguum inter illas spatium obtinente nubecula quā prę sepia appellant: hęc cum cęlo sereno apparere desierit atrox hyems sequitur. Si alterā earum hoc est aquilonium caligo abstulerit auster sęcuit: si austrina aquilo arcus cū sunt duplices pluuias nuntiant a pluuiis serenitatē non perinde certā. Circulus nubis circa sydera aliquam pluuiam. Cum ęstatem uehemētius tonuerit q̄ fluxerit uētos ex ea parte denuntiat. E contra si minus tonuerit imbrē. Cum sereno cęlo fulgura erunt & tonitrua & hyemauit atrocissime autē cum ex omnibus quatuor partibus cęli fulgurauerit. Cum ab aquilone tantum in posterum diem aquam portēdet cum a septētrione uentum eum cum ab austro uel choro aut fauonio nocte serena fulgurauerit uētum & imbrē ex iisdē regionibus demonstrabit. Tonitrua matutina uētū significant imbrem meridiana nubes cum sereno in cęlo ferunt a quacunque parte id fiet uēti expectentur. Si eodē loco globabuntur appropinquantesq; soli discutiant et hęc ab aquilone fiat uentos. Si ab austro imbres portendent. Sole occidente si ex utraque parte eius cęlū pet& tempestatem significabunt: uehementius uero ab oriente in noctem aquam minantur ab occidente in posterum diem: si nubes in uellera lanę spargentur multę ab oriēte aquam in triduum prēsagient. Cū in cacuminibus montium nubes considēt hyemabit. Si cacumina pura fient differenabit. Nube grauida candicante quod uocant tempestatē albam grando imminebit cęlo q̄uis sereno Nubecula q̄uis parua flatum dabit procellosum: nebulę e mōtibus descendētes aut cęlo cadentes uel in uallibus sidentes serenitatē promittēt. Ab his terreni ignes pxime significāt pallidi nāque murmurantesq; tēpestatum nuntii sentiuntur. Pluuię etiam si in lucernis fungi si flexuose uolitet flama. Ventum & lumina cum ex sese flāmas elidunt aut uix accēduntur. Itē cum ex eo pendēte scintillę coaceruant uel cū tollentibus ollas carbo adhęresit aut cum contectus ignis fauillam discutit scītillā ue emittit uel cum cinis in foco concresit. Et cum carbo uehementer perluc&. Est et aquarū significatio mare si trāquillū in portu a cursu stabit: murmurauerit ue itra se uentum prędicit: si id hyemem & imbrem littora ripęq; resonabunt tranquillo asperam tēpestatem. Itē maris ipsius trāquillus sonitus spumę ue dispersę aut aquę bullantes pulmones marini in pelago plurium dierū hyemem portēdunt. Sępe & silentio intumescit flatque altius soluto iam intra se esse uētos fatetur & quidē & mōtium sonitus nemorum mugitus prędicunt & sine aura quę sentiat folia ludentia lanugo popoli aut spinę uolitans aquisque plumę rimantes atq; etiam in cāpis uenturam tēpestatem prędicens suus fragor. Et cęli quidē murmur non dubiam habet significationē prēsagiunt & animalia delphini tranquillo mari lasciuientes flatum

ex qua uenitunt parte. Item ſpargentes aquam idē turbantes tranquillitatem loligo uolitans cōchę adhęreſcētes echini affigentes ſeſe aut harenas ſaburrantes tēpeſtatis ſigna ſunt. Ranę quoq; ultra ſolitum uocales & fulice matutino clangore. Iter mergi anateſq; pēnas roſtro purgātes uentū. Cęteręq; aquaticę aues concurſantes. Grues in mediterranea feſtinantes mergi maria aut ſtagna fugiētes. Grues ſilētio per ſublime uolantes ſerenitatem. Sic noctua in ibre garrula aut ſereno tēpeſtatē: coruiq; ſingultu quodā latrātes ſeq; concutientes ſi continuabūt: ſi uero carptim uocē reſorbebunt uētoſum imbrē. Gracculi & pabuli ſero a palumbis recedentes hyemē & albę aues cōgregabuntur & cum terreſtres uolucres cōtra aquam clangores dabūt pfundenteſq; ſeſe ſed maxime cornix hirundo tam iuxta aquā uolitās ut pennas ſępe percutiat. Quęq; in arboribus habitant fugitātes in nidis ſuis & anſeres cōtinuo clāgore intēpeſtiui. Ardea in mediis harenis triſtis: nec mirū aquaticas aut in totū uolucres pręſagia aeris ſentire. Pecora exultantia & indecora laſciuia ludētia eaſdē ſignificationes habēt. Et boues cęlum olphātes ſeq; lambētes contra pilū turpeſq; porci alienos ſibi maniplos fęni lacerantes ſegniter ue & contra induſtriā ſuā. Formicę abſcōditęq; concurſantes aut oua pgerētes. Itē uermes terrei erumpentes. Trifoliūq; inorreſcere et folia contra tēpeſtatem ſubrigere certū eſt. Nec nō & cibis mēſiq; noſtris uaſa quibus ęſculentū additur ſudorē repoſitoriis relinquētia diras tēpeſtates pronūtiant.

YDERVM QVOQVE TEMPESTATVM que ratio uel iperitis facili atq; indubitato modo mōſtrata eſt: uereq; itelligentibus nō minus cōferunt rura deprębēdendo cęlo q̄ ſyderali ſciētia agro colendo pxima multi ortoꝝ curam fecere nobis nūc protinus ad iſta trāſire tēpeſtiuum uidetur. Miramurq; quoſdam ſcientię gratia eruditionis ut gloriam ex his petētes tā prętereſſe multa nulla mētione habita rerum ſponte curaue pueniētium. Pręſertim cum pleriſq; eaꝝ pręcio uſuque uitę maior etiam q̄ frugibus perhibeatur auctoritas atq; ut a confeſſis ordiamur utilitatibus quęq; nō ſolum terras ueꝝ oēs etiam maria repleuere ſeritur ac dici neq; iter fruges neq; iter hortēſia poteſt linū: ſed in qua nō occurr& uitę parte: quodue miraculum maius eſſe queat moueat ęgyptum italię ſi tantum ut galerius a freto ſicilię Alexandriam vii. die puenerit Babilus vi. ambo pręfecti: ęſtate uero proxima xv. Valerius marianus ex prętoriis ſenatoribus a puteolis viii. die leuiſſimo afflatu herbam eſſe qua gadis ab herculis colūmis vii. die in hoſtiam afferatur & citerioē hiſpaniā iii. prouiciam narbonēſem tertio aphrycam altero quod eſt molliſſimo flatu cōtigit c. flatico legato Iubii Criſpi pcōſulis audax uita ſceleꝝ plena aliquid ſeri ut uētos pcellaſque recipiat & parum eſſe fluctibus ſolis uehi. Iam uero nec uela eſſe ſatis maiora nauigiis: ſed q̄uis amplitudini antennarum ſingulę arbores ſufficiant: ſuper eas tamē addi ueloꝝ alia uela prętereq̄ in proris & alia in puppibus pandi ac tot modis prouocari mortē: deniq; tā puo ſemine naſci quod orbē terrarum ultro citroq; oport& tā gracilia uenata nō alte a tellure tolli: neq; id uiribus ſuis necti ſed fractū pręciſum tonſumq; & in mollicia lanę coactum iniuria naturę ac ſumma audacia & quo peruenire nulla exerratio ſufficit Contra inuētorē dictum ſuo loco a nobis cui ſatis non fuit hominē in terra mori niſi periir& & inſepultus. At nos priore libro imbres & flatus cauēdos frugū cauſa uictuſque pręmonebamus. Ecce ſeritur homis manu metit̄ eiuſdē homis ingenio uentos in mari opt& propterea ut ſciamus fauiſſe pęnas nihil gignitur facilius ut

ſentiamus nolente id fieri natura urit granũ deteriorẽq; etiam terram facit.

PEritur ſabuloſis locis maxime unoq; ſulco: nec magis feſtinat ali. Vere ſatum eſtate uellitur: & hanc quoq; terrę iniuriam facit: ignoſcat tamẽ aliquis ęgypto ſerẽti ut arabię Indięq; merces iport&: ita ne & gallię cenſentes hoc redditu. mõteſq; mari oppoſitos eſſe non eſt ſatis & a latere oceani obſtare ipſum quod uocãt inane cadurci Caleri ruteni bituriges: ultimiq; hominũ extimatu morini. Imo uero gallię uniuerſę uela texunt. Iam quidẽ & tranſrenani hoſtes: nec pulchriorem aliam ueſtẽ eorũ fęminę nouere. Qua admonitione ſuccurrit quod M. Varro tradit in ſeranorũ fabia gẽtilitiũ eſſe fęminas linea ueſte non uti. In germania autẽ de foſſia atq; & ſub terra id opus agunt. Similiter etiam in italię regione aliana inter padum Ticinumq; ãnes ſubiac& Abiterna in europa lino palma ſecanda in uicino enĩ alianis capeſſunt retonis & in Emilia uia fauẽtina cãdore alianis ſemper crudis fauẽtina proferunt retonis tenuitas ſumma denſitaſq; candor ęq; fauẽtinis: ſed lanugo nulla apud alios gratiam: apud alios offenſionẽ hab& neruoſitas filo ęqualior pene q̃ araneis iſtimitus que cum dente libeat experiri: ideo duplex q̃ cęteris pręcium & ab biſpania citeriore ſplendorẽ hab& lini pręcipuũ torrẽtis in quo polit natura qui alluit tarraconẽ et tenuitas mira ibi primũ carbaſis reptis: Non dudũ ex eadem biſpania zoelicũ ueit in Italiã plagis utiliſſimũ. Ciuitas ea gallicie & oceano propiqua eſt ſua gloria & cumano in cãpania ad piſcium & alitum capturas. Eadẽ & plagis materia. Neq; enĩ mores cunctis animalibus inſidias q̃ nobismetipſis lino tẽdimus: ſed cumanę plagę cõcidunt apros hę ſcaeui ferri: cõuincũt aciem. Vidimuſq; iam tantę tenuitatis ut ãnulũ hominis cũ epidroinis tranſirẽt uno portante multitudinẽ qua ſaltus cingeret. Nec id maxime mirum ſed ſingula eaꝝ ſtamina Cẽteno quinquageno filo conſtare ſicut paulo ante Iunio lupo qui in pręfectura ęgypti obiit. Mirentur hoc ignorantes in ęgypti quondã regis quẽ amaſim uocãt toracẽ in rhodiorũ inſula tẽdi tẽplo minuſue ccclxv. filis ſingula fila cõſtare: quod per ſe expertũ nuper Romę ꝓdidit Mucianus ter cõſul paruaſq; iam reliqas eius ſupereſſe ad experiẽtiũ iniuriam Italia & pelignis etiamnũ lini bonorẽ habet. Sed ſulonum tantũ in uſu nullũ eſſe candidius lanęue ſimilius ſicut in culcitris pręcipuam gloriã cadurci obtinẽt. Galliarũ hoc ad tormẽta pariter iuentum Galiię quidẽ mos etiamnũ durat in appellatiõe ſtramẽti. Aegyptio lino minimum firmitatis plurimũ lucri. Quattuor: ibi genera tanitiũ ac peluſiacũ buticum tentiriticum regionũ nomibus in quibus naſcunt. Superior pars ęgypti in arabiam uergens gignit fruticẽ quẽ aliqui goſſipion uocant plures xylon & ideo lina inde facta xylena paruus eſt ſimilẽq; barbarę nucis fructũ defert cuius ex interiore bombice lanugo netur nec ulla ſrint in candore mollitia ue ptęferẽda: ueſtes ide ſacerdotibus ęgypti gratiſſimę. Quartum genus otbominũ appellant: fit e paluſtri uelut barũdie dũtaxat pãnicula eius Aſię geniſta facit lina ad retia pręcipue in piſcãdo durantia frutice madefacto x. diebus aethiopes Indiq; e malis Arabes cucurbitis in arboribus ut diximus de geniſtis. Apud nos maturitas eius duobus argumẽtis intelligitur ĩtumeſcẽte ſemine aut colore flaueſcẽte. Tunc euulſum & in faſciculos manuales colligatũ ſiccat in ſole pẽdens conuerſis ſuperne radicibus uno die: mox v. aliis in cõtrarium uerſis faſcium cacumibus ut ſemẽ in medium cadat. Inter medicamina huic uis eſt ut in quodam ruſtico ac prędulci Italię tranſpadanę cibo. Sed iã pridẽ ſacrorũ tantũ gratia. Poſt deinde meſſem triticã uirgę ipſę mergunt in aquam ſolibus tepefactam pondere aliquo depreſſę. Nulli enim leuitas maior maceratus iditio eſt mẽbrana laxatior. Iterumq; iuerſę ut prius ſole ſiccat mox arefactę in ſaxo tondunt ſtipario malleo quod proximũ cortici fuit ſtupa appellatur deterioris lini lucernarũ fere luminibus aptior & ipſa tamẽ pectit ferreis aenis donec ois mẽbrana

decorticetur. Medullę numerosior distinctio cādore mollitia linumq; nere & uiris decorum est: cortices quoq; decussi clibanis & furnis prębēt usum. Ars depectendi digerēdiq; iustū est quinquagenis fasciū libris quinas denas carminari. Item deide in filo politur illisum crebro in silice & aqua tertioq; rursus tūditur clauis semp iniuria melius. Inuētum est iam etiā quod ignibus nō absumeretur. Viuū id uocāt ardētes que in focis conuiuiorum ex eo uidimus mappas sordibus exustis splendescētes igni magis q̄ possent aquis regū inde funebres tunicę corporis fauillā ab reliquo separāt cinere. Nascitur in desertis adustisq; sole Indię ubi nō cadunt ibres inter diras serpētes assuescitq; uiuere ardēdo. Rarum inuētuq; difficile propter quod lat&. Ruffus de cętero color splēdescit igni cū inuētū est ęquat prętia excellētiū margaritarum. Vocatur autē a grecis abęstiuum ex argumēto naturę. Anaxilaus auctor est liteo eo circūdatā arborē surdis ictibus & qui nō exaudiantur cędi. Ergo huic lino pricipatus in toto orbe proximus bissino mulierū maxie delitiis circa belim achaię genito quaternis denariis scrupula eius pmutata quondā ut auri repertaq; linteorum lanugo e uillis nauiū maritimarum maxime in magno usu medicinę est & cinis spondii uim bab&. Est et inter papauera genus quoddā quo candorē litea prręcipuū trabūt: tēptatū est tingi linum quoq; & uestiū insaniā accipere. In Alexandri magni primum classibus indo amne nauigantis cū duces eius ac pręfecti certamine quodā uariassent isignia nauiū stupuerūt littora flatu uersicoloria pēdente uelo purpureo ad actium cū M. Antonio Cleopatra uenit eodēq; effugit. Hoc fuit iperatorię nauis insigne. Postea in theatris tantā umbrā fecere quod primus oium iuenit Q. Catulus cum capitoliū dedicaret Carbasina deide uela primus in theatro duxisse traditur lentulus spiter apollinaribus ludis. Mox Cęsar dictator totū forum Romanū itexit uiāq; sacrā ab domo sua & cliuum usq; capitolinū quid numeri ipso gladiatorio mirabilius uisum tradūt. Deide et sine ludis Marcellus octauia sorore Augusti genitus in ędilitate sua auunculi xi. Cōsulis a kl. augusti uelis forum inūbrauit ut salubribus litigātes cōsisterent quātū mutatis moribus Catonis Cēsorii qui sternendū quoq; forum muricibus censuerat: uela nuper & colore cęli stellata per rudētes fere etiā in amphiteatris pricipis Neronis rubēt in cauis ędiū & muscū ad solē defendūt. Cętero mansit cādore pertinax gratia bonor etiam & troiano bello. Cur enī nō & pręliis intersit ut naufragiis: Toracibus tamē ligneis paucos pugnasse testis est Homerus hinc fuisse & nauiū armamenta apud eūdē interprętantur eruditiores: quoniā cum sparta dixit significauerit sata.

Sparti quidē usus multa post sęcula cęptus est nec āte poenorum arma quę primū hispanię itulerunt herba & hęc sponte nascēs & quę nō queat seri uincusq; proprie aridi soli uni terrę dato uitio. Nanq; id malum telluris est nec aliud ibi seri aut nasci potest. In Aphryca exiguum & iutile gignit Carthaginēsis hispanię citerioris portio. Nec hęc tota sed quatenus paritur mōtes q; sparto operit: hinc strata rusticis eorū hinc ignes facesq; hinc calciamia & pastorum uestis animalibus noxium prętercā cacuminū teneritate ad reliquos usus laboriose euellit ocreatis cruribus manibus tectis manicis cōuolutū osseis ligneisue conamētis: nunc in hyemē uix. Facillime tamen ab idibus mais in Iunias hoc maturitatis tēpus uulsum fascibus in aceruo animatū biduo tertio resolutū spargit in sole siccat q; & rursus in fascibus redit sub tecta postea macerat aqua marina optime & dulci si marina desit. Siccatūq; sole iterū rigat Et si repēte urgerat desideriū perfusum calida in folio ac siccatū stās compediū opere fatetur: hoc autē tundit ut fiat utile prręcipue in aquis mariq; iuectū in sicco pręserunt e canabi funes & spartum alit etiā demessum ueluti natalīū sit ipēsa. Est qdē eius natura iterpolaris rursumq; q̄llib& uetustum nouo miscet. Verūtamē cōplectatur animo qui uol& miraculū extimare q̄to sit in usu oibus terris nauiū armamētis machinis ędificationū: aliiq; desideriis uitę. Ad hos oēs usus sufficiant minus xxx.

passuum in latitudinē a littore carthagis nouę: minusq; in lōgitudiē esse reperiuntur longius ue ipēdia probibēt: iunco grecos ad funes usos nomini credamus quo herbam eam appellāt: postea palmarū foliis filuraq; manifestū est. Inde trāslatū a poeis sparti usum per q̄simile ueri est. Theophrastus auctor est eē bulbi genus circa ripas amniū nascēs. cuius inter summū corticē eamq; partē q̄q̄ uescunt esse laneā naturam ex qua ampilia uestes quędā cōficiant. Sed neq; regionē in qua id fiat ne quicq̄ dilīgētius prēterq̄ eriophorō id appellari in exēplaribus quę equidē iueneri tradit. Neq; omnino ullā mentionē hab& bulbi genę circa ripas amniū nascentis: cuius inter summum corticē eamq; partē qua uescunt semper hab&. Sparti cūcta cura magna persecutus cccxc. annis āte nos ut alio iam loco diximus quo appar& post id tēporis spatiū in usum uenisse spartbum.

ET quoniam a miraculis rerū cępimus sequamur eorū ordinē in quibus uel maximū est aliquid nasci aut uiuere sine ulla radice. Tubera uocant hęc undiq; etiā terra circūdata nullisq; fibris nixa aut sālte capillamētis: nec utiq; extuberāte loco in quo gignunt aut rimas sentiente. neq; ipsa terrę cohęrēt. Cortice etiā includunt ut plaē nec terrā esse possimus dicere neq; aliud q̄ terrę callū. Siccis hęc fere & sabulosis locis fruteosisq; nascunt. Excedūt sępe magnitudinē mali cotonei in librali pondere Duo eorū genera harenosa dētibus inimica & altera sincera. Distinguūtur & colore ruffo nigroq; & intus cādido laudatissima Aphrycę crescūt amne uitiū id terrę. Neq; enī aliud mali ut itelligi potest & an ,ptinus globet in magnitudinē in qua futurū est & uiuūt. At non facile arbitror intelligi posse. Putrescēdi enī ratio cōmuis est his cum ligno larcio licinio prętorio uiro iura reddēte in hispania Carthagīe paucis his annis scimus accidisse mordēti tuber ut deprębēsus intus denarius primos dentes inflecter&: quo manifestū erit terrę naturā in se globari: quod certū est ex his quę nascunt et seri non possunt. Simile est quod in cyrenaica prouicia uocāt misi pręcipuū suauitate odore ac sapore: sed carnosius. Et quod in thracia ceraniū de tuberibus hęc tradunt peculiariter. Cum fuerit imbres autūnales ac tonitrua crebra tūc nasci & maxime e tonitribus: nec ultra annū durare. Tenerrima uero uerno esse. Quibusdā locis acceptantur riguis et serunt sicut mitylenis negāt nasci nisi exūdatiōe fluiniū iuecto semine aptitari. Est autē is locus in quo plurima nascūt Asię nobilissima circa lāpsacum & alloponēsum: in grecia uero circa belim.

SVnt & in fungorū genere a grecis dictę pezice quę sine radice aut pediculo nascuntur.

AB his proximū dicetur auctoritate clarissimū laseripitiū quod grecī syriphi uocant in cyrenaica prouitia repertū: cuius succus uocat lasser magnificū in usu medicamentisq; & ad pōdus argēti denarii pēsum. Multis iā annis in ea terra nō inuenitur quoniam publicāi qui pascua conducunt maius ita lucrū sentiētes depopulant pecorū pabulo. Vnus omnino caulis nostra repertus memoria Neroni pricipi missus est. Siquando icidit pecus in spetie nascētis hoc deprębēdit signo oue cū cōmederit dormiente protinus. Capra sternutante diuq; iā non aliud ad nos inuenit q̄q; in pside aut media aut armenia nascit lasser & multo ītra cyrenaicū: id quoq; adulteratur gummi aut sacropenio aut faba fracta. Quominus omittēdū uidet C. Valerio M. herennio cōsulibus Cyrenis aduecta Romā publice lasserpitii pōdo xxx. Cęsarē uero dictatorē initio belli ciuilis iter aurū argētūq; protulisse ex ęrario lasserpitii p. c. xi. Id apud auctores grecię uetustissiōs iuenimus natū in brepitio repēte madefacta tellure circa hesperidū ortos sirtimq; maiorē vii. annis āte oppidū cyrenarū quod cōditum fuit urbis nostrę āno cxliii. Vim autē illā per quattuor stadia in Aphrycę ualuisse in ea laserpitium gigni solitum referri cōtumaci & si coleret in deserta fugiente radice

multa crassaq; caule ferulaceo aut simili crassitudine huius folia Maspitũ uocabant apio maxime similia: semẽ erat foliaceũ. Folium uero ipsum deciduũ uesci pecora solita: primoq; purgari mox pinguescere carne mirabilem in modũ iucũda. Post folia amissa caule ipso & homines uescebant decocto assoq; & elixo eoꝝ quoq; corpora xl. primis diebus purgante uitiis oibus. Succus duobus modis capiebat eradice atque caule & hęc duo erãt noia rincias atq; caulias uilior illo ac putrescẽs radice cortex niger & ad mercis adulteria: succũ ipsum in uasa cõiectũ admixto furfure subinde cõcutiendo ad maturitatẽ perducebãt: ni ita fecissent putrescẽte argumẽtum erat maturitatis color siccitasq; sudore finito. Alii tradunt lasserpitii radicẽ fuisse maiorẽ cubitali tubero quo in ea super terrã hoc inciso profluere solitũ succũ ceu lactis sup nato caule quę maguderi uocarũt. Folia aurei coloris pro semine fuisse cadentia a canis ortu austro flante ex his lasserpitiũ nasci solitũ ãnuo spatio & radice & caule cõlumẽtibus sese: hoc & circũfodi solitũ prodidere: nec purgari pecora: sed egra sanari aut protinus mori: quod in paucis accidere persico silphio prior opinio cõgruit. Alterũ genus eius est quod magudaris uocat tenerius et minus uehemẽtis sine succo quod circa syriam nascitur nõ prouenies in cyrenaica regioẽ. Gignit & in parnaso monte copiosum quibusdã lasserpitiũ uocãtibus per quę oia adulterat rei saluberrię utilissimęq; auctoritas. Probatio sinceri prima in colore modice ruffo & cum frangit cãdido intus: Mox trãslucẽte gutta aquę saliua quę liquescat. Vsus in multis medicamibus. Sũt etiãnũ duo genera non nisi sordida nota uulgo cũ questu nullo polleãt In primis rubia tingẽdis lanis & coriis necessaria laudatissiã Italica & maxiẽ suburbana & ois pene prouitię scatẽtia spõte prouenit. Scriturq; similitudiẽ eruilię. Verũ spinosus caulis ac geniculatus hoc est quinis circa articulos in orbe foliis. Semẽ eius quos in medicina usus habeat suo diceimus loco. Atq; uocat radicula lauãdis demũ lanis. Succũ hab& miꝝ tantũ cõferẽs candore mollitiaq;. Nascit satiua ubiq; & spõte pręcipue in asia syriaq; saxosis & asperis locis: trãs euphratẽ tamẽ laudatissiã caule ferulaceo tenui & ipso cibis idigenaꝝ expetito & unguẽte quicquid sit cũ quo decoquat folio oleastri Item gręci uocãt. Flor& estate grata aspectu. Veꝝ sine odore spinoso & caule lanuginoso semiẽ nulla radix magna quę concidit ad quẽ dictu est in usum

AB his superest reuerti ad ortoꝝ curã & suapte natura memorandam. Et quoiã antiquitas nihil prius mirata est q̃ et hesperidũ ortos ac regũ adonis & alcinoi Itẽq; pẽsiles siue illos semiramis siue assyrię rex cyrus fecerit: de quoꝝ opere alio uolumie dicemus. Romani quidẽ reges ipsi coluere. Quippe etiã superbus tarquinius nuntiũ illũ sęcũ atq; sanguinariũ filio remisit ex orto in xii. tabulis legũ nostrarũ nusq̃ nominat uilla semp in significatioẽ ea ortus. In orti uero ędiũ q̃obrẽ comitata est & religio quędam ortoq; & foro tantũ contra iuidẽtium fascinatioẽs ducari uidemus. In remedio saturica signa q̃q̃ ortos tutelę ueneris assignante plauto. Iam qdem ortoꝝ nomine in ipsa urbe delitias agros uillasq; possidẽt primusq; hoc istituit athenis epicurus otii magister usq; ad eum moris nõ fuerat oppidis haberi rura. Romę quidẽ per se ortus ager pauperis erat. Ex orto plebei macelli tanto inocẽtiorẽ uictu Mergi enĩ in profunda satius est & ostreaꝝ genera naufragio exquiri. Aues ultra fassim amnẽ peti & fabuloso quidẽ terrore tutas imo sic pręciosiores alias in numidia ęthiopiaq; in se pulchras aucupari cũ feris mãderęq; cupiẽte quod mandat alius. At hercule q̃ uilia hęc q̃ parata uoluptati satietatiq; nisi eadẽ quę ubiq; indignatio occurrer& ferẽdũ sane fuerat exquisita nasci poma alia sapore alia magnitudie alia mõstro pauperibus interdicta. Inueterari uina succisq; castrari ne cuiq̃ adeo lõgã esse uitam ut nõ ãte se geita putẽt. E frugibus quoq; quãdã alẽdi sibi excogitasse luxuriã ad medullam tantũ eaꝝ superq; pristinaꝝ operibus excellaturis uiuere alio pane procꝝ. Alio uulgi tot generibus usq; ad ĩfimam plebẽ descẽdẽte anima etiam ne in herbis disceri

men inuentũ est: opesq; differẽtiam fecere in cibo etiam uino asse uenali. In his aliqua quoq; sibi nasci tribus negant caule in tantum saginato ut pauperis mẽsa nõ capiat Siluestres fecerat natura ortulos ut passim quisque demeter& Ecce altiles spectant asparagi & Rauẽna ternas libras repẽdit. Heu prodigia uẽtris miꝫ esse nõ licere tardius pecori hic& uesci nõ hic& plebi. Aquę quoq; separant & ipsa naturę elemẽta in pecunia discreta sunt hi niues illi glacię potãt poenasq; mõtiũ in uoluptatẽ gulę uertunt. Seruat algor ęstibus excogitatq; ut alieis mẽsibus nix algeat: decoquunt alias quas mox & illas hyemãt. Nihil itaq; boi: sic quoq; rerꝫ natura placẽ: etiã ne herba aliqua diutia tantũ pascit. Nemo sacros auẽtinosq; mõtes & iratę plebis secessus circũspexerit. Mox .n. certe ęquabit quos pecunia separauerit. Itaq; hercule nullũ macelli uectigal maius fuit Romę clamore plebis icusantis apud omẽs pricipes donec remissum est portoriũ mercis huius: cõpertũq; nõ aliter quęstuosius cẽsum haberi aut tutius ac minore fortunę iure cũ credat pẽsio ea pauperꝫ. Is in solo spõsor est & subdie redditus superficiesq; ęclo quocũq; gaudẽs. Ortoriũ Cato predicat caules & hinc primũ agricolę extimabant prisci & sic statũ faciebãt iudiciũ. Nequa esset& in domo materfãilias. Et hęc cura N. fęminę dicebat ubi idulgẽs esset& ortus. Quippe e carnario aut macello uiuẽdũ & nec cautes & nũc maxime probabãt damnãtes pulmẽtaria quę egerẽt alio pulmẽtario. Id erat oleo parcere: nã carnis etiã desideria erãt in exprobratioẽ orti maxie placebãt quia nõ egerẽt igni parcerẽtq; ligno. Expedita res & pata semp: unde & acetaria appellant facilius cõcoqui: nec oneratura sensum cibo & quę mime accederẽt desideriũ panis eoꝫ ad cõdimẽta pertinens fatet domi uersurã fieri solitã atq; non iditiũ piper quęsitũ quęq; trãs maria petimus. Iã quoq; in fenestris suis plebs urbana imagie ortoꝫ quotidiana oculis rura prębebant anteq̃ pręfigi prospectus ois coegit umltitudis innumere seua latrocinatio. Quãobrẽ sit aliquis & his bonos neue auctoritatẽ rebus uilitas adimat cũ pręserti etiã cognoia procerꝫ ide nata uideamus lactucinosq; in Valeria familia non potuisse appellari & cõtingat aliqua gratia opere curęq; nostrę. Virgilio quoq; cõfesso q̃ sit difficile uerboꝫ honorẽ tã parcis perhibere.

RAphanum & ſilueſtre diximus eſſe laudatiſsimum ĩ arcadia q̃q̃ & alibi naſcit̃ utilior urinę dũtaxat ciendę. Cętero bilem detrahit pręterea Cortices ĩ humo. Preter ea quę circa eos dicta ſunt ſtomachũ purgãt pituitam extenuãt. Vrinã cõcitãt Eſt ęſtiuoſus in Italia & aramoraciam uocant. Et ſatiui uero decocti maneq; poti ad ternos cyatos Comminuunt & eiiciunt calculos. Idẽ in poſta decocti cõtra ſerpẽtiũ morſus illiniuntur. Ad tuſſim etiã mane ieiunis raphanus prodeſt. Cũ melle ſemẽ eorum toſtum ipſumq; commanducatũ ad illagara poma aquam foliis eius decoctis bibere uel ſuccũ ipſius cyatis binis contra ptheriaſis flegmoni ipſo illini tuſos utile incohantibus uero recentẽ corticem cum melle ueternoſis autem quam acerrimos mandere ſemẽq; toſtum dein contritum cũ melle ſuſpirioſis. Idẽ & contra uenena proſunt. Ceraſtis ſcorpioĩbus aduerſatur uel ipſo uel ſemiẽ ĩfectis maĩbus impune tractabis. Impoſito raphano ſcorpionibus moriuntur. Salutaris & contra fungorũ aut hyſcriorum uenena atq; Nicanduſ tradit & contra uiſcum quoq; dari apollodori duo iubẽt.s. Scilleus & tarẽtinus Scilleus ſemẽ ex aq̃ tritũ Tarẽtinus ſuccũ hienẽ itẽ extenuãt. Iocinori ꝓſunt et lũborum doloribus hydropicis quoq; ex aceto aut ſinapi ſumpti & letargicis praxagoras & iliaſis dãdos cẽſet phyſionicus & cęliacis. Inteſtinoꝝ ulcera ſanat ac pruruleta pręcordioꝝ ſicũ melle edãt̃. Quidã ad hęc coquere eos ĩ luto illitos malũt. Sic et fęmiãs purgari ex aceto et melle ſumpti iteſtinoꝝ animalia detrahũt Item ad tercias decocto eoꝝ poto cũ uino ẽterocelis ꝓſunt ſanguinẽ quoq; inutilẽſic extrahũt Medius ad hęc et ſanguinẽ quoq; iutilẽ excreantibus coctos dari iubet ac puerperis ad lactis copiã augẽdã. Hippocrates cõtra defluuia mulieꝝ capita fricari raphanis & ſup umbilicũ imponi contra tormẽta uuluę. Reducũt & cicatricẽ ad colorẽ. Semẽ quoq; ex aqua impoſitũ ſiſtit ulcera quę phagadenas uocãt Democritus uenerẽ hoc cibo ſtimulari putat. Ob id fortaſſis uoci nocere aliq tradiderunt. Folia quę ĩ oblõgis dumtaxat naſcũtur actẽ dicũtur excitare oculoꝝ. Vbi uero acrior raphaĩ medicã admota ſit Iſopum dari ꝓtinus imperãt. Hęc ãtipatia eſt et aurium grauitati ſuccũ raphani inſtillant. Nam uomituris ſummo cibo eos eẽ utiliſsimũ ẽ.

PAſtinacę ſimile ibiſcum quod molochen agriam uocãt et aliq plyſtolatiam ulceribus cartilagini oſſibus fractis medetur. Folia eius ex aqua pota aluum ſoluunt ſerpentes abigunt apũ ueſpaꝝ ſcrabonum ictibus illita medentur. Radicẽ eius ante ſolis ortũ erutam ĩuoluunt lana colorẽ quẽ natiuũ uocant. Pręterea ouis quę fęminã peperit ſtrumisq; ſuperatis alligãt. Quidã ad hũc uſum auro effodiẽdã cẽſent cauẽdũ que ne terrã attingat. Cęlſus et podagris ſiue tumori radicẽ eius uino decoctã impoĩ iubet.

ALterum genus ẽ ſtaphilinos quod paſtinacã uocãt erraticã. Eius ſemẽ cõtritũ et ĩ uino potũ tumẽtẽ aluum et ſuffocatioẽs mulierũ doloresq; lenit ĩ tãtum ut uuluas corrigat. Illitum quoq; e paſſo uentri eaꝝ proſit et uiris uero proſit cũ panis portione ęqua tritũ ex uino potũ contra uentris dolores. Pellit urinã et phagadenas ulcerũ ſiſtit recens cũ melle impoſitũ uel aride farinę inſparſum radicẽ eius dieuces contra Iocineris aut lienis ilium lumboꝝ et renũ uitia ex aqua mulſa dari iubet. Cleophãtus et diſſentericis ueteribus phyliſtion ĩ lacte coquit et ad ſtrãguriã dat radicis uncias q̃ttuor ex aqua hydropicis ſimiliter et epiſtoconicis et pleureticis et comitialibus: habentes eam feriri a ſerpentibus negãtur aut qui ante guſtauerint non lędi. Percuſſis impoĩtur cũ axungia: folia cõtra cruditates mandũtur. Orpheus amatoriũ ineſſe ſtaphilino dixit fortaſſis: quoniam uenerẽ ſtimulari hoc cibo certum eſt: ideo

conceptus adiuuari aliq prodiderũt. Ad reliq̃ ſatiua pollet: efficatior tamẽ ſilueſtris magisq; in petroſis nata. Semẽ ſatiuę quoq; cõtra ſcorpionũ ictus ex uino aut poſca ſalutare eſt. Radice eius circumſcalpti dentes dolore liberantur. Syria in ortis operoſiſſima. Indeq; ĩ prouerbiũ grecis multa ſyroꝝ olera.

SImillimã ſtaphilino herbam ſerit: quam alii gigidion uocant tenuius tamẽ & amarius eiuſdẽq; effectus eſt. Coctum crudũq; ſtomachi magna utilitate. Siccat .n. ex alto omnes humores eius.

SIſer erraticum ſimile ſatiuo ẽ & effectu. Stomachũ excitat faſtidium abſtergit ex aceto laſſerpitiatio ſũptũ aut pipere et mulſo uel ex garo urinã ciet ut opion credit & uenerem: In eadẽ ſentẽtia ẽ & diocles. Pręterea cordi euenire conualeſcentiũ aut poſt multas uomitiones perq̃ utilẽ. Heraclides contra argentum uiuũ dedit & ueneri ſubinde offenſantẽ ęgrisq; ſe recolligẽtibus. Hũc ẽſuis ideo ſtomacho uideri utile dixit: quoniam nemo edẽdo tres ſiſeres continuaret. Eſſe tamen utile conualeſcentibus & ad uitam tranſeuntibus. Satiui priuati ſuccus cum lacte caprino potus ſiſtit aluum.

ET quoniã plerosq; ſimilitudo nominum grecorũ confundit conteximus & de Syle: ſed hoc ẽ uulgatę notitię. Optimũ maſſiliense lato enim grano & fuluo ẽ Aethiopicũ nigrius. Creticũ odoratissimum omniũ. Radix iucundi odoris ẽ: ſemẽ eſſe & uultures dicuntur. Prodeſt homini ad tuſſim ueterẽ ruptã ac cõuulſam ĩ uino albo potum. Itẽ epiſtotonicis & iocineꝝ uitiis & torminibus & ſtrãguriis duarũ aut trium linguaꝝ mẽſura. Sunt & folia utilia quę partus adiuuẽt etiã quadrupedũ hoc maxime paſſi dicũtur ceruę pariturę illinitur & igni ſacro. Multũq; in ſummo cibo concoctionibus confert uel folio uel ſemine quadrupedũ quoq; aluos ſiſtit ſiue tritum potui infuſum ſiue mãdendo ſaleq; commãducatum boum morbis ſi contritũ infunditur.

INula quoq; a ieiunis Commanducata dentes confirmat ſi ut eruta ẽ terrã non attingat condita tuſſim emẽdat. Radicis uero decoctę ſuccus tineas pellit Sicate autẽ in umbra aut in farina tuſſi & conuulſis & inflationibus & arteriis medet. Venenatorum morſus abigit Folia ex uino lumborum dolori illiniuntur.

CAepę ſilueſtres nõ ſunt ſatiuę olfati ipſo delachrymationi & caligini medent magis uero ſucci iunctio ẽ. Somnũ etiã facere tradũtur & ulcera oris ſanare commãducate cum pane & Canis morſus uirides ex aceto illitę aut ſiccę cum melle & uino ita ut poſt diem tertium ſoluãtur. Sic & tritę ſanant toſte in cinerẽ epiforas. Multi poſuere cũ farina ordeacea & genitaliũ ulceribus ſucco et Cicatrices oculoꝝ & albuginęs & argenia inunxere & ſerpentium morſus & omnia uulnera cum melle. Item auriculaꝝ cũ lacte mulieꝝ in biſdẽ ſonitũ aut grauitatẽ emẽdant cũ adipe ãſerino aut cum melle ſtillauere & ex aqua bibendũ dederunt repẽte obmutescẽtibus. In dolore quoq; ad dẽtes colluẽdos iſtillauere & plagis beſtiaꝝ omniũ priuati ſcorpionũ alopetias fricuere & pſoras tuſſis cępas coctas dyſſentericis ueſcẽdas dedere et cõtra lũboꝝ dolores purgamẽta quoq; eaꝝ & excrementa in cinere illiniẽtes ex aceto ſerpẽtium morſibus in ipſas quoq; multipedes ex aceto. Reliqua ĩter medicos mira diuerſitas proximi utilia eſſe pręcordiis & concoctioni ĩflationẽq; & ſitim facere dixerunt Aſclepiadis ſchola ad colorẽ quoq; ualidum profici hoc cibo. Et ſi hũc ieiuni quotidie edãt firmitatẽ ualitudinis cuſtodiri. Stomacho utilẽ eſſe ſpiritus agitationẽ et uẽtrẽ mollire hemoroidas pellere ſubditas pro balanis Succum cum ſucco fęniculi cõtra incipientes hydropiſis mire proficere. Itẽ contra anginas ruta & melle excitari eiſdẽ letargicos Varro quę ſale & aceto piſa ẽ arefactaq; uermiculis nõ ĩfeſtari auctor eſt.

POtrum ſectiuum profluuia ſanguinis ſiſtit in naribus cõtrite eo obturatis uel

galla mixta aut mēta. Item ex abortu profluuia poto succo cum lacte mulierū Tussi etiam ueteri et pectoris ac pulmonis uitiis medetur. Illitis foliis sanat epiuctidas ita uocatur ulcus atiē bebetans & in angulo oculi ppetuo humore & manās. Quidam eodem nomine appellāt pustulas liuētes ac noctibus iquietātes. Et alia ulcera cum melle trito uel bestiaꝝ morsus ex aceto. Itē serpentium Aliorū uero uitia cum felle caprino uel pari mēsura mulsi stridores Cū lacte mulieris capitis dolores si ī nares funduntur dormituris ue in aurē duobus succi coclearibus uno mellis succus & ad serpentiū scorpionumq; ictus potus bibitur cū mero ad lumboꝝ dolores cum uino omnia potus. Sanguinē uero excreātibus & ptisicis distillationibus longis uel succus uel ex ipso cibus prodest. Item morbo regio uel hydropicis & ad renum dolores cū typsane succo acetabuli mēsura. Idē modus cū melle uuluas purgat. Aestur uero et contra uenena fungoꝝ imponitur et uulneribus uenerē stimulat sitī sedat ebrietates discutit. Sed oculorum aciē bebetare traditur. Inflationes quoq; facere quę tamē stomacho non noceāt uentremq; mollit uoci splendorem affert.

CApitato uero maiores ad eadē effectus sanguinē reiiciētibus succus eius cum caule at thuris farina uel acatia datur: hippocrates et sine alia mixtura dari iubet uulnasq; contractas aperiri putat fęcunditatē etiā fęminaꝝ hoc cibo augeri Cōtritum ex melle ulcera purgat tussim & distillationes thoracis pulmonis & arterię sanat uitia datum in sorbitione typsanę uel crudū prēter capita sine pane ita ut alterius diebus sumatur uel si pruruleta excreentur. Sic & uoci uel ueneri somnoq; multum cōfert capita bis aquā mutata cocta aluum sistunt et influctiones ueteres cortex decoctus illinitusq; inficit Canos.

ALlio magna uis magnę etiam utilitatis contra aquaꝝ & locorum mutationes serpentes abigit & scorpiones odore. Atq; ut aliqui tradidere & bestiarū oiūm ictibus medetur potu uel cibo uel illitu priuati contra hemoroidas cum uino reddit uomitū ac ne cōtra araneoꝝ aut muriū uenenatū morsum ualere miremur. Aconitū quod alio nomine perdalianchis uocat debellat. Itē hosciamum cōtra Canū morsus Inq; uulnera cum melle imponitur. Ad serpentium quidē ictus potum cū restibus suis. Efficacissime ex oleo illinitur attritisq; suis corpoꝝ partibus uel si uessica ituruerit: quin et suffitu eo euocari secundos partus existimat hippocrates Cinere eoꝝ cum oleo capitis ulcera manantia sanitati restituit. Suspiriosis coctū aliqui crudum dedere. Dyocles hydropicis cū cētauria aut in fico duplici ad euacuandā aluū: quod efficatius prestat uiride cū coriandro in mero potum Suspiriosis aliqui & tritum in lacte dederunt. Praxagoras & contra morbū regium uino miscuit & contra aluum in oleo & pulte sic illiniens Strumis quoq; antiqui & insanientibus dabat crudum Dyocles freneticis elixum contra anginas tritum imponit & gargarizare prodest. Dentium dolorē tribus capitibus in aceto tritis iminuit uel si decocta aqua colluātur addaturq; ipsum in caua dentiū. Auribus etiā instillatus succus cum adipe anserino phiturasis et prurigines potum. Tusum itē cum aceto et uitro compescit et distillationes cum lacte coctū uel tritum permixtum ue caseo molli. Quo genere et rauciātē extenuat uel ī pthysana aut fabę sorbitione. In totum autē coctū utilius ē crudo elixūq; tosto sic et uoci plus cōfert. Tineas et reliqua animalia interraneorū pellit in aceto mulso coctū Tenesino in pulte medetur. Tempoꝝ doloribus illitum elixū et pustulis coctum cum melle deinde tritū tussi cum adipe uetusto decoctū uel cum lacte aut si sanguis etiā excreetur uel pruruleta sub pruna coctum et cum melle pari modo sumptum Conuulsis et ruptis cū sale et oleo. Nā cū adipe tumores suspectos sanat extrahit fistulis uitia cum sulphure et resina etiā hyrundines cum pice lepras lichenas lēntigines exulcerat sanatq; cum origano uel cinis eius ex oleo et garo illitus Sic et sacros ignes sugillata aut liuētia ad colorē reducit combustū ex melle Credūt

& comitialem morbũ ſanari ſi quis eo in cibo utatur aut potione. Quartanas quoq; excutere potũ caput unũ cum laſſerpitii obolo ĩ uino auſtero. Tuſſim & alio modo acceptũ ſuſpiratioẽs quãtaslibet ſanat fractę ĩ coctũ fabę: atq; ita ĩ cibo ſumptũ donec ſanitatem reſtituat facit et ſomnos: atq; ĩ totũ rubicũdiora corpora uenerẽ quoq; ſtimulat cũ coriãdro uiridi tritũ potũq; in mero. Vitia eius ſunt quod oculos hebetat. Inflatioẽs facit ſtomachũ lędit Copioſius ſumptũ ſitim gignit. Cętero cõtra pituitã et galline et gallinaceis prodeſt mixtũ farrre in cibo iumẽtis urinam reddere atq; nõ torqueri tradũt ſi eo trito natura tangat.

LActucę ſponte naſcentis primũ ẽ genus eius quam caprinam uocãt qua piſces ĩ mare deiecta protinus necãtur qui ſunt ĩproximo huius lac expiſſatũ mox ĩ aceto põdere obolo⁊ duum abiecto aquę riuo cyato hydropicis datur. Caule uero et foliis contuſis aſpero ſale nerui ĩciſi ſanãtur. Eadẽ trita ex aceto collutos matutiõ bis mẽſe dentes dolorẽ prohibet. Alte⁊ genus eſt quod gręci eſapon uocãt huius folia trita cũ polenta illita ulceribus medẽtur: hęc in aruis naſcitur. Tertiũ genus in ſiluis naſcens iſatim uocãt: huius folia trita cũ polenta uulneribus proſunt quarto ĩfectores lanarũ utuntur: quod ſiluaticũ uocant ſimileq; lapato ſilueſtri foliis niſi quod plura habẽt & nigriora. Sanguinẽ ſiſtit phagadenas & putreſcentia ulcera quę ſerpunt ſanat. Itẽ tumores ante ſuppurationẽ contra ignẽ ſacrum radice uel foliis prodeſt ad lienes pota hęc propria ſingulis. Conuiuia autem ſponte naſcentibus candor caulis interdum cubitali longitudine tyrſo & foliis ſcabris. Ex his rotunda folia & breuia habentem ſunt qui heracleam uocent: quoniam accipitres ſcalpendo eam ſuccoq; oculos tingendo obſcuritatẽ cum ſenſere diſcutiant. Succus omnibus candidus uiribus quoq; papaueri ſimilis carpitur per meſſes inciſo caule cõditur fictili nouo ad multa pręclarus Sanat omnia oculo⁊ uitia cum lacte mulie⁊ arcet manubiculas cicatrices aduſtionesq; õnes pręcipue caligines. Imponitur etiã oculis in lana contra epiforas. Idẽ ſuccus aluum purgat ĩ poſca potus ad duos obolos ſerpẽtium ictibus medetur in uino potus & folia tyrſusq; triti ex aceto bibuntur. Vulneri illiniuntur maxime contra ſcorpionum. Verũ contra phalangia Commixto uino & aceto. Aliis quoq; uenenis reſiſtunt exceptis quę ſtrangulando necant aut his quę ueſticę nocẽt. Item pſinutheo excepto. Imponuntur & uentri ex melle atq; aceto ad detrahẽda uitia alui urinę difficultates ſuccus emẽdat. Cratenas cum & hydropicis obolis duobus ĩ aceto cyato uiridari iubẽt. Quidam & e ſatiuis colligũt ſuccum minus efficaci. Peculiares earũ uires pręter iam dictas ſomnũ faciendi uenerẽq; inhibendi eſtum refrigerandi ſtomachum purgandi ſanguinẽ augendi. Necnõ paucę reſtant: quoniã & iflatioẽs diſcutiunt ructusq; lenes faciunt. Concoctiones adiuuãt. Cruditatẽ ipſę nunq; faciũt nec ulla res maiorẽ in cibis auiditatẽ incitat ibibetq; eadẽ in cauſa alterutra modus ẽ. Sic & aluum copioſiores ſoluunt modice ſiſtunt lenticiã pituitę digerũt: atq; ut aliq tradiderunt ſenſus purgant Stomachos diſſolutos utiliſsime adiuuant. Vrinę uſus et oxipor obolis aſperitatẽ addito dulci ad acramẽtum aceti tẽperãtes. Si craſſior pituita ſit ſtillito aut uino abſentite. Si & tuſſis ſentiatur iſopite admixto. Danturq; cęliacis cũ intubo erratico & ad duritiã pręcordio⁊. Dantur & melanconicis candidę copioſiores & ad ueſtice uitia: Praxagoras & diſſentericis dedit Ambuſtis quoq; pſunt recentibus priusq; puſtulę fiant cum ſale illitę Vlcera etiã quę ſerpũt cohercent iitio cum aſſonitio mox ĩ uino tritę igni ſacro illiniũtur Cõuulſa & luxata caulibus tritis cũ polẽta ex aq; frigida leniũt Eruptioẽs papula⁊ ex uiõ polẽta. Incolerã quoq; coctas patellis dederũt Ad quod utiliſsimi q; maximi caules & amari quidam lacti infundũt & deferuefacti hi caules & ſtomacho utiliſsimi traduntur ſi cum ſomno. Satiua maxime lactuca & amara lactẽsq; quã herodiã uocauimus. hoc lac & oculorũ claritati cũ muliebri lacte utiliſsimũ eſſe pręcipitur dũ tempeſtiue capiti ungantur.

Oculorum quoq; uitiis quę frigore in his facta sunt. Miras & alias inuenio laudes thoracis uitiis prodesse non secus q̃ abrotanũ cũ melle attico purgari & fęminas hoc cibo. Semẽ satiuaꝫ cõtra scorpiones dari semine trito ex uino poto & libidinũ imaginationes ĩ somno compescit tẽtãtes aquas nõ nocere lactucam edentibus quidam tamẽ frequentiores in cibo officere claritati oculorum tradiderunt.

NEc beta sine remediis est utraq; siue candida siue nigra. Radix recẽs & madefacta suspensa funiculo contra serpentium morsus efficax esse dicitur Candida beta cocta & cum allio cruda sumpta contra tineas. Nigrę radices ĩ aqua coctę prurigine tollunt atq; ĩ totum efficatior esse traditur nigra. Succus eius capitis dolores ueteres & uertigines. Item sonitũ aurũ sedat infusus his. Ciet urinã medetur dyssentericis iniecta & morbo regio. Dolores quoq; dentiũ sedat illitus succus & cõtra serpẽtium ictus ual&: sed huic radici dũtaxat expressus. Ipsa uero decocta pernionibus occurrit Albę succus epiphoras sedat fronte illita aluminis paruo admixto ignem sacrũ sine oleo trita licet adustis medetur & cõtra eruptiones papulaꝫ cocta. Eadẽ cõtra ulcera quę serpunt illinitur & allopecias cruda & ulceribus quę ĩ capite manãt. Succus eius cum melle naribus inditus caput purgat. Coquitur & cum lenticula addito aceto ut uentrem molliat. Validius cocta fluctuationes sistit stomachi & uentris.

ESt & beta siluestris quam limonion uocant alii neuroiden multo minoribus tenuioribusq; ac densioribus foliis. xi. sępe cauliũ huius folia ambustis utilia semen acetabuli mensura dyssentericis prodest. Aquę e radice coctę maculas uestium elui dicunt Itẽq; mẽbranarũ.

INtubi quoq; non extra remedia sunt. Succus eorum cũ rosaceo & aceto capitis dolores lenit. Idẽq; cũ uino potus iocineris & uessicę & epiphoris ĩpoitur. Eraticum quidam apud nos ambulam appellauere. In ęgypto Cicorium uocant quod siluestre sit Satiuum autem serim quod est minus & uenosius.

CIcorium refrigerat ĩ cibo sumptũ & illitũ collectiones Succusq; decocti uẽtrẽ soluit. Iocineri & renibus et stomacho prodest. Itẽ si ĩ aceto decoquatur urinę tormĩa discutit. Itẽ morbũ regiũ emulso si sine febri uessicã adiuuat. Mulieꝫ purgationibus quidẽ decoctum ĩ aqua adeo prodest ut & mortuos partus trahãt. Adiciunt etiam magi si succo tocius cum oleo punctos fauorabiliores fieri & quę uelit facilius impetrari. Quod quidã propter singularẽ salubritatẽ aliqui chreston appellãt. alii panacration & siluestre genus Alii hedimorda uocãt latioris folii stomachum dissolutũ astringit cocta crudaq; sistit aluum & dyssintericis prodest magis cum lẽte rupta & conuulsa utroq; genere iuuantur. Itẽ quibus genitura ualitudinis morbo effluat.

SEris et ipsa lactucę simillima duum geneꝫ est siluestris melior nigra est ęstiua deterior hyberna & candidior utraq; amara stomacho utilissimę et pręcipue quem humor uexat. Cum aceto in cibo refrigerat uel illite: discutiuntq; et alias q̃ stomachi cum polẽta siluestrium radices stomachi causa sorbẽtur et cardiacis illiniuntur super sinistram mammã et ex aceto omnes hę et podagricis utiles et sanguinẽ reiciẽtibus Item quibus genitura fluat altero dieꝫ pote petronius diodotus qui andologomena scripsit ĩ totũ damnauit seriã multis modis argues. Sed alioꝫ omniũ opinio resistit.

BRassicę laudes longũ est exequi Cum et chrisippus medicus priuatĩ uolumẽ ei dicauerit per singula mẽbra hominis digestum et dyocles ãte omnes autẽ pythagoras eum nõ partius celebrauerit. Cuius sententiam uel eo diligẽtius persequi par est ut noscatur qua medicina usus sit annis sexcẽtis. In tres species diuisere eã graeci

antiquissimi Crispā quam selinda uocauerunt a similitudine foliorū apii stomacho utilem aluum modice mollietem Alterā elyam latis foliis e caule exeūtibus. Vnde caulodē quidam uocauere nullius in medicina mōēti. Tertia est proprie appellati carambe tenuioribus foliis & simplicibus densissimisq; amarior sed efficacissima. Cato crispā maxime probat deinde leuē grandibus foliis caule magno prodesse tradit capitis doloribus oculorum caligini sintillationibusq; uel stomachi pręcordiis. Crudam ex aceto & melle Coriādro ruta menta laseris radicula sumptam acetabulis duobus matutino tantamq; esse uim ut qui terat hęc ualidiorē fieri sentiat. Ergo uel cum uino tritā sorbendā uel ex olei ītinctu sumēdam podagrę autē morbisq; articularibus illini cum ruta Coriādro & salis mica ordei farina. Aqua quoq; eius decocta neruos articulosq; mire iuuari si foueāt uulnera & recētia & uetera etiā carcinomatą quę nullis aliis medicamētis sanari possiunt foueri prius aqua calida iubet ac bis detritā imponi. Sic etiā fistulas eluxatas & tumores euocari: quousq; discuti opus sit. In somnia etiam uigiliasq; tollere decoctam si ieiuni edant q̄ plurima ex oleo & sale. Tormina si decocta iterū decoquatur addito oleo & sale Cumino polēta si ita sumat sine pane magis profuturā. Inter reliqua bilē detrahit per uinum nigrū pota. Quin et urinā eius qui brassicā ederit asseruari iub& calefactāq; neruis remedio esse. Verba ipsius subiciā ad exprimēdam sentenciā. Pueros pusillos si laues ea urina nunq̄ debiles fieri. Auribus quoq; ex uiō succū brassicę tepidū istillari suadet. Idq; etiā tarditati audientium prodesse asseuerat & in petigines eadē sanari sine ulcere. Grecorum quoq; opiniones tam & Catonis causa poni conuenit In his dumtaxat quę ille pretermisit biles detrahere nō percoctam putāt. Itē aluum soluere eadēq; bis cocta sistere uiō aduersari ut Inimicā uitibus ātecedēte ī cibis cauere ebrietatē postea sumpta crapulā discuti hunc cibum & oculorū claritati cōferre multū. Succo uero crude angulis uel tantum tactis cum attico melle plurimū facile concoq ciboq; eo sensum purgari Erasistrati sebola clamat nihil esse utilius stomacho neruisq; ideo paralyticis & tremulis dari iub& & sanguinem excreantibus hippocrates cęliacis & dyssintericis bis coctā cum sale. Itē ad tenesmon & renū causas lactis quoq; ubertatem puerperis hoc cibo fieri iudicās & purgationē fęminis crudi quidē caules si mādātur partus quoq; emortuos pellūt. Apollodorus aduersus fungorū uenena semen aut succū bibendū censet phylistion epistbonicis succū ex lacte caprino cum sale & melle inuenio & a podagra liberatos edēdo eā decocteq; ius bibēdo hoc et cardiacis datū & comicialibus morbis addito sale. Itē spleneticis ī uino albo p dies .xl. ictericis nec nō et freneticis raucis crude succū gargarizandū bibendūq; demōstrat. Contra uero singultus cum Coriādro et aneto melle ac pipe et aceto. Illitā quoq; pdesse iflatioibus stomachi. Itē serpentiū ictibus et sordibus ulceribus uel ipsa aqua cū ordeacea farina succum cum aceto uel cum fęno gręco. Sic aliqui articulis podagrisq; imponunt. Epinictidas et quicqd aliud serpat ī corpore imposita leuat Itē repentinas caligines has & si mādit ex aceto fugillata uero & alios liuores pura illita lepras et psoras cū alumine rotūdo ex aceto sicq; & fluentes capillos retinet. Epicharimus testiū et genitaliū malis hanc utilissime imponi asserit efficacius eādem cum faba trita. Itē cōuulsis cū ruta contra ardorē febriū ī stomachi uitia Semina et ad secundas et muris aranei morsus foliorū aridorū farina alterutra parte exinauit. Ex omnibus brassicę generibus suauissima ē quinia et iutilis habetur difficilis ī coquēdo et reibus cōtraria. Illud quoq; omittēdū nō ē aquā decocte ad tot usus laudatā fecere humi effusam stirpium brassicę aridorū Cinis ītēr caustica ītelligit ad coexenditinm dolores cū adipe uetusto ac cum lasere et aceto. Itē psylotio euulsis illitus pilis nasci alios ꝓhibet. Bibitur et cū oleo suffer uefactus uel per se elixus ad conuulsa et rupta ītus lapsosq; ex alto. Nulla ergo sunt crimina brassicę: Imo uero apud eosdem animę grauitatē facere dentibus et gingiuis nocere et ī egypto ꝓpter amaritudinē nō ē.

Silueſtris ſiue erraticę immenſos plus effectus laudat Cato adeo ut aride quoq; farina ĩ olfatorio collectã uel odore tãtũ naribus rapto uitia earũ grauedĩnẽ ſanari affirmet. Hanc alii petream uocant Inimiciſſimam uino quia pręcipue uites fugiat aut ſi nõ poſſit fugere immoriatur. Folia habet bina rotũda parua leuia plãtiſ oleris ſimilior. Candidior ſatiua & hirſutior: hanc iflationibus mederi medãcinalis quoq; ac uulneribus recentibus cũ melle ita ne ſoluantur ante diẽ Septimũ ſtrumis fiſtulis ĩ aqua cõtritam chriſippus auctor eſt & alii uero cõpeſcere mala corporis quę ſerpant quę nomas uocãt. Itẽ excreſcentia abſumere. Cicatrices ad planum redigere oris ulcera & tonſillas manducata & coctam ſucco gargarizato cũ melle tollere. Item pſoras & lepras ueteres ipſius tribus partibus cũ duabus alumis in aceto acri illitis epicharmus ſatis eã extra cõtra Canis rabioſi morſum imponi melius ſiccum laſere et aceto acri. Necari quoq; canes ea ſi detur cum Carne. Semen eius toſtũ auxiliatur contra ſerpẽtes fungorũq; uenena ĩ tauri ſanguine Folia cocta ſpleneticis ĩ cibo data et cruda illita cum ſulfure & uitro proſunt. Itẽ mammarũ duritie radicũ Cinis uuae ĩ faucibus tumenti tactu medetur & parotidas cum melle illitus reprimit Serpentiũ morſus ſanat uirium braſſicę unũ & magnum argumentum addemus & mirabile. Cruſtę ſi occupent intus uaſa omnia ĩ quibus aquę feruent ut non ſit eas auellere ſi braſſica ĩ his decoquatur abſcedũt.

INter ſilueſtres braſſicas & lapſana eſt pedalis altitudinis irſutus foliis ſinapi ſimillimis niſi candidior eſſet flore. Coquitur in cibo aluum leuiter emollit.

MArina braſſica uehemẽtiſsime ex omnibus aluum ciet. Coquitur ꝓpter acrimoniã cũ pingui Carne ſtomacho inimiciſsima.

SCillarum in medicina alba ẽ quę maſculus fęmina nigra. Scilla quę cãdiſsima fuerit utiliſsima erit huic aridis tunicis direptis: quod reliquũ e uino cõſecutũ eſt ſuſpenditur lino modicis interuallis: poſtea arida fruſta ĩ caduin aceti q̃ aſperrimi pendentia ĩmerguntur ita ne ulla parte uas contingant hoc fit ante ſolſticiũ diebus .xlviii. gypſo deinde oblitus cadus ponitur ſub tegulis totius diei ſolẽ accipiẽtibus poſt eum numerũ dierũ tollitur uas ſcylla eximitur acetũ trãſfunditur hoc clariorem oculorum aciẽ facit. Salutare eſt ſtomachi laterumq; doloribus ſumptũ binis diebuſ ſed tanta uis eſt ut auidius hauſtũ extiẽte animę memẽto aliquã ſpetiẽ prębeat. prodeſt & gingiuis & dentibus uel per ſe Commãducata tineas & reliqua uentris animalia pellit ex aceto & melle ſumpta linguę quoq; recens ſubiecta pręſtat ne hydropici ſitiant. Coquitur pluribus modis in olla quę conniciatur ĩ clibanum aut furnum uel adipe aut luto illitã uel fruſtatim ne patinis & cruda ſiccatur. Deinde conciditur Coquiturq; ĩ aceto. Tũ ſerpentiũ ictibus imponitur toſta quoq; purgatur & mediũ eius iterũ in aqua coquitur. Vſus ſic coctę ad hydropicos urinã ciendã tribus obolis cum melle & aceto pote. Itẽ ſpleneticos & ſtomatichos ſi nõ ſentiant ultus quibus innatet cibus. Ad tormina regios morbos Tuſſim ueterem cum ſuſpirio diſcutit. Et foliis ſtrumas q̃drimis ſoluta diebus furfures capitis & ulcera manãtia Illita ex oleo cocta. Coquitur & in melle cibi gratia maxime uti coctionem facias Sic & interiora purgas. Rimas pedum ſanat in oleo cocta et mixta reſinę. Semẽ eius lumborũ dolori & melle impoĩtur. pythagoras ſcyllã in limine quoq; Ianuę ſuſpẽſam contra maloꝝ medicamẽtorum ĩtroitũ pellere tradit.

CEterum bulbi ex aceto et ſulphure uulneribus in faciẽ medentur p ſe uero triti neruorũ Contractionem & ex uino prurigines cum melle. Canum morſibus Eraſiſtrato placet cum pice ſanguinẽ Idẽ ſiſtere eos tradit illitos cum melle. Alii ſi e naribus fluat Coriãdꝝ & farinã adiciunt. Theodorus et lichenas ex aceto bulbis curat erumpentia in capite cum uino auſtero aut ouo. Et bulbis epiforas itidẽ illinit & ſic tu lippitudini media eorum uitia quę ſunt in facie coꝝ rubentes maxime in ſole

cum melle illiti & cũ uitro emẽdãt lẽtiginem cũ uino aut Cucumi cocti uulneribus quoq; mire prosunt per se.aut ut damion ex mulso si quinto die soluãtur. Iisdem & auriculas fractas curat et testiũ pituitas.In articulor doloribus miscent farinã i uino coctam uentri illiti duritiã precordior emolliũt.Dyssentericis i uino ex aqua celesti temperato dantur ad conuulsa intus cũ silphio pipulis fabę magnitudine ad sudorẽ tonsi illiniũtur neruis utiles:ideo & paralyticis dãtur iuxta in pedibus qui sunt ruffi ex his citissime sanant cum melle & sale.Ventrẽ maxime megarici stimulãt. Ottẽsibus pastum cum sapa aut passo sumpti. Siluestres iterranear plagas & uitia cum silphio pillulis deuoratis sedant:horum semẽ contra phalangia bibitur in uino. Ipi ex aceto illiniuntur contra serpentiũ ictus. Semẽ antiqui bibẽdũ isanientibus dabãt Flos bulbor tritus crurũ maculas uarietatesq; igni factas emẽdat. Dyocles hebetari oculos ab his putat. Elixos assis minus utiles esse:Aduicit & difficile concoq uniuseuiusq; nature.

BVlbinẽ greci uocant herbã paruis foliis rubicundo bulbo: hęc traditur uulneribus mire utilis dũtaxat recẽtibus.

BVlbus quem uomitoriũ uocant ab effectu folia habet nigra cęteris longiora.

VTilissimus stomacho cibus asparagi ut tradunt Cumino quidẽ addito Inflationes stomachi colliq; discutiunt.Idẽ oculis claritatẽ afferunt uentrem leuiter molliunt pectoris & spinę doloribus itestinorq; uitiis prosunt. Vino cõcoquuntur addito ad lumborum & renum dolores semẽ trium pondere oboloꝝ parte Cumini bibitur.Venerẽ stimulant.Vrinã cient utilissime pręterq; uessicã exulcerant.Radix quoq; predicatione plurimorũ trita i uino albo pota calculos quoq; exturbat lũborũ & renum dolores sedat.Quidam et ad uuluę dolorẽ radicem cum uino dulci ppinãt Eadem in aceto decocta contra elephantiam proficit.Asparago trito ex oleo punctũ pungi ab apibus negãt.

SIluestrem asparagũ aliqui corrudã aliqui libicum uocant .Attici ormini huius ad supradicta omnia efficatior uis & cãdidiori maior regium morbũ extenuat. Veneris causa aquam eor decoctã bibi iubẽt ad eminam. Idẽ & semẽ ualet cũ aneto tritũ ternis utriusq; obolis datur & ad serpentiũ ictus succus decoctus.Radix quoq; miscetur radici naratri iter efficacissima auxilia si sanguis per urinã reddatur. Semẽ asparagi & appii & Cumini ternis obolis i uino cyatis duobus chrisippus dari iubet Sic & hydropicis cõtrariũ esse quãuis urinã moueat docet.Item ueneri uessice quoq; nisi coctum aqua: que aqua si cãibus detur occidit eos in uino decocte radicis succus si ore contineatur dẽtibus mederi.

APpio gratia in uulgo est .Nanq; rami largis portionibus per rura innatãt & in Condimẽtis peculiarem gratiam habent.Pręterea oculis illitum cum melle ita ut subinde foueantur feruenti succo decocti aliusq; mẽbror epiphoris per se tritum aut cum pane uel polẽta impositũ mire auxiliatur.Pisces quoq; si egrotent i piscinis appio uiridi recreantur.Verum apud eruditos nõ aliud erutum terra in maiori sententiarum auctoritate est distinguitur sexu chrisippus feminã esse dicit crispioribus foliis & duris crasso caule sapore acri & feruido Dionysius marẽ nigriorẽ breuioris radicis uermiculos gignentẽ Amborr neutrum ad cibos admittendum. Immo oio nephas.Nam id defunctorum feralibus epulis dicatum.Ipsius quoq; uisus claritati inimicum caule feminę uermiculos gigni. Ideoq; eos qui ederint sterilescere mares feminas ue In puerperis uero ab eo cibo Comitiales fieri qui hauriunt ubera.Innocentiorẽ tamẽ esse marẽ eaq; causa est ne inter nefastos frutices damnetur. Mãmarũ duritiam impositis foliis emollit suauiores aquas potui i coctũ pręstat succo maxiẽ radicis cum uino lumborr dolores mitigat eodẽ iute istillato grauitatẽ auriũ Semẽ urinam ciet et menstrua ac secundas partus.Et si foueantur semine decocto fugillata

reddit colori. Cum ouī albo illitum aut ex aqua coctum potumq; renibus medetur. In frigida tritum oris ulceribus. Semē cum uino uel radix cum ueteri uino uessicę calculos frangit semē datur & arquatis ex uino albo.

APpiastrū byginus quidē mellisophilon appellat: sed īconfessa damnatione est uenenatū ī sardinia. Contexenda enī sunt omnia ex eodē nomine apud grēcos pendentia.

OLosatrum quod hypposelinum uocant aduersatur scorpionibus poto semiē tormīnibus interraneis medetur. Idē difficultatibus urinę. Semē eius decoctū ex mulso. Radix eius in uino decocta calculos pellit & lumborum ac lateris dolores Canis rabiosī morsibus potū & illitū medetur Succus eius algentes calefacit potus

Vartum genus ex eodem faciūt aliqui orthoselinon alio furtice recto semine Cumino simile mēstruis & urine efficax.

HElyoselino uis priuata contra araneos. Sed de oreoselino fęminę purgāt̄ auino

ALio genere petrosilinon quidā appellant in saxis natum prēcipuū ad uomicas coclearibus binis succi additis in cyatum marrubii succum atq; ita calidę aquę tribus cyatis.

ADdidere quidam oposelinum differens breuitate caule satiuo & radicis colore ruffo eiusdem effectus preualere contra serpentes potum & linitum.

OCimum quoq; chrisippus grauiter īcrepuit inutile stomacho urinę oculorum quoq; claritati. Prēterea īfamiam facere & letargicos & iocineris uitia. Ideoq; capras id aspernari hominibus quoq; fugiendum cens&. Adiciūt quidā tritum si operiat̄ lapide scorpionē gignere commāducatum & in sole positū uermes. Affirmat uero si eo die feriatur quispiā a scorpione qui ederit otimum sanari non posse. Quinimo tradunt aliqui manipulo ocimi cū Cancris .x. marinis uel fluuiatibus trito Cōueire ad eum scorpiones e proximo omnes Dyodorus in entericis etiam pediculos facere ocimi cibum. Secuta ętas acriter defendit. Nam id esse capręas nec minus q̄ mentam et rutam & scorpionum terrestrium ictibus marmorumq; uenenis mederi ex uino addito aceti exiguo usu quoq; compertum deficientibus ex aceto odoratū salutarem esse. Item letargicis & īflamatis refrigerationi illitum capitis doloribus cum rosaceo aut myrteo aut aceto. Item oculorum epiphoris impositum ex uino stomacho quoq; utile. Inflationes ructum ex aceto dissoluere sumptum aluū sistere impositū urinā ciere. Sic & morbo regio & hydropicis prodesse etiā colericis distillationēs eo stomachi inhiberi. Ergo & cęliacis philistio dedit & coctū dissentericis & contra plistoīcū Aliqui & ī tenesino & sanguinē excreantibus in uino duritiamq; prēcordiorū illinit̄ mammis extinguitq; lactis prouēctum. Auribus utilissimū Infantium prēcipue cū adipe anserino. Semē tritum & haustū naribus sternutamēta & distillationes quoq; capitis illitum. Vuluas purgat in cibo ex aceto uerucas mixto eramēto sutorio tollit uenerē stimulat. Ideo etiam equis asinisq; admissure tempore ingeritur.

SIluestri ocimo uis efficatior ad eadē omīa peculiaris ad uitia quę uomitioībus crebris contrahuntur uomicisq; uuluę bestiarum morsu radice efficacisssma.

ERucę semē scorpionum uenenis & muris araneiq; medetur. Bestiolas omnes innascentes corpori arc& uitia cutis in facie cum melle illita lentigines ex aceto cicatrices nigras reducit ad Candorē cum felle bubulo. Aiunt uerbera subituris potā ex uino duritiā quādam contra sensum induere. In cōdiendis obsoniis tāta est suauitas ut grēci euxomon appellauerint. Putant subtrita eruta si foueantur oculi claritatem

restitui Tussim infantiũ sedari. Radix eius in aqua decocta fracta ossa extrahit. Nam de uenere stimulãda diximus tria folia silueſtris erucę sinistra manu decerpta et trita in aqua mulsa si bibantur.

Contrario nasturciũ uenerẽ inhibet animũ exacuit ut diximus duo eius genera aluum purgat detrahit bilẽ potum in aqua .x. denariorꝫ pondere cum lomento strumis illitum opertumq; brassica pręclare medetur. Alterꝫ est nigrius quod capitis uitia purgat uisum clarificat commotas mẽtes sedat ex aceto sumptum bilẽ ex uino potum uel cum fico sumptum tussim ex melle si quotidie ieiuni sumant. Semen ex uino omnia inteſtinorum animalia expellit efficatius addito mẽtastro prodest & contra suspiria & tussim cum origano & uino dulci pectoris doloribus decoctum ĩ lacte caprino panos discutit cum pice extrahitq; corpori aculeos et maculas. Illinitur ex aceto contra carcinomata. Adiicitur ouorum album & lienibus illinitur ex aceto. Infantibus uero e melle utilissime. Sextius adiicit hoc serpẽtes fugare Scorpioibus resistere Capitis dolori contraire contritum allopetias emendare.

Addito sinapi grauitatẽ auriũ trito imposito auribus cũ fico dentium dolores infuso in aures succo pruriginẽ & ulcera capitis cũ adipe ãserino furunculos cõcoqt cum fermẽto carbunculos ad supputationẽ pducit & rumpit. Phagadenas ulcerum expurgat cum melle. Coxendicibus & lumbis cũ polẽta ex aceto illinitur. Itẽ lichen unguibus scabris: quippe natura eius caustica est. Optimum autẽ babilonium. Silueſtri autẽ ad omnia ea effectus maior.

In pręcipuis autẽ medicaminibus rutę est ratio satiuę folia ramis fruticosiora, Silueſtris horrida ad effectũ est & ad omnia acrior succus exprimitur tonsa ea ex aspsa modice aqua & ĩ pyxide cypria asseruatur hic copiosior datus ueneni noxã obtin& Macedonię maxime iuxta flumẽ anacimum miꝫq; cicutę succo extinguitur adeo etiã uenenorꝫ uenena sunt Cicutę Succus prodest manibus colligẽtiũ. Rutam cętero inter pruna ĩmiscetur antidotis pręcipueq; gallatica quęcũq; autẽ ruta aut p se pro antioloto ualet foliis tritis & ex uino sumptis cõtra aconitum maxime & uiscũ Itẽ fungos siue in potu detur siue in cibo. Simili modo contra serpentium ictus ut pote cum mustele dimicaturę cum his rutã prius edendo se muniant & ual& contra scorpionũ ictũ & araneorꝫ apũ scarabeorꝫ uesparũ aculeos & tantaridas ac salamandras Canisue rabiosi morsus acetabuli mẽsura Si succus e uino bibitur & folia trita uel cõmanducata ĩponũtur cum melle ac sale uel cum aceto et pice decocta succo uero perunctos etiã habẽtes negãt feriri ab his maleficiis. Serpentes quoq; si uratur ruta nidorẽ fugere. Efficacissima tamẽ est silueſtris radix cũ uino sumpta: eadẽq; dicitur esse efficatior sub clino potã. Pythagoras & ĩ hac marẽ minoribus berbaceiq; coloris foliis a femina discreuit etiã latioribus foliis & colore. Idẽ oculis noxiã putauit falso quoniã scalptores & pictores hoc cibo utũtur oculorꝫ causa cum pane quoq; uel nasturcio satiue silueſtri propter uisum & ut aiunt multi succo cũ melle attico inuncti discusserũt caligines uel cũ lacte mulieris puerꝫ enixe uel puro succo ãgulis oculorũ tactis. Epiphoras cũ polẽta ĩposita lenit. Item capitis dolores pota cum uino aut cũ aceto & rosaceo illita. Si uero sint cephalia cũ farina ordeacea & aceto eadem cruditas discutitur. Mox & inflamationes dolores stomachi ueteres uuluas aperit corrigitq; conuersas illita ĩ melle toto uentre & pectore hydropocis cũ fico & decocta ad dimidias partes pota ex uino. Sic bibitur & ad pectoris dolores laterumq; & lumborum tussim suspiria pulmorꝫ Iocinerũ renũ uitia horrores frigidos ad crapulę grauediẽs decoquũtur folia poturis et in cibo uel cruda uel decocta cõditaue prodest. Itẽ tormi/nibus ĩ Isopo decocta et cũ uino. Sic et sanguinẽ sistit iteriorẽ et nariũ indita tussim. Sic et collutis dẽtibus prodest. Auribus quoq; in dolore succus ĩfunditur custodito ut diximus modo silueſtri. Contra tarditatẽ uero sonitũq; cum rosaceo uel cũ laureo

oleo aut Cumino & melle. Succus & freneticis & ex aceto trite istillatur in tẽpora ad cerebrum. Adiecerunt aliqui & serpillum & lauꝫ illiniẽtes capita & colla. Dederunt et letargicis ex aceto olfaciẽdum. Dederunt Comitialibus bibendũ decocte succum i cyatis. iiii. ante accessiones: quaꝫ frigus itollerabile est. Aligiosisq; cruda dari in cibo urinã quoq; uel cruẽtam pellit. Fẽminarũ etiã purgationes secundasq; etiã emortuos partus ut hippocrati uidet̃ ex uino dulci nigro pota. Itaq; illitam & uuluaꝫ causa et sufire iubet. Dyocles & cardiacis imponit ex aceto et melle cũ farina ordeacea et cõtra ilium decocta farina i oleo & uelleribus collecta. Multi uero contra pruriculẽtas excreationes siccẽ dragmas duas sulphuris unam et dimidiam summi censent et contra cruentas ramos tres i uino decoctos. Datur & dissentericis cum caseo i uino cõtrita: dederunt & cum bitumine ifrictã potioni propter anhelitum ex alto lassis seminis tres untias olei libra uiniq; sextario. Illinitur cum oleo coctis foliis partibus quẽ frigus aduserit. Si urinam mouet ut hippocrati uidetur mirũ est quosdam dare cõtra incontinẽtiã urinẽ psoras & lepras cũ melle & alumine illita emẽdat. Itẽ utiligines uel rugas strumas et similia cũ hyrcino & adipe suillo ac taurino scaeuo ignẽ sacrũ ex aceto & oleo uel psimitio Carbunculum ex aceto non nulli laserpitium una illini iubent sine quo epinictidas pustulas curant. Imponũt et mãmis turgẽtibus decoctã et pituitae eruptionibus cum cera. Testiũ uero epiforis cũ ramis laureẽ teneris adeo peculiaris est i uisceribus his effectus ut silueſtri ruta cum axungia ueteri illitos ramices sanari probant. Fracta quoq; mẽbra semine trito cũ cera imposito. Radix rutẽ sanguine oculis suffusum & toto corpore Cicatrices ac maculas illita emẽdat. Ex reliquis quoq; quẽ tradũtur miꝫ esse cõferuẽtem rutẽ naturam esse cõueniat. Fasciculũ eius in rosaceo decoctum addita uncia aloes peruncti sudorem reprimere. Itemq; generationes impediri hoc cibo. Ideo pro fluuio genitali datur & uenerẽ crebro per somnia imaginantibus. Prẽcauẽdũ est grauidis abstineãt hoc cibo: necari enĩ partus inuenio. Eadẽ ex omnibus satis quadrupedũ quoq; morbis in maximo usu est siue difficiles spirantibus siue cõtra maleficoꝫ animalium ictus ifusa per nares ex uino. Aut si sanguisuga exhauserit ex aceto et quocunq; i simili morboꝫ genere ut i boine temperato.

MEntastrum silueſtris mẽta ẽ differens spẽtie folioꝫ quasi figura ocimi pulegii colore propter quod quidã silueſtre pulegiũ uocant: his commãducatis & impositis sanari elephantiã sicut magnipõpeii ẽtate fortuito cuiusdã experimẽto ꝓpter pudorem i facie illita cõpertum est. Eadẽ illiniuntur bibunturq; aduersus scorpioẽs cum sale oleo & aceto. Itẽ aduersus serpẽtiũ ictus dragmis duabus in uini cyatis duobus. Itẽ aduersus scolopendras uis decocti. Aduersus omnia uenena seruãtur folia arida ad farinẽ modũ substratum uel accensum. Fugat & scorpiones: potus fẽminas purgat sed partũ necat ruptis cõuulsisq; e partu orthopnoicis eis torminibus colericis efficacissimũ. Itẽ lumbis podagris impositũ. Succus auribus uerminosis istillat̃ in regio morbo bibitur. Strumis illinitur. Omnia ueneris inhibet. Tineas pellit ex aceto potum contra pruriginem ex aceto infunditur capiti in sole.

MEntẽ ipsius odor animũ excitat & sapor auiditatẽ in cibis. Idem i mammarum mixtura familiaris ipse accersere aut coire deseriq; lac non patiatur. Quare & lactis potionibus additur & ne coagulati potu strãgulentur data in uino aut mulso. Eadẽ ui resistere et generationi creditur cohibendo genitalia dẽsari eẽq; maribus ac feminis. Sistit sanguinẽ et purgationes fẽminarũ inhibet cum amulo ex aqua pota cẽliatorũ impetus sine ratioẽ et uomicas uuluẽ curat. Illa iocineꝫ uitia ternis obolis ex mulso datis. Itẽ sanguinẽ excreantibus in sorbitione. Vlcera in capite infantũ mire sanat. Arterias humidas siccat et astringit pituitas corruptas purgat in mulso et aqua uoci succus sub certamine utilis dumtaxat et qui gargarizatur una tumẽte adiecta ruta et

coriandro ex lacte utilis et contra tonsilas cũ alumine linguęq; aspere cum melle & conuulsa eius intus per se uitiaq; pulmonis singultus et uomitiones sistit cum succo granati ut Democritus monstrat recẽtis succus nariũ uitia spiritus subductos emẽdat. Ipsa trita colerã in aceto quidẽ pota. Sanguinis fluitiones in tussileum etiã ipo/sita cum polenta & si mammę tendantur. Illinitur & temporibus in capitis dolore. Sumitur & cõtra scolopẽdras & scorpiones marinos & ad serpentes epiphoris linit̃ et omnibus in capite ruptionibus. Itẽ fędis uitiis in uertigines quoq; uel si teneatur tantum prohibet. Auribus cũ mulso istillatur· Aiunt & lieni eã mederi orto gustatã ita ne uellatur si is q mordeat dicat se lieni mederi per dies. viii. Aride quoq; farinã tribus digitis apprehensam & stomachi dolorem sedare· In qua et similiter aspera in potionẽ uẽtris animalia expellere.

MAgna societas cum hac ad recreandos defectus animi pulegio cũ surculis suis in ampullas uitreas aceti utrisq; deiectis. Quadecausa dignius pulegium cõtra uertigines q̃ erosa cubiculis nostris pronuntiatũ est. Nam & capitis dolores ĩpositũ dicitur leuare quin & olfatu capita tueri contra frigor̃ ęstusq; iniuriam et absiti tradit̃ Neq; ęstuare eos q duos e pulegio surculos impositos auribus in sole habeãt. Illinit̃ etiam in doloribus cum polẽta & aeto fęmina efficatius est autẽ hęc flore purpureo. Mas candidũ habet. Nauseas cum sale & polẽta in frigida aqua pota inhib&. Sic & pectoris ac uentris dolorẽ. Stomachi autem ex aqua. Item rosiones sistit & uomiti/ones cum aceto & polẽta aluum soluit sale & aceto & polẽta intestinorũ uitia melle decocto & nigro uino sanat. Vrinã pellit ex uino & si amineum sit & calculos & in/teriores omnes dolores ex melle & aceto sedat menstrua & secundas uuluas conuer/sas corrigit defunctos partus eicit. Semẽ ommutescentibus olfatu admouetur Co/mitialibus ĩ aceto cyati mẽsura datur. Si aquę insalubres bibende sint tritũ aspgitur Salsitudines corporis si omnino tractetur minuit. Neruor̃ causa & ĩ contractione cum sale & aceto & melle confricatur obstonomoi bibitur ad serpẽtiũ ictus decoctũ ad scorpionum in uino tritũ maxime quod in siccis nascitur. Adoris exulcerationes ad tussim efficax habetur. Flos recentis incẽsus pulices necat odore. Xenocrates pul/legii ramum lana inuolutũ in tercianis ante accessionẽ olfatandum dari aut stragulis subiici & ita collocari egrũ ĩter remedia tradit.

SIluestri ad eadẽ efficatior uis. Simile ẽ origano minoribus foliis q̃ satiuum & a quibusdam dictamos uocatur Gustatum a pecore caprisq; balatum concitat. Vnde quidã gręci littera mutata bleconon uocauerũt. Natura tam feruẽs ẽ ut illitas partes exulceret. Tussientibus ĩfricari ante balnea conuenit et ãte accessionũ horrorẽ conuulsis et torminibus podagris mire prodest. Epaticis cũ melle et sale bibendum datur pulmonum uitia excreabilia facit ad lienẽ cum sale utile et uessicę et suspiriis et inflationibus decocto succo ęqualiter et uuluas corrigit et cõtra scolopendrã terre/strem uel marinam. Itẽ scorpiones priuatim ue ualet contra omnẽ morsum. Radix contra ĩcrescentia ulcera recẽs potẽtissima arida uero Cicatricibus decorem affert.

ITẽ pullegio ẽ nepeteq; societas decoctę ĩ aqua ad tertias discutiũt frigora muli/erumq; mẽstruis prosunt et estate sedant calores. Nepeta quoq; uires contra serpẽtes habet famum ex ea nidorẽq; fugiunt: quam et substernere in metu dormituris utile est. Tonsa egylopis ĩponitur et capitis doloribus recens cũ tertia parte panis tẽperata aceto illinit̃. Succus eius istillatus naribus supinis profluuium sanguinis sistit. Itẽ radix cũ myrti semine in passo tepido gargarizata anginis medetur.

CVminũ siluestre est prętenue quaternis aut quinis foliis ueluti serratis· sed ut satiuo magnus usus in stomachi precipue remediis discutit pituitas et inflationes. Tritum et cum pane sumptum uel potum ex aqua uinoq; tormina quoq; et intestiõr̃

dolores. Vel tamē omnē pallorē bibentibus gignit. Ita certe ferunt porcilla latronis clari inter magistros dicēdi assectatores similitudinē coloris studiis cōtra aucti mutantes & paulo ante Iulium uindicē assertorem illum a Nerone libertatis captatione testamētis sic lenocinatum Narium sanguinem sistit pastillis inditum uel ex aceto recenti & oculoꝝ epiphoris per se impositum tumētibus melle prodest infantibus imponi in uentre satis est morbo regio in uino albo a balneis datur is.

AEthiopicum maxime in posta & illinitur cū melle africano priuatim urinę in continētiam cohiberi putāt. Satiuum datur & ad iocineris uitia tostum tritū ī aceto. Itē ad uertiginē bis uero quos acrior urina mordeat in dulci tritum uino ad uuluaꝝ uitiā in uino pręterq̄ impositis uelleri foliis testium tumoribus tostū tritumq; cum melle aut cū rosaceo & cera.

SIluestre ad omnia eadē efficatius pręterea ad serpentes cum oleo ad scorpioēs ad scolopendras. Sistit & uomitionē. Nauseasq; ex uino quātum appręhēderit tres digiti propter colum quęq; bibitur illiniturq; uel penniciliis feruens astrīgitur fasceis. Strangulationes uuluę potum in uino aperit tribus dragmis in tribus cyatis uini auribus instillatur ad somnitus atq; tinnitus Cum seuo uitulino uel melle sugillatis illinitur cum melle & uua passa & aceto lentigini nigrę ex aceto.

ESt cumino simillimum quod grēci uocant ami. Quidā uero ęthiopicum Cuminum id esse existimant hippocrates regium appellat uidelicet quia efficatius in ęgypto iudicauit pleriq; alterius naturę in totū putant: quoniā sit exilius & cādidius Similis autē & huic usus. Nāq; & panibus alexandrinis subiicitur & cum alimentis interponitur Inflationes & tormīa discutit urinā & mēstrua ciet sugillata et oculoꝝ epiphoras mitigat cū lini semine scorpionum ictus uino potum dragmis duabus priuatimq; ceraslaꝝ cum pari portione myrrhę. Colorem quoq; bibentium similiter mutat in pallorē suffitū cū uua passa aut resina uuluā purgat tradūt facilius cōcipere eas que odorentur id p coitū.

DE Capparī satis diximus inter peregrinos frutices non utendum transmarino Innocentius. Italicum est ferunt eos qui quotidie id edunt paralysi nō periclitari nec lienis doloribus. Radix eius uitiligines albas tollit si tritę in sale fricentur. Splenēticis prodest in uino pota. Radicis cortex duabus dragmis dempto balneaꝝ usu. Feruntq; xxxv. diebus per urinā & aluū totū lienē emitti Bibitur in lumborum doloribus a paralysi. Dentiū dolores sedat tritū ex aceto semē decoctū uel mādūcata radix. Infunditur et aurium dolori decoctū oleo. Vlcera quę phagadenas uocāt folia et radix recens cū melle sanant. Sic & strumas discutit radix parotidas uermiculosq; cocta in aq̄ Iocineris quoq; malis medetur. Dant & ad tineas in aceto et melle Oris exulcerationes in aceto decocta tollit stomacho Inutile esse inter auctores Cōuenit.

LIgusticū aliqui panacē uocant stomacho utilē. Itē cōuulsionibus ex inflamationibus.

SVnt et quidā qui Cunilā bubulā appellauerīt uti dixi falso cunilę pręter satiuā plura sunt ī medicina genera. Quę bubula appellat semē pullegii: habet utile ad uulnera cōmanducatum impositumq; ut quīto post die soluatur & cōtra serpētes in uino bibitur ac tritū plagę imponitur uulnera ab his facta perfricāt. Itē testudiēs cum serpētibus pugnaturę ac se muniunt. Quidamq; in hunc usum panaceā uocāt. Sedant & tumores & uiriliū mala sicca folia trita in omni usu mire cōgruens uino.

ESt alia cunila gallinacea appellata a nostris a grēcis origanū heracleoticū, pdest oculis trita addito sale. Tussim quoq; emēdat & iocinerum uitia laterum dolores cū

farina oleo & aceto in ſorbitionem temperata pręcipue uero ſerpentium morſus.

TErtium genus eſt eius quę a grecis maſcula a noſtris cunilago uocatur odoris fedi radicis linoſae folio aſpero. Vires eius uehemẽtissimas ĩ omnibus his generibus eaq; tradunt manipulo quoq; eius abiecto omnis ex tota domo blattas cõuenire ad eam priuatĩ aduerſus ſcorpiones ex poſta tollere Tribus foliis ex oleo perunctо homine fugari ſerpẽtes e contrario quę mollis uocatur piloſioribus foliis ramis & aculeatis trita mellis odorem habet digitis tactu eius coherentibus.

ALtera turis quã libanotidẽ appellauimus medetur utraq; cõtra ſerpentes ex uino uel aceto pulices etiã cõtrite cum aqua ſparſę necant. Satiua quoq; ſuos uſus habet. Succus eius cũ roſaceo auriculas iuuat Ipſa ad ictus bibit̃. Fit ex ea mõtana ſerpillo ſimilis efficax cõtra ſerpẽtes· Vrinam mouet. Purgat a partu mulieres concoctione mire adiuuat & ad cibos auiditatem utraq; uel in cruditate Ieiunis in potione aſpera luxatis quoq; utiles cõtra ueſpaq; & ſimiles ictus ex farina ordeacea & poſca utiliſsimã libanotidis. Alia genera ſuis dicentur locis.

PIperatis quam & ſiliquaſtrũ appellauimus contra morbos Comitiales bibitur Caſtor & aliter demõſtrabat caule rubro & longo dẽſis genitulis foliis lauri ſemine albo tenui guſtu piperis utilis gingiuis dentibus oris ſuauitati & ructibus.

ORiganum quod in ſapore Cunilã ęmulatur ut diximus plura genera ĩ medicina habet othinum uel phraſion appellãt origanon nõ diſſimile iſopo priuatĩ eius uſus contra roſiones ſtomachi ĩ tepida aqua & cruditates cõtra araneos ſcorpioneſq; ĩ uino albo luxata & ĩcuſſa aceto & oleo & lana·

TRagoriganon eſt ſerpillo ſilueſtri ſimilius urinã ciet. Tumores diſcutit cõtra uiſcum potum uiperęq; ictum efficacissimum. Stomacho acida ructantis & pręcordiis Tuſſientibus quoq; cum melle datur & pleureticis & peripleureticis.

HEraclion quoq; tria genera habet. Nigrius latioribus foliis glutinoſum Alteq; exilioribus mollibusq; in ſucco non diſſimile: quod aliqui praſion uocare malunt. Tertium eſt in hoc medium & minus q̃ cetera efficax. Optimũ autẽ Creticum. Nam et iucunde olet proximum zinirneum. Deide heracleoticũ ad potum utilius quod othinum uocãt. Cõmunis autẽ uſus ſerpẽtes fugare percuſſis eſui dare. Decoctum ĩ potu urinã ciere ruptis uel conuulſis mederi cum panacis radice hydropicis cũ fico aut cum Iſopo acetabuli mẽſuris decoctũ ad ſextam. Itẽ ſcabiem pruriginẽ pſoras in deſcenſione balnearum Succus auribus ĩfunditur cum lacte mulieris toxillis quoq; fluuiis medetur capitis ulceribus uenena opii & gypſi extĩguit decoctũ ſi cũ Cinere & uino bibatur aluum mollit. Acetabuli mẽſura ſugillatis illinitur. Item dentium dolori: quibus etiã & candorẽ facit cum melle & uitro. Sanguinẽ nariũ ſiſtit ad parotidas decoquitur cum ordeacea farina ad arterias aſperas cum galla & melle teritur Ad lienẽ folia cum melle & ſale craſſiores pituitas nigrasq; extenuat coctũ cũ aceto & ſale ſumptum paulatĩ. Regio morbo tritũ cum oleo ĩ nares funditur laſſi perunguntur ex eo ita ut uẽter attingatur. Epimectidas cum pice ſanat furunculos aperit cum fico trita. Strumas cum oleo & aceto & farina ordeacea lateris dolores cum fico illitum fluxiones ſanguinis ĩ genitalibus tonſum ex aceto illitum reliquias purgationum a partu.

LEpidiũ inter urentia ĩtelligitur ſic & in facie cutẽ emendat exulcerãdo ut tamẽ Cera & roſaceo facile ſanetur. Sic & pſoras & lepras tollit ſemper facile & Cicatrices ulcerũ tradũt in dolore dentiũ ad alligatũ brachio q̃ doleat cõpeſcere dolorẽ.

GYth ex grecis alii melanthum alii mellaspermon uocat. Optimũ q̃ excitatissi odoris & q̃ nigerrimum. Medetur serpẽtium plagis & scorpionũ Illiniri ex aceto & melle reperio Incensoq; serpẽtes fugari bibitur dragma una contra araneos distillati onem narium discutit tonsum in linteolo olfatum capitis dolores. Illitũ ex aceto & infusum naribus cũ mirino oculoꝝ epiphoras & tumores. Dentiũ dolores coctũ cũ aceto ulcera oris tritum aut cõmanducatum. Itẽ lepras & lẽtigines ex aceto difficul tates spirandi addito uitro potum. Duritiã tumoresq; ueteres & suspirationes illitũ lac mulieꝝ auget continuis diebus sumptum. Colligitur succus eius ut Iusquiami. Similiterq; largior uenenũ est quod miremur cũ semen gratissime panes etiã cõdiat Oculos quoq; purgat. Vrinam & mẽstrua ciet. Quinimo illigatis linteolo tantum granis. xxx. secundas trahi reperio. Aiunt & clauis ĩ pedibus mederi tritum ĩ urina culices suffitu necare. Itẽ muscas.

ETanesum aduersum scorpiones ex uino bibitur a pythagora ĩter pauca laudatũ siue crudum siue decoctum. Item uiride aridum ue omnibus quę condiuntur queq; ĩtinguntur desyderatũ panis etiã crustis ĩferioribus subditũ sagis quoq; addit cum amaris nucibus uina commendat. Quin ipsum oris alitum iucundiorem facit fetoreq; tollit mãducatum matutinis cũ zinirno & melle exiguo mox uino collutũ Vultum Iuueniliorẽ prestat insomnia leuat suspensum in puluino ut dormientes olefaciant. Appetẽtiam ciborum prestat quãdo id quoq; ĩter artificia delitię fecere ex quo labor desit cibos poscere. Ob has causas quidã anicetũ id uocauere. Laudatissi mum est creticum proximũ egyptium hoc ligustici uicẽ prestat ĩ cõdimetis dolores capitis leuat suffitum naribus. Epiphoris oculoꝝ radicẽ eius tusam imponit Iollas ipsum cum croco pari modo & uino & per se cũ polenta ad magnas fluctiones ex trahendaq; si qua ĩ oculos ĩciderint. Narium quoq; cardines cõsumit illitum ex aqua sedat anginas cũ melle ac Isopo ex aceto gargarizatum Auribus ĩfunditur cũ rosaceo thoracis pituitas purgat tostum cũ melle sumptũ. Melius cũ acetabulo anesi nuces amaras. l. purgatas tere ĩ melle ad tussim. Facillie uero anesi dragmę tres papaueris duę miscentur cũ melle ad fabę magnitudinẽ & ternis diebus sumuntur. Precipuũ autem est ad ructus. Ideo ĩflationes stomachi & ĩtestinorum torminibus & celiacis medetur singultus & olfatum potumq; decoctum ĩbibet folius decoctis digerit. Cru ditates succus decocti cũ appio olfatus sternutam ẽta inbibet potu somnum concitat calculos pellit Vomitiones cohibet & precordioꝝ tumores & pectoꝝ uitiis. Neruis quoq; quibus succinctũ est corpus utilissimum prodest & capitis doloribus ĩstillari succum cũ oleo decocti nõ aliud utilius uẽtri & ĩtestinis putãt. Ideo dissintericis & intenesmo datur tostũ aliqui addunt & opium pillulis in die ternis lupini magni tudine in uini cyato dilutis. Dieuches ad lumborum dolores usus est succo. Semen hydropicis et celiacis dedit tritum cum menta. Verum radicem et ad renes. Dallon herbarius parturientibus ex eo cataplasma imposuit cũ appio. Itẽ uuluarum dolori deditq; bibẽdum cum aneto parturiẽtibus freneticis quoq; illiniuit recens cũ polẽta Sic et ĩfantibus comitiale uitiũ aut contractiones sentientibus pythagoras quidem non corrupi uitium Comitiale in manu babẽtes. Ideoq; q̃ plurimũ domi serẽdum parere quoq; facilius olfactãtes et statim a partu dandum potui polẽta asperſa. Sosi menes cõtra omnes duritias usus est ex aceto et eo et cõtra lassitudines in oleo deco quens addito uitro semine eius poto lassitudinis auxilium uiatoribus spopondit. Heraclides ad inflationẽ stomachi semẽ tribus digitis cum castorei obolis duobus ex mulso dedit. Similiter ad uentris et intestinoꝝ inflationes et orthopnoicis: quod ternis digitis prenderit seminis tantũdem byoseiami cum lacte asinino multi uoi turis acetabula eius et folia lauri decem trita ĩ aqua bibenda inter cenã suadẽt. Stran gulationes uuluę si manducetur et liniatur calidum uel si bibatur cum Castoreo in

aceto & melle ſedat uertigines a partu cum ſemine Cucumeris & lini pari menſura ternum digitorum uini albi tribus cyatis diſcutit. Clepolemus ad quartanas tribus digitis ſeminis aneſi & feniculi uſus eſt in aceto & mellis cyato uno lenit articulares morbos cum amaris nucibus illitũ. Sũt qui & aſpidum uenenis aduerſari naturam eius putant. Vrinã ciet ſitim cohibet Venerem ſtimulat cum uino ſudorem leuiter preſtat. Veſtes quoq; a tineis defendit. Efficatius ſemper recens & quo nigrius ſtomacho tamẽ Inutile preterq̃ iflato.

ANetum quoq; ructus mouet & tormina ſedat aluum ſiſtit. Epiphoris radices illiniuntur. Ex aqua uel uino ſingultus cohibet & ſemẽ feruens olfatũ. Sũptũ ex aqua ſedat cruditates Cinis eius uua in fauicibus leuat oculos & genituram bebetat.

SAcopenium quod apud nos gignitur i totum tranſmarino alienatur. Illud. n. amoniaci lachrymę ſimile ſagapemon uocat prodeſt laterum & pectoris doloribus conuulſis tuſſibus uetuſtis excreationibusq; precordiorũ tumoribus. Sanat & uertigines tremulos epiſtotonicos lienes lumbos perfrictiones. Datur & olfactandum ex aceto in ſtrangulatu uuluę. Ceteris & potui datur & cum oleo infricatur prodeſt & contra mala medicamenta.

PApaueris ſatiui diximus genera & ſponte naſcẽtis alia promiſimus. Sed ſatiui albi calix ipſe teritur et uino bibitur ſomni cauſa ſemẽ elephantiis medetur. E nigro papauere ſopor gignitur ſcapo inciſo ut dyagoras ſuadet cum turgeſcit ut & Iollas cum deflorescit hora diei ſerena: hoc eſt cum roſ i ea exaruerit incidi iubẽt ſub capite et calice nec in alio genere ipſum inciditur caput Succus & hic & herbę cuiuſq; lana excipitur aut ſi exiguus eſt ungue pollicis aut lactucis & poſtero die magis quod i aruit. Papaueris uero largus dẽſatus & in paſtillos tritus i umbra ſiccatur nõ ſaporifera modo Verum ſi copioſior bauriatur etiã mortifera per ſomnum quod opion uocãt. Sic ſcimus iteremptum poſtumii licinii cecinę pretorii uiri patrem i biſpania baiuli cum ualitudo impetu bilis odium uitę feciſſet. Item pleroſq; alios quadecauſa magna concertatio extitit. Dyagora & eraſiſtratus in totum damnauere ut mortifera infundi uetantes preterea quoniã uſui noceret. Addidit Andreas ideo nõ protinus excęcari eo: quoniã adulteratur alexandrię. Sed poſtea uſus eius non improbatus eſt medicamẽto nobili quod accidion uocãt. Semine quoq; eius trito inpaſtillos e lacte utuntur ad ſomnũ. Item ad capitis dolores cum roſaceo. Ad hoc auriũ dolori iſtillat podagris illinitur cum lacte mulierũ: ſic & folius ipſis utuntur ad ſacros ignes. Itẽ & uulnera ex aceto. Ego tamen damnauerim colliriis addi multoq; magis quas uocant lexipiretas quaſq; eticas & cęliacas. Nigrũ tamen cęliacis i uino datur. Satiuũ omne maius rotundat capita: at ſilueſtre longũ ac puſillum & ad omnes effectus ualẽtius Decoquitur & bibitur contra uigilias. Eadẽq; aqua fouent ora optimũ i ſiccis & ubi raro pluit. Cum capita ipſa & folia decoquũtur Succus meconium uocatur multum opinione grauior. Experimẽtum opii eſt primũ in odore Sincerũ enim fieri mos eſt in lucernis ut pura liceat flama ut extincto demum de oleat quę iſucato nõ eueniũt. Attenditur quoq; difficilius & crebro extinguitur. Eſt ſincerũ experimẽtum & i aq̃ quoniã ut nubecula Innatat fictũ in puſtulas coit: ſed maxime mirum eſt ęſtiuo ſole deprehendi. Sincerum enim ſudat et ſe diluit donec ſucco recenti ſimile fiat. Muneſides optime ſeruari putat Iuſquiami ſemine adiecto alii in faba.

INter ſatiua eſt et ſilueſtria medium genus quod nõ in aruis: ſed ſpõte naſceret rhiam uocauimus et empraticum quidam id decerptum protinus cum toto Calice mandunt aluũ exinanit capita. v. decocta in uini tribus eminis pota ſomnũ faciunt.

Silueſtrium genus unũ ceraticum uocant nigrũ cubitali altitudine radice craſſa et tortuoſa cauliculo inflexo ut Cornicula folia minora et tenuiora q̃ et cęteris ſilueſtribus ſemẽ exile. Tempeſtiuum ẽ meſſibus. Aluũ purgat dimidio acetabulo imulſo Folia trita cum oleo argemas iumẽtorũ ſanãt. Radix acetabuli mẽſura cocta in duobus ſextariis ad dimidias datur ad lumborum uitia et iocineris. Carbunculis medentur ex melle folia. Quidã hoc genus glaucion uocant: alii paralion. Naſcitur .n. iafflatu maris aut uitroſo loco.

Alterum e ſilueſtribus generibus heraclion uocatur ab aliis aphroton foliis ſi procul intuearis ſpetiem paſſerum pręſentatibus radice in ſumma terrę acuta ſemine ſpumeo ex hoc lina ſplẽdorem trahunt ęſtate uero tonditur in pila Comitialibus morbis acetabuli mẽſura ſemine in uino albo uomitiones enim facit.

Medicamẽtum quod dyaconidion & aſterice uocatur utiliſsimũ. Fit autẽ huius papaueris aut cuiuſcũq; ſilueſtris capitibus .cxx. i aquę cęleſtis ſextariis tribus biduo maceratis: in eademq; diſcoctis. Deinde ſiccatis & iterum cum melle decoctis addi dimidias partes uapore tenui addidere poſtea dragmas ſenas Croci hippociſtidis turis achatie & paſſi Cretici ſextarium hac oſtẽtatione ſimplex quidem & antiqua illa ſalubritas papauere & melle cõſtat.

Tertiũ genus eſt thytimalon mechona uocãt alii archalion folio leui folio albo capite magnitudinis fabę. Colligitur uua florẽte Siccatur i umbra ſemen potũ purgat aluum dimidio acetabulo imulſo. Cuiuſcunq; autem papaueris caput uiride uel ſiccum illitum epiphoras oculoꝝ lenit. Opium ex uino meraculo ſi ꝓtinus det ſcorpionum ictibus reſiſtit. Aliqui hoc tantũ nigro tribuunt ſi capita eius uel folia terantur.

Eſt & portilata quã pephlin uocãt nõ multum ſatiua efficatior: Cuius memorabiles uſus traduntur. Sagittarum uenena & ſerpẽtium hemorroidũ & pręſtrigium reſtringi pro cibo ſumpta & plagis impoſita extrahi. Itẽ iuſquiamo poto paſſoq; expręſſo ſucco cũ ipſa non enim ſemẽ eius ſimili effectu prodeſt. Reſiſtit & aquarũ uitiis capitis dolori ulceribusq; in uino tuſa & iposita. Reliqua ulcera cõmãducata cum melle ſanat. Sic & ifantium Cerebro impoitur umbilicoq; prociduo In epiphoris uero omniũ fronti temporibusq; cum polenta. Sed ipſis oculis & lacte & melle Eadẽ ſic prodeſt oculis foliis tritis cum Corticibus fabę puſtulis cum polenta & ſale & aceto. Et ulcera oris tumorẽq; gingiuarum cõmãducata cruda ſedat. Itẽ dẽtiũ dolores tonſillarũ ulcera ſuccus decocte quidã adiacere paulum myrrhę. Nã nobiles dentes ſtabilit. Cõmanducata cruda dolores ſedat: uocẽq; firmat & ſitim arcet Ceruicis dolores cum galla & lini ſemine & melle pari mẽſura. Sedat mammarũ uitia cũ melle aut cimolia creta. Salutaris & ſuſpiriioſis ſemine cum melle hauſto ſtomachũ in acetariis ſumpta corroborat. Ardẽtibus febribus imponitur. Et alias cum polenta manducata refrigerat etiã iteſtinorum uomitionẽ ſiſtit. Diſſenterię & uomicis dat ex aceto uel bibitur cũ Cumino Teneſinis autem cocta Comitialibus cibo uel potu prodeſt. Purgationibus mulierum acetabuli mẽſura in ſapa podagris calidis cũ ſale illita & ſacro igni. Succus eius potus renes iuuat ac ueſſicas uentris animalia pellit. Ad uulnerũ dolores ex oleo cũ polenta impoit. Neruorum duritias emollit. Metrodorus qui epitoma rhezotomumeron ſcripſit purgatioibus a partu dãdã cenſuit Venerem inhibet uenerisq; ſomnia pretorii uiri pater hiſpaię princepſ: quem ſcio propter impetibiles uuę morbos radicẽ eius filo ſuſpenſam e collo gerere pręterq̃ in balneis ita liberatũ icommodo omni quinetiã iuenit apud auctores caput illitum ea diſtillationẽ toto anno non ſentire: oculos tamen hebetare putatur.

Coriandrum inter ſilueſtria nõ inuenitur pręcipuum tamen eſſe conſtat ſtatim

ęgyptium ualet cõtra ſerpẽtiũ genus unũ quod amphebſibenam uocãt potũ poſitũq; ſanat & alia uulnera epinictidas puſtulas tritũ. Sic & omnes humores collectioeſq; cum melle aut uua paſſa. Panos uero ex aceto tritum. Seminis grana tria intertiani deuorare iubẽt. Aliqui ante acceſſionẽ uel plura illini iubent frõti. Sunt qui & ante ſolis ortum ceruicalibus ſubiici efficaciter putẽt. Vis magna ad refrigerandos ardores uiridi. Vlcera quoque quę ſerpũt ſanãt cum melle uel uua paſſa. Itẽ teſtes ãbuſti carbunculos aures cum lacte mulieris epiphoras oculoꝝ uẽtris ĩteſtinorũ fluctuoẽs ſemẽ ex aqua potum bibitur in coleris cũ ruta pellit animalia interraneoꝝ cum mali punici ſucco & oleo ſemẽ potum xenocrates tradit rem miram ſi uera eſt menſtrua contineri uno die ſi unũ granũ biberint fęminę. Biduo ſiduo & totidẽ diebus quot grana ſumpſerit. M. Varro Coriãdro ſubtrito & Cumino acetoq; Carnem omnem incorruptã eſtate ſeruari putat.

ATriplex ſilueſtre eſt & ſatiuum accuſatũ a pythagora tanq̃ facer & hydropicos morboſq; regios & pallorẽ Coquitur difficillime ac ne ĩ ortis quidem iuſte id naſci ne quicq̃ niſi languidũ culpauit: addidere dionyſius & Diocles pluriõs gigni ex eo morbos: nec niſi mutata ſępius aqua coquẽdum ſtomacho contrarium eſſe lẽtigines & papulas gignere. Miror quare in Italia difficulter naſci tradiderit Id ſolus ſmyrneus hippocrates uuluarum uitiis ĩfundi cum beta. Licus neapolitanus contra Cantaridas bibendũ dedit panos furunculos ĩcipiẽtes duritias omnes uel cocto uel crudo utiliter illini putauit. Itẽ ignẽ ſacrum cum melle acetoq; nitroq; ſimiliter podagris. Vngues ſcabros detrahere dicitur ſine ulcere. Sunt qui & morbo regio dent ſemen eius cũ melle. Arterias & tonſillas uitro addito perfricẽt. Aluũ moueãt cocto per ſe uel cum malua aut lẽticula cõcitantes uomitiones. Silueſtri capillos tingunt & ad ſupraſcripta Vtũtur.

E Cõtrario ĩ magnis laudibus malua eſt utraq; & ſatiua & ſilueſtris. Duo generã eorũ ãplitudine folii diſcernũtur maiorẽ gręci malopen uocant in ſatiuis alterã ab emolliendo uẽtrem dictam putãt Malacen Silueſtris cui grande folium & radices albę. Altea uocatur ab excellentia effectus a quibuſdã pliſtolocia: omne ſolum in quo ſerũtur pinguiſſimum faciunt contra omnes aculeatos ictus efficaces pręcipue ſcorpionum ue ueſparum ſimiliumq; & muris aranei. Qui & trita cũ oleo quaꝝlibet earum peruncti ante uel habentes eas nõ feriuntur. Folium ĩpoſitum ſcorpionibus torporem affert. Valet & cõtra phiſtini uenena aculeos omnes extrabũt illite crude cum nitro pote. Decoctę uero cum radice ſua leporis marini uenenum reſtringunt & ut quidã dicunt ſi uomatur. De eiſdem mira & alia traduntur: ſed maxime ſi quis quottidie ſucci ex qualibet earum ſorbeat cyatũ dimidium omnibus morbis caritur ulcera manãtia in capite ſanant in urina putrefacte lichenas & ulcera oris cum melle Radix decocta furfures capitis et dẽtium mobilitates. Eius quę unum caulem habet radice circa dẽtem qui doleat pũgat donec deſinat dolor. Eadẽ ſtrumas & parotidas panos addita hominis ſaliua purgat citra uulnus. Semẽ ĩ nigro uino potũ a pituita & nauſeis liberat. Radix mammaꝝ uitiis occurrit ad alligata in lana nigra. Tuſſim ĩ lacte cocta & ſorbitionis modo ſumpta quinis diebus emendat. Stomacho inutiles Sextius niger dicit olympiades thebanus abortiuas eſſe cũ adipe ãſeris. Aliqui purgari fęminas foliis earum manus plenę mẽſura ĩ oleo & uino ſumptis uotiq; cõſtat parturientes foliis ſubſtratis celerius ſolui protinus a partu reuocandum ne uulua ſequatur. Dant & ſuccũ bibẽdum parturiẽtibus ieiunis in uino decocta emina. Qui et ſemen tritũ adalligãt brachio genitale nõ cõtinentiũ. Adeoq; ueneri naſcũtur. Et ſemẽ unicaulis aſparſum cubili fęminaꝝ auiditates augeri ad ĩfinitũ xenocrates tradit. Item radices tres iuxta alligatas teneſmo diſſentericis utiliſsime ĩfundi. Item ſe disuitiis uel ſi foueantur. Melanconicis quoq; ſuccus datur cyatis ternis tepidis & ĩſaniẽtibus quaternis. Decoctę Comitialibus eminę ſucci hic & calculoſis et ĩflatioi

& torminibus aut epistonico laborãtibus tepidus illinit̃ et sacris ignibus et ãbustis decocta in oleo folia imponuntur et ad uulnerum impetus. Cruda cum pane succus decocte neruis prodest et uessicę et itestinoꝝ rosionibus. Vuluas et cibo et ifusione emollit oleum succusq; decoctę per meatus suaues facit.

ALtheę ĩ omnibus supradictis efficatior radix prçcipue cõuulsis ruptisq; Cocta in aqua aluum sistit ex uino albo strumas et parotidas et mãmarum iflationes et panos in uino folia decocta et illita tollunt. Eadẽ arida ĩ lacte decocta quãlibet pnitiose tussi medetur hippocrates uulneratis sitiẽtibusq; defectu sanguinis radicis decocte succum bibendũ dedit: et ipsam uulneribus cum melle et resina. Itẽ cõtusis luxatis tumentibus et musculis neruis articulis ĩposuit spasmaticis et dissentericis in uino bibendum dedit. Mirum aquam radice ea addita addensari sub cliuo atq; elatescere efficatior autẽ quo recẽtior.

NEc lapatium dissimiles effectus habet. Est autẽ et siluestre quod alii oxalidem appellant satiuo proximum foliis acutis colore betę candidę radice minima. Nostri uero Rumicẽ alii lapatiũ cantbernium ad strumas cũ axungia efficacissimũ Est & alterum genus fere oxilapaton uocãt Satiuo idem similius & acutiora folia ac rubriora nõ nisi in palustribus nascens. Sunt qui hydrolappaton tradunt in aq̃ natũ Est & aliud hyppolapaton maius satiuo cãdidiusq; ac spissius. Siluestria scorpionũ ictibus medẽtur & ferire prohibent habentes. Radix aceto decocta si colatur succus dentibus auxiliatur. Si uero bibatur morbo regio. Semẽ stomachi ĩextricabilia uitia sanat hippolapati radices priuatim ungues scabrosos detrahit dissentericos semen duabus dragmis in uino optimo liberat: oxilappati semẽ lotum in aqua cęlesti sanguinem prodest reniciẽtibus adiecta acacia lẽtis magnitudine prçstãtissimos pastillos faciunt ex foliis & radice addito uitro & iure exiguo ĩ usu aceto diluũt: sed satiuũ ĩ epipboris oculoꝝ illiniũt frõtibus radice cheriaset lepriãs curãt ĩ uiõ uero decocta strumas & parotidas & calculos pota uino & lienes illita ciliacos ęq; & dissentericos & tenesmos ex eadẽq; omnia efficatius ius lappati & ructus facit & urinam ciet & caliginẽ oculoꝝ discutit. Itẽ pruritum corporis in dolia balnearum additũ aut prius ipsum illitum sine oleo firmat & cõmãducata radix dentes. Eadẽ decocta cum uino sistit aluum folia soluunt adiecto sale. Neq; ut omittamus bulapaton radicis tantũ altitudine differens. Est & erga dissentericos efficacis effectus potum ex uino.

SInapi cuius in satiuis tria genera diximus pythagoras principatum habere ex his: quoꝝ sublime uis feratur iudicauit: quonia non aliud magis in nares & cerebꝝ penetret. Ad serpẽtiũ ictus & scorpionum tritum cũ aceto illinitur. Fungorũ uenena discutit. Contra pituitã tenetur in ore donec liquescat aut gargarizatur cum aqua mulsa. Ad dentium dolores mãditur Ad uuam gargarizatur cũ aceto & melle. Stomacho utilissimum contra omnia uitia pulmonibusq; Excreationes faciles facit in Cibo sumptum. Datur & suspiriosis. Itẽ Comitialibus tediis cum succo Cucumerũ sensus atq; capitis sternutamenta purgat Aluum mollit menstrua et urinam ciet et hydropicis imponit̃ cum fico & Cumino tusum ternis partibus Comitiali morbo et uuluarum cõuersionis suffitum excitat odore aceto mixto his letargicos adiicitur tordilum Est autem hoc semen ex se se. Et si uehemẽtior somnus letargicos prçmat Cruribus aut etiã capiti illinitur cũ fico et aceto. Veteres dolores thoracis lumborũ coxendicum in quacunq; parte ex alto corporis uitia extrahẽda sunt illitum caustica uiremẽdat pustulas faciendo. At in magna duritia sine fico impositum aut si uehemẽtior ustio tiẽat̃ p duplices pãnos. Vtũt̃ eo et ad alopetias cũ lubrica psoras lepras tyriacis litanicos epistonicos. Inungũt quoq; scabras genas: aut cũ gallica iter oculos cum melle succoq; tribus modiis exprimitur in fictili calefacitq; in eo sole modice.

Exit ex cauliculo succus lacteus: qui cum ita iduruit dētium dolori medetur. Semē ac radix cū immaduere iusto conteruntur manus plenę mensura sorbētur ad firmā das fauces stomachū oculos caput sensusq; omnes mulierū etiā lassitudiēs saluberiō genere medicinę. Calculos quoq; discutit potū ex aceto. Illinitur & liuoribus sugillatisq; cū melle & adipe anserino aut cera cypria. Fit & oleū ex eo semine madefacto in oleo expressoq; quo utuntur ad neruos rigores lumborūq; & coxendicū pfrictioēs. Sinapis naturā effectusq; eosdem habere traditur ad arta inter siluas tacta in cortice calamorum sub ipsa coma nascēs.

MArubium pleriq; iter primas herbas cōmendauere quod gręci paraison uocant alii linostrophon: nōnulli philopede aut philogares notius q̄ indicandum sit huius folia semēq; cōtrita prosunt contra serpētes pectorum & lateris dolores tussim ueterem & his qui sanguinē reiciūt eximie utile scopis eius cum panico aq̄ decoctis ut asperitas succi mitigetur. Imponitur strumis cum adipe. Sunt qui uiridis semen quātum duobus digitis capiat cū farris pugillo decoctum addito exiguo olei & salis sorberi ieiunis ad tussim iubeant. Alii nihil cōparant in eadē causa marrubii & fęniculi succis ad sextarios ternos expressis decoctisq; ad sextarios duos tamen addito mellis sextario rursus decocto ad sextarios duos si cocleari mensura in die sorbeatur in aqua cyato & uirilū uitiis tusum cū melle mire prodest: lichenas purgat ex aceto ruptis conuulsis spasmaticis neruis salutare potum aluū soluit cum sale & aceto. Itē menstrua & secundas mulierum arida farina cū melle. Ad tussim siccam efficacissimū. Item ad cancrinas & pterugia. Succus uero articulis & naribus & morbo regio minuendęq; bili cum melle prodest. Itē contra uenena iter pauca potēs. Ipsa herba stomachum et excreationes pectoris purgat. Cum iride & melle urinā ciet. Cauenda tamē exulceratę uessicę & renum uitiis. Dicit' succus & claritatē oculorum adiuuare. Castor marrubii duo genera tradit. Nigrum & quod magis probat candidū. In omī mane succum additis: ipsumq; ouum ifundit. Melle quis portionibus tepefactum uomicas rumpere purgare persanare promittēs. Illitis etiā uulneribus a Cane factis tusum cum axungia ueteri.

SErpillum a serpēdo putāt dictum: quod in syluestria euenit in petris maxime. Satiuū non serpit. Sed ad palmi latitudinem increscit pinguius & uolitanium et candidioribus foliis & ramis aduersus serpētes efficax maxime centharum & scolopendras terrestres ac marinas & scorpiones decoctis ex uino ramis foliisq; fugat et odore omnis si uratur & cōtra marinorum uenena prēcipue ualet capitis doloribus. Decoctum in aceto illinit' tēporibus ac fronti cum rosaceo. Itē freneticis letargicis contra tormina & urinę difficultates anginas uomitiones. Dragmis quattuor ex aq̄ bibitur. Ad iocinerum dolores folia obolis quattuor dātur. Ad lienē ex aceto ac cruentas excreationes teritur in cyatis duobus aceti & mellis.

SIsimbriū siluestre a quibusdā thymbreum appellatū pedali nō plus altitudine quod in riguis nascitur. Simile nausturtio est utrunq; efficax aduersus aculeata aliā ut sunt scrabrones & similia. Quod in sicco ortum est. Inseritur coronis angustiore folio seda & capitis dolorē. Itē epiphoras alii panē addunt. Alii per se decoquūt i uiō. Sanat & epinictidas cutisq; uitia i facie mulierum iter quartum diem noctibus impositum diebusq; detractum. Vomitiones singultus tormina stomachi dissolutioēs cohibet siue in cibo sumptū siue in succo potum nō edēdum grauidis nisi mortuo conceptu. Quippe & impositum eicit mouet urinam cum uino potum. Siluestre et calculos quos uigilare opus sit excitat infusum capiti cum aceto.

LIni semē cum aliis quidē in usu est & per se mulierū cutis uitia emēdat i facie oculorum aciem succo adiuuat epiphoras cum ture & aqua aut cum myrrha aeuō

ſedat parotidas cum melle aut adipe aut cera ſtomachi ſolutiones iſparſum polentę modo anginas ĩ aqua et oleo decoctum et cum aneſo illitũ. Torretur ut aluum ſiſtat Cęliacis et diſſentericis imponitur ex aceto ad iocineris dolores ęſtur cũ uua paſſa ad ptiſim utiliſsime ſemine fiunt et ligmata. Muſculoꝝ neruoꝝ articuloꝝ ceruicum duritias cerebri mẽbranas mitigat. Farina ſeminis nitro aut ſale aut Cinere additis. Eadẽ cum fico cõcoquit et maturat Cum radice uero Cucumeris ſilueſtris extrahit quęcunq; corpori ĩhęreant. Sic et fracta oſſa ſerpere ulcus in uino decocta prohibet. Eruptiones pituitę cum melle emẽdat ungues ſcabros cũ pari modo naſturtii teſtiũ uitia et ramices cum reſina et myrrha et cancrenas ex aqua ſtomachi dolores cũ ſęno gręco ſextariis utriſq; decoctis ĩ aq̃ mulſa Inteſtinoꝝ et thoracis pnitioſa uitia cliſtere in oleo et melle.

BLitum iners uidetur ac ſine ſapore aut acrimonia ulla unde Conuiuium ſęmis apud menandꝝ faciunt mariti. Stomacho inutilis eſt. Ventrem adeo turbat ut Coleram faciat aliquibus. Dicitur tamẽ aduerſus ſcorpiones potum e uino prodeſſe clauis pedum. Illini itẽ lienibus & tempoꝝ doloribus ex oleo hippocrates menſtrua ſiſti eo cibo putat.

MYon in Italia non niſi a medicis ſeritur & his admodum paucis. Duo genera eius nobilius athamãticum uocant· Illitãq; ab athamãte inuentum. Quoniam laudatiſsimũ in athamante reperiatur. Foliis aneſo ſimile & caule aliquãdo bipedali radicibus multis obliquis nigris quibuſdã altis minus rufum q̃ illud. Alterum ciet urinam in aqua potum radice trita uel decocta. Inflationes ſtomachi mire diſcutit. Item tormina & ueſſicę uitia uuluaꝝq; articulis cũ melle· Infantibus cũ appio illitũ imo uentri urinas mouet.

FOeniculum nobilitauere ſerpentes guſtatu ut diximus ſenectã exuẽdo oculoꝝ q; aciem ſucco eius reficiẽdo. Vnde ĩtellectum eſt hominum quoq; caliginem pręcipue eo releuari. Colligitur hic caule urgeſcente. In ſole ſiccatur inungiturq; ex melle. Vbiq; hoc eſt laudatiſsimus in hyberia. E lachrymis fit & ex ſemine recenti: fit etiam e radicibus prima germinatione ĩciſis. Eſt & ĩ hoc genere & ſilueſtre quod alii hippomaratron alii myrſeneum uocant foliis maioribus guſtu acriore procerius brachiali craſſitudine radice cãdida. Naſcitur ĩ calidis ſed ſaxoſis· Dyocles aliud hippomaratri genus tradidit lõgo & anguſto folio. Semine Coriandri medicinę ĩſatiuo ad ſcorpionum ictus & ſerpẽtium ſemine in uino poto. Succus & auribus iſtillatur Vermiculos ĩ his necat. Id ipſum cõdimẽtis prope omnibus iſeritur. Oxyporis etiã aptiſsime qui & panis cruſtis ſubditur. Semẽ ſtomachum diſſolutum aſtringit uel in febribus ſumptum. Nauſeam ex aqua tritum ſedat pulmonibus & iocinoribus laudatiſsimũ uentrem ſiſtit Cum modice ſumitur urinã excitat & tormina mitigat totum decoctum lactiſq; defectu potũ mammas replet. Radix cum typſana ſumpta renes purgat ſiue decocto ſucco ſiue ſemine ſumpto prodeſt & hydropicis radix ex uino cocta. Itẽ cõuulſis. Illiniuntur folia tumoribus ardẽtes calculos ueſſicę pellunt Geniturę abundãtiam cum modo hauſtum facit. Verendis amiciſsimũ ſiue ad fouendum radice cum uino decocta ſiue cõtrita in oleo illitum. Multi & ſugillatis cũ Cera liniunt & radicẽ in ſucco uel radice cum melle contra Canis morſum utuntur et contra multipedẽ ex uino.

HIppomaratron ad omnia uehemẽtius calculos pręcipue pellit prodeſt ueſſicę cum uino leui & ſęminarũ mẽſtruis efficatius ĩ eo ſemẽ q̃ radix modus utroq; quod duobus digitis trito additur ĩ potionẽ petridus qui opica ſcripſit & michon q rizotomimenas aduerſus ſerpẽtes nihil hippomaratro efficatius putauere. Sane & nicander non ĩ nouiſsimis poſuit.

CAnnabis in ſyluis primũ nata eſt nigrior foliis et aſperior: ſemẽ eius extĩguere geniturã uiroꝝ dicitur. Succus ex eo uermiculos aurium & quodcunq; animal

intrauerit eiicit sed cũ dolore capitis tantaq; uis ei est ut aquę ifusum coagulare eam dicatur & ideo iumẽtoꝝ aluo succurrit pota ĩ aqua. Radix cõtractos articulos emollit in aqua Cocta. Itẽ podagras & similes impetus ãbustis cruda illinitur: sed sępius mutetur prius q̃ arescat.

FErula semẽ aneto simile habet: quę ab uno Caule diuidituru. Cacumine fęmĩa putat̃. Caules edũtur decocti: commẽdãturq; musto ac melle stomacho utiles Sin plures sumpti capitis dolores facũt. Radix denarii põdere ĩ uini cyatis duobus bibitur aduersus serpẽtes & ipsa radix ĩponitur. Sic et torminibus medetur. Ex oleo autẽ & aceto contra sudores immodicos uel in febribus proficit. Succus ferulę aluũ sistit fabę magnitudine deuoratus. Et uiridi ferula uultui est utile: & ad omnia eius uitia ad sanguinẽ sistẽdũ decẽ grana seminis bibuntur in uino trita uel medulla Sũt qui Comitialibus morbis dandũ putãt luna quarta usq; .vii. linguię mẽsura. Natura ferularum murenis ĩfestissima est tacte si quidẽ ea moriũtur. Castor radicis succum & oculoꝝ claritati conferre multum putauit.

ET de carduoꝝ satu ĩter ortensa diximus: qua ꝓpter & medicinã ex his nõ differamus Siluestrium genera sunt duo. Vnũ fruticosius a terra statim. Alterum unicaule crassius utriq; folia pauca spinosa muricatis Cacuminibus: Sed alter florem purpuream mittit ĩter medios aculeos celeriter canescentẽ & abeũtem cũ aura. Scolimon grẽci uocant: hic anteq̃ floreat cõtusus atq; expręssus illito succo Allopetias replet. Radix cuiuscunq; ex aqua decocta potoribus sitim facere narratur. Stomachũ corroborat & uuluis si credimus etiam conferre aliquid traditur ut mares gignantur Ita & chereas gallates scripsit: qui circa carduos diligentissimus uidetur. Masticatus Cardius odorẽ cõmendat oris.

ETante discessum ab ortẽsibus unam cõpositionẽ ex his clarissimã subtexemus aduersus Venenata animalia icisam lapide uersibus in limine dei ęsculapii Serpilli duum denarioꝝ põdus opopanatis et milii tãtundẽ singuloꝝ trifolii pondus denarii aneti & fęniculi seminis & anesi & apii duũ denariorũ senum e singulis generibus erui farinę. xii. hęc tusa cribrataq; uino q̃ possit excęllẽti digerũt̃ in pastillos uictoriati pondeꝝ ex his singulis dantur. Ex his uini mixti cyati terni. Hac thiriaca magnus rex Antiocus aduersus omnia uenenata usus traditur.

IN ORTIS SERI ET CORONAMENTA CATO iussit ĩenarrabili floꝝ maxime subtilitate quando nulli potest facilius esse loqui: quam reꝝ uaturę pingere lasciuiẽti pręsertĩ et in magno gaudio fertilitatis tamuarie ludẽti. Quippe reliq̃ usus alimentiq; gratia genuit: Ideoq; sęcula annosq; tribuit his flores uero odoresq; in diem gignit Magna uti palam est admonitionem hominum quę spectatissime floreant celerrime marcessere: sed ne pictura quidẽ sufficiẽti imagini Colorum reddẽde mixturaꝝq; uarietati: siue alterni atq; multiplices ĩter se nectantur: siue priuatis geneꝝ funiculis in orbẽ ĩ obliquũ in ambitum quędam Corone per Coronas Currunt.

TEnuiores utebantur antiqui strophos appellãtes Vnde nata strophiola. Quin et uocabulum ipsum tandem inde Cõmunicatum est inter sacra & bellicos honores Coronis sibi nomen suũ uindicantibus. Cum uero e floribus fierent serta a serendo

seriuę appellabantur. Quod apud grecos quoq; non adeo antiquitus placuit. Arboꝝ enim ramis coronari ĩsacris certaminibus mos erat. Primum uariare ceptũ mixtura uersicolori floꝝq; iuicẽ odores coloresque accẽdere: sicion ex ĩgenio pauste pictoris atq; glicere coronarię dilectę admodũ illi cum operator naturã pictura imitaretur Illa prouocans uariaret essetq; certamẽ artis ac naturę quales etiam nunc extant artificis illius tabellę atq; ĩ primis appellata stephane plocos: qua pinxit ipsam Idq; factum est post olympiadẽ centessimam. Sic coronis e floribus receptis paulo mox subiere quę uocantur ęgyptię: ac deinde byberne cum terra flores negat ramento e cornibus tincto paulatiq; & romę subrepsit appellatio corollis inter initia ꝓpter gracilitatem nominatis mox & corollariis postq̃ e lamina ęrea tenui maurata: aut iargẽtata dabãtur

CRassus diues primus argẽto auroq; folia imitatus ludis suis coroãs dedit. Accesserunt quoq; & lenisti quos adduci ipsaꝝ coronaꝝ bonos erat ꝓpter Aethruscos quibus iungi nisi aurei nõ debebant puri diu fuere bi primus istituit celare eas. P. Claudius pulcher bracteasq; etiam phylire dedit. Semp tamẽ auctoritas uel ludicro quęsitaꝝ fuit. Nanq; ad Certamina ĩ circum per ludos & ipsi descedebant & seruos suos quosq; mittebãt· Inde illa. xii. tabulaꝝ lex. Qui coronã parit ipse pecunia ue eius uirtus ue Ergo diuiditur ei quã serui equi ue meruissent: pecuniam partã legem dici neõ dubitauit Quis ergo bonos ut ipĩ mortuo parẽtibusq; eius dũ itus positus eẽt forisue ferreret sĩẽ fraude eẽt ĩposita. Alias ĩ usu ꝓmiscuo ue ludrica qdẽ erãt ĩgẽsq; et bis seueritas. l. fuluius argẽtarius bello puico secũdo cũ Coroã rosacea iter diu pgula sua ĩ forũ prospexisse dictus. Ex auctoritate seãtus ĩ Carcerẽ missus nõ ãte finẽ belli emissus est Publius Mutianus cũ demptam marsię Coronam e floribus capiti suo imposuisset atq; ob id duci eum in uincula triumuiri iussissent tribunos plebis appellauit. Hęc itercessere illi aliterq̃ athenis ubi comessabundi Iuuenes ãte meridiem Conuẽtus sapiẽtiũ quoq; doctrinę frequentabãt. Apud nos exemplũ licentię huius non est aliud q̃ filia diui Augusti: cuius luxuria noctibus Coronatum. Marsiam litterę illius describunt. Floꝝ quidẽ Populus· Ro. bonorem Scipioni tãtum adhibuit qui serapio cognominabatur propter similitudinẽ suarũ cuiusdam negotiatoris. Ob id erat in Tribunatu plebeii admodũ gratus dignusq; aphrycanoꝝ familia. Nec eat ĩ bonis funeris impẽsa. Asses ergo cõtulit populus ac funus elocauit quaq; prę ferebat̃ flores e prospectu omni sparsit Et iã tũc Corone deoꝝ bonos erãt & larũ publicorũ priuatoꝝq; ac sepulchroꝝ & maniũ. Summaq; auctoritas pactili coronę Sutiles aliorum sacris iuenimus sollemnes cęnas transiere deinde ad rosalia. Eo luxuria processit ut nõ esset gratia nisi mero folio. Vtilis mox petitis ab india & ultra indos lautissimum quippe habetur e nardi folio eas dari aut ueste serica uersicoloris ũguẽtis madida hunc habet nouissime exitum luxuria fęminaꝝ. Et apud grecos quidem de coronis priuati scripsere mnesteus atq; Callimacus medici quę nocerent capiti: quoniam in hoc est aliqua ualitudinis portio in potu atq; hilaritate prę cipue odorum ui surrepiẽte fallaciter scelerate Cleopatra solertia nanq; apparatu belli attiaci gratificationẽ ipsius reginę Antonio timẽte. Nec nisi prę gustatos cibos sumẽte fert̃ ab ore eius lusisse extremis coronę floribus ueneno illitis. Ipsaq; capiti imposita: mox procedente hilaritate iuitauit Antoniũ ut coronas biberet. Quis ita timeret ĩsidias. Ergo cum serta inscyphum ĩcipiẽti haurire opposita manu. En ego rupi ĩquit illam artem Antoni quam tu noua prę gustantium diligentia caues. Adeo mihi si possim sine te uiuere occasio & ratio adest. Inductũ in custodiam bibere iussit illico expirantẽ. De coronis extra supradictos scripsit Theophrastus apud grecos ex nostris autẽ ĩscripsere aliqui libros anthologicon. Flores uero prosecutus est nemo quẽ equidẽ iuenĩ nec nos nunc. s. coronas nectemus. Id enĩ friuolum est: sed de floribus quę uidebũt̃

digna memorauimus paucissima genera nostri coronamentorꝫ ĩter ortensa nouere: ac pene uiolas rosasq; tantũ.

ROsa nascitur spina uerius q̃ frutice in rubo quoq; proueiens illic etiã iucundi odoris q̃uis angusti. Germinat omnis prima iclusa generoso cortice: quo mox intumescente in uirides alabastros fastigato paulatí rubescens debiscit ac sese pandit in calices medio sui stantis cõplexa luteos apices usus eius in Coronis prope minimus est. oleo maceratur. Idq; iam a troianis tẽporibus homero teste Prẽterea in unguẽta transit ut diximus per se medicas artes emplastris atq; collirius ĩponitur mordaci subtilitate mẽsarꝫ delitiis pungendis minime noxia. Contra genera eius nostri fecere celeberrima prẽnestinã & Campanã. Addidere alii milesiam: cui sit ardẽtissiũs colos non excedẽtis duodena folia proximam ei trachiniam minus rubentem mox albandicam uiliorẽ albicãtibus foliis. Vtilissimam uero plurimis sed minutissimis spinosam. Differunt enĩ multitudine foliorꝫ asperitate leuiore colore odore pacissiã quina folia: ac deide numerosiora cum sit genus eius quam Centifoliã uocant quẽ ẽ in Campania Italiẽ: grẽciẽ uero circa philippos: sed ibi nõ suẽ terrẽ prouẽtu. pangẽs nanq; mons in uicino fere est numerosis foliis ac paruis. Vnde accolae transferentes conserunt: ipsaq; plãtatione proficiunt. Non autẽ talis odoratissima est nec cui latissimum maximum ue folium breuiusq;. Inditium est odoris scabritia corticis Cepio Tiberii Cẽsaris principatu negauit centifoliam ĩ Coronas addi prẽterq̃ extremas uelut ad cardines nec odore nec spetie probabilẽ est & quẽ grẽca appellatur a nostris a grẽcis lichinis nõ nisi ĩ humidis locis proueniens nec ũq̃ excedẽs quiq; folia: uiolẽq; magnitudine odore nullo. Est & alia grẽcula appellata cõuolutis foliorꝫ panniculis nec debiscens nisi manu coacta semperq; nascẽti similis latissimis foliis alia fundit e caule maluaceo folia oleẽ habẽs muscetum uocãt Atq; ĩter has media magnitudine autumnalis quam coroneolã appellant omẽs sine odore prẽter coroneolã ĩ rubo natã tot modis adulteratur. Et alias uera quoq; plurimum solo prẽualet. Cyrenis odoratissima est: ideoq; ibi unguentum pulcherimum carthagine hispaniẽ hyemeq; tota prẽcox. Refert & cẽli tẽperies. Quibusdã enĩ annis minus odorata prouenit. Prẽterea omnis siccisq̃ humidis odoratior. Seri nec pinguibus uult neq; argillosis locis: nec riguis Cõtenta ruris propriẽq; ruderatũ agꝫ amat prẽcox Campania est. Sera milesia nouissime tamẽ desinit prẽnestina. Fodiũtur altius q̃ fruges. Leuius q̃ uites tardissime proueniunt semine quod ĩ ipso Cortice ẽ sub ipõ flore opertũ lanugine. ob id potius caule cõciso ĩserũtur & ocellis radicis ut harundo unũ genus ĩseritur pallidae spinosẽ longissimis uirgis quiq; foliẽ quẽ grẽcis altera est. Omnis autẽ recisione eq; ustione proficit translatione quoq; ut uites optime ocissimeq; prouenit surculus q̃ternũ digitorꝫ lõgitudiẽ aut ãpliore post uergiliarꝫ occasum sata. Deide p fauoniũ translata pedalibus ĩteruallis crebro circũfossa. Qui prẽcorẽ faciunt pedali circa radicẽ scrobe aqua calida infundũt germinare ĩcipiẽte Calice.

LIlium rosẽ nobilitate proximũ & quadã cognatione unguẽti oleiq; quod lilion appellatur & ĩpositum etiã maxime rosas medio decet puẽtu earũ ĩcipiens. Nec ulli florꝫ excẽlsitas maior Interdum cubitorꝫ trium languido semp collo & nõ sufficiẽte capitis oneri. Candor eius eximius foris strictus & ab angustis ĩ latitudinẽ paulatí se se laxantis effigie calati resupinis p ambitum labris tenuiq; filo & semine stãtibus ĩ medio crocis. Ita odor colorq; duplex ut alius calcis staminis differẽtia angusta. In unguẽti uero oleiq; usu & folia nõ spernũtur. Est flos nõ dissimilis illi in herba quã conuoluolum uocant nascens per fructeta nullo odore nec crocis ĩtus cãdorẽ tantum referens ac ueluti rudimẽtum naturẽ lilia facere cõdiscentis. Alba lilia Iisdẽ omibus modis seruitur quibus rosa & hoc amplius lachrima sua ut hipposelinũ Nihilq; est fecundius una radice quĩquagenos sẽpe emittẽte bulbos Est & rubens lilium: quod

greci crinon uocãt alii florem eius cynorodon laudatissimum ĩ ãthiochia ac laodicia
syrię mox in phaselide. Quartũ locũ obtin& in Italia nascens. Sunt & purpurea lilia
aliquãdo gemino caule Carnosiore tantũ radice maiorisq; bulbi sed unius narcissum
uocant huius alterum genus flore candido calice purpureo. Differentia a liliis est et
hęc quod narcisis in radice folia ĩsunt probatissimis in lycię mõtibus. Tertio generi
cętera eadẽ calix herbaceus. omnes serotini post arctuꝫ enĩ florẽt: ac per equinoctiũ
autumnum. Inuẽta est in his & ratio in serendi mõstrificis hominũ ingeniis. Colli-
guntur nãq; mẽse Iulio scapi arescentes liliis quę suspendũtur ĩ fumo. Deĩde nudã-
tibus se nodulis in fece nigri uini uel gręci mẽse martio macerãtur ut colorẽ accipiãt
atq; ita in scrobiculis seruntur eminis fecis circũfusis. Sic fiunt purpurea lilia: miꝫq;
ita tangi aliquid ut nascatur infectum.

Violis bonos proximus earumq; plura genera purpureę luteę albę plantis omẽs
ut olus satę ex eis uero quę sponte apricis & matris locis proueniunt purpureę
latiore folio statim ab radice carnosa exeunt: quę sole gręco nomine a cęteris discer-
nuntur appellatę hiacynthi & ab his hiacynthina uestis. Sed satiuis maxima aucto-
ritas luteis genera his tusculana & quę marina appellatur folio aliquanto latiore sed
minus odorato. In totum uero sine odore minutoq; folio calatiana minus autumni
Cętęrę ueris.

Proxima ei calta est cõcolori amplitudine. Vincit numero folioꝫ marinã quĩq;
folia nõ excedẽtẽ. Eadẽ odore superatur. Est.n.grauis calta Nõ leuior ei quam
scopam regiam appellant quod folia eius oleant nõ flores. Bachar quoq; radicis tãtũ
odorate ẽ: a quibusdã nardum rusticum appellatum unguẽta ex ea radice fieri solita
apud antiquos Aristophanes priscę Comoedię poeta testis est. Vnde quidam errore
falso barbaricam eã appellãt. Odor ei cinnamomo proximus Gracili solo nec huido
prouenit. Simillimum & cõbretum appellatur folioꝫ exilitate usq; in fila extenuata
& procerius q̃ bachar hęc sunt tãtum. Sed eorum quoq; error corrigẽdus ẽ qui bachar
nardum rusticum appellauere. Est enĩ alia herba sic cognominata quam gręci asaron
uocant: cuius spetiem figurãq; diximus ĩ nardi generibus: quinimo asaron Inuenio
uocitari: quoniã in Coronas nõ addatur.

Crocum siluestre optimum serere in Italia minime expedit ad scripula usq; sin-
gula areis decoquẽtibus. Seritur radicis bulbo. Satiuum latius maiusq; & niti-
dius: sed multo leuius degenerans: sed ubiq; nec fęcundum etiã cyrenis ubi semper
flores laudatissimi. Prima nobilitas Cylicio Croco & ibi ĩ Corico mõte. Deĩde lytię
olympo mox Centuripino Sicilię. Aliqui flegręo secũdũ locum dedere. Adulterat
nihil eq; probatio sinceri si imposita manu crepitat ueluti fragile. Humidum enim
quod euenit adulterationes edit. Altera ꝓbatio Si manu prolata ad ora leuiter faciẽ
oculosq; mordeat. Est per se genus satiui blãdissimũ uulgo: cum sit mediocre dya-
leucon uocant. Contra cyrenaico uitium quod omni croco nigrius est & celerrime
marcessit. Optimum ubicũq; quod pinguissimũ & breuibus capillis Pessimũ uero
quod situm redol&. Mutianus auctor est ĩ lycia anno.vii.aut.viii. trãsferri in locum
subactum atq; ita degenerans renouari. Vsus eius ĩ Coronis nusq̃ Herba enim est
folio angusto pene ĩ capillamẽti modum: sed uino mire cõuenit prę̃cipue dulci tritũ
& ad theatra replẽda: flor& uergiliarũ occasu paucis diebus folioq; florẽ uir&. Bruã
colligitur. Siccatur umbra melius Etiam hyberna carnosa & illi radix uiuatior q̃ cę-
teris. Gaudet calcari & atterri pede quo melius ꝓuenit. Ideo iuxta semitas ac fontes
lętissimũ. Troianis tẽporibus iã erat bonos & hos certe flores homerus tres laudat
lotbon Crocon hiacynctũ. Omiũm autem odoramẽtorum atq; adeo herbaꝫ diffe-
rentia est ĩ Colore & odore & succo odoratus. Sapor raro ulli nõ amarus e cõtrario
dulcia raro odorata. Itaq; uina odoratiora mustis & siluestria magis omnia satiuis.
Quorũdam odor suauior e longinquo propius ad motus hebetatur ut uiolę. Rosa

recens a longinquo olei ſicca propior. Omnis autē uerno tēpore acrior & matutinis. Quicquid ad meridianas horas die uergit bebetatur. Nouella quoq; uetuſtis miūs odorata. Acerrimus tamē odor omīum eſtate media. Roſa & Crocū odoratiora cum ſerenis diebus legūtur & omnia ī calidis magis q̄ in frigidis. In egypto tamē mīme odorati flores quia nebuloſus et roſtidus aer ē. A nilo flumine quorūdam ſuauitati grauitas ieſt. Quędā dum uirēt nō olēt propter humorē nimiū ut buceros quod eſt fęnum grecū Acutus odor non omniū ſine ſucco eſt ut uiolę roſę croco: quę uero ex aquatis ſucco carēt eorum omniū odor grauis ut ī lilio utriuſq; generis. Abrotanum & amaracum acres habent odores. Quorūdam flos tātum Iucūdus. Reliquę partes ignauę ut uiolę ac roſę. Ortēſium odoratiſſima quę ſicca ut ruta mēta apium & quę in ſiccis naſcuntur. Quędā uetuſtate odoratiora ut Coconea. Eadēq; decerpta q̄ ī luiſ radicibus: quędā non niſi defracta aut ex attritu olent. Alia nō niſi detracto cortice. Quędam uero nō niſi uſta ſicut tura myrrheq; flores triti omēs amariores q̄ intacti Aliqua arida diutius odorē cōtinent & melli lotbos. Quędā locū ipſum odoratiorē faciunt ut Iris Quī & arborē totā cuiuſcūq; radices attingit heſperisq; noctu magis olet Inde nomine iuento animalium nullū odoratum niſi ſi de pātheris q̄ quod dictum eſt ſi credimus. Illa quoq; nō omittenda differētia eſt & odoratox multa nihil attiēre ad Coronamēta ut irim atq; ſaluineam: q̄q̄ nobiliſſimi ſit odoris utraq;. Sed Iris radice tātum Cōmendatur unguētis aut medicinę naſcens laudatiſſima ī Illirico & ibi quoq; nō ī maritimis. ſed ī ſilueſtribus drinonis & narone proxima ī macedonia lōgiſſima hęc & candicās & exilis. Tertiū locum habet aphricana āplissima iter omnes guſtuq; amariſſima. Illyrica quoq; duox genex eſt. Raphanitis a ſimilitudiē quę & melior rizotonio ſub rufa optima quę ſternutamēta tractatu mouet caulem habet cubitalem & rectum floret diuerſicoloris ſpetie ſicut arcus cęleſtis. Vnde et nomē non īprobatur. Et piſidica & foſſuri tribus āte mēſibus mulſa aqua circūfuſa hoc ueluti placamēto terrę blādiuntur circūſcripta mucrone gladio ue triplici & cū legerint eā protinus ī cęlum attollūt. Natura eſt feruens tractataq; puſtulas ambuſti modo facit pręcipitur āte omnia ut caſti legāt. Teredines nō ſicca modo: uex etiam ī terra celerrime ſentit. Optimum āte Irinum leucadę & elydę ferebant. Iampridem enī ſeritur & nunc & pamphylia: ſed cylitiū maxime laudatur atq; ſeptētrionalibus

SAluinca folioſa quidā eſt ſed breuis & quę necti non poſſit. Radici numeroſe coheret herbā uerius q̄ flos dēſa ueluti manu pręſſa: breuiterq; ceſpes ſui generis pānonia hanc gignit & norica alpiūq; aprica urbiū eporida tāte ſuauitatis ut metallū eſſe cęperit ueſtibus īterponi eā gratiſſimū. Sic et apud grecos polion herbā inclitam muſei & heſiodi laudibus ad omiā utilē prędicātium: ſupq; cętera ad famā & dignitates prorſusq; miram ſi modo ut tradunt folia eius mane cādida meridie purpurea ſole occidēte cerulea aſpiciūtur. Duo genera eius Campeſtre maius et ſilueſtre quod minus eſt. Quidā teucrion uocāt folia Canis hominis ſimilia a radice ptinus nunq̄ palmo altiora Et de odoratis floribus ſatis dictū. In qbus ūguēta uiciſſe naturā gaudebunt.

LVxuria ueſtibus quoq; prouocauit eos flores qui colore commendantur hos animaduerto tres eſſe principales rubētem in cocco quia roſis migrante grati nihil traditur aſpectu et in purpuras tyrias dilaphaſq; aut laconicas. Alium ametiſtō qui uiola & ipſe in purpureū quēq; hiacyntinū appellauiūs. Genera eius tractauiūs in ſpecies multas ſeſe ſpargētia. Tertius eſt qui pprie conchilii iteligit multis moiſ Vnus in helio trophio & ī aliquo & his plexq; ſaturatior alius ī malua ad purpurā inclinans. Alius in uiola ſerotina conchiliox uegetiſſima paria nunc componunt et natuta atq; luxuria depugēte lutei. Video bonorē ātiqſſimū in nuptialibus flameis totū fęminis cōceſſum et fortaſſis ideo nō numerari iter principales: hoc ē Comunes

maribus ac feminis: quoniā societas principatū dedit. Amarāto nō dubie uincimur
Est autē spica purpurea uerusq̄ flos aliqs & ipse sine odore Mirꝗ in eo gaudere de-
cerpi & lętius renasci prouenit augusto mēse durat in autumnū. Alexādrino palma
qui decerptus asseruatur mireq; postq̄ defecere cūcti flores madefactus aq̄ reuiuiscit
et hybernas coronas facit summa natura eius ī nomine est appellatio quoniam non
marcescit in notē est & colos. Itē olocrysi ōnes autē hi flores non fuere in usu Alex-
andri magni ętate: quoniā ꝓximi a morte eius auctore siluere de illis quo māifestū
est postea placuisse. A grecis tamē repertos quis dubitet Non aliter Italia usurpante
nomina illoꝝ. At hercules petelio ipsa nomē imposuit autūnali circa uepres nascēti
et tantum colorē Cōmendat qui est rosę siluestris folia parua quina. Mirumq; in eo
flore iflecti Cacumē & nodis itorto folia nasci paruo calici ac uersicolori luteū semē
includēte. Alii & bdelio pastillicātibus quinquagenis quinis barbulis coronantur.
Pratenses hi flores ac sine usu & ideo pleriq; sine nominibus: quin & his ipsis alii
alia uocabula īponunt. Chyrisotome siue chrisitis non habet latinam appellationem
palmi altitudine est Comātibus fulgore auri corymbis radice nigra ex austero dulci
in petrosis opacisq; nascens.

FT fere peractis odoꝝ celeberrimis transeat oratio ad eas Coronas quę uarietate
sola placent. Duo eaꝝ genera quādo aliq flore cōstant aliq folio. Florem esse dixerim
genistas. nanq; et his decerpit luteus. Item zizipha quę & Cappadotia uocātur. his
odoratus similis oleaꝝ floribus in uepribus nascitur Ciclaminum de quo plura ali-
as. Flos eius colosinus in Coronas admittit Folia in miliacis coronamētis se dedere
coronęq; eaꝝ ob tinent prīcipatū: de quibus in fruticum loco abunde diximus. Sūt
et alia genera nominibus grecis indicanda quia nostris maiore ex parte his nomen
clare defuit cura & pleraq; eoꝝ in exteris terris nascuntur nobis tamen consectanda:
quoniam de natura sermo est nō de Italia. Ergo in Coronamēta folia uenere melo-
trum spirea thriganum ceneoron quod casiam hyginus uocat & quod cunilaginem
conizaxa melysophillum quod apiastrum meliloton quod sertulā campanam uoca-
mus. Est enim in Campania italię laudatissima a grecis in summo mox calcidica &
Cretica. Vbicunq; uero asperis & siluestribus nata. Coronas ātiquitus factitatas In-
dicio ē nomē sertulę quod occupauit odor eius Croco uicinus. Est & flos ipsa cana
placet maxime foliis breuissimis atq; pinguissimis. Folio coronante & trifoliū Tria
eius genera īfantes uocāt grecī Alii spalcion maiore folio quo utunt Coronarii. Al-
terum acuto oxitriphilon. Tertiū ex ōnibus minutissimū iter hęc. Neruosi cauliculi
quibusdā ut marato hippomarato miopono utunt & ferulis & Corymbis & hederę
flore purpureo ē & ī alio genere eaꝝ siluestribus rosis slis. Sed ī his quoq; colos tātū
delectat. Odor autē abest. Et gneori duo genera nigri atq; candidi hoc & odoratum
Ramosa ambo florent post aequinoctium autumni.

TOtidē & origano ī Coronamēti speties. Alterius enī nullū semē Id cui odor ē
Creticum uocatur. Totidē & thymi candidū ac nigricans. Flor & autē Circa solsticia
cū & apes decerpunt & auguriū n ellis est prouētu enī sperāt apiarii large floresceēte
eo lędit Imbribus amittitq; florem. Semē thymi nō potest deprehendi cū origani
per quā minutum nō tamen fallat Sed quid ītereſt occultasse id naturam in flore ipō
intelligitur: sataq; eo nascitur: sed quid nō temptauere homines. Mellis attici ī toto
orbe summa laus existimatur. Ergo translatus est ex attica thymus & uix flore uti
docemur satu Sed alia ratio naturę obsistit non durante Attico thymo nisi in afflatu
maris. Erat quidē hęc opinio antiqua in omni Thymo: Ideoq; non nasci in archadia
Tunc oleam nō putarent gigni nisi ītra. xxx. stadia a mari thymo quidē nunc etiam
lapideos cāpos ī prouītia narbonēsi refertos scimus hoc pene solo redditq; lōgiquis

regionibus pecudum milibus Conueniẽtibus ut thymo uescantur. At conixe duo
genera ĩ Coronamẽtis mas & fęmina. Est differẽtia in folio. Tenuis fęmine etiã cõ-
strictius angustiusq; Imbricatus mas & ramosior Flos quoq; magis splendet eius
serotinus utriq; post arctuꝫ. Mas odore grauior fęmina acrior & ideo cõtra bestiarũ
morsus aptior folia fęmiẽ mellis odorẽ habẽt: et masculi radix a quibusdã libanotis
appellatur: de qua diximus & tantũ folio coronãt. Iouis flos amaracum emerocallis
abrotanum beleniũ sisymbrium serpillum omia surculosa rosę modo Colore tãtum
placẽ Iouis flos odor abest sicut & illi qui grece flos uocatur & ramis autẽ & folio
odorata sunt excepta serpillo. Helenum e lachrymis belenę dicitur natũ: & ideo in
belena Insula laudatissimum. Est autẽ frutex humi se spargẽs dodrãtalibus ramulis
folio simili serpillo. Abrotanũ iucundi odoris & grauis. Est autẽ flos aurei coloris
uacuum sponte prouenit Cacumine suo se propagat. Seritur autẽ semine melius q̃
radice. Aut surculo. Semine quoq; non sine negotio plantaria transferuntur. Sic &
adonium utrunq; estate Salsiora enĩ admodum sunt & sole nimio leduntur: sed ubi
conualuere iritę uice fruticant. Abrotano simile odore leucanthenum est flore albo
foliosum.

AMaracum diocles medicus & siculageus appellauere quod egyptus & syria
sampsutũ. Serit̃ utroq; genere & semine & ramo uiuacius predictis & odore
melius copiosum amaraco eq; q̃ abrotano semẽ. Sed abrotaõ radix una & alte desce-
dens. Ceteris ĩ summo terre leuiter herens. Reliquoꝫ satio autumno fere ĩcipiente:
necnõ & uere quibusdã locis quę umbra gaudẽt & aqua ac fimo. Nictegreton inter
pauca miratus est Democritus coloris hygini folio spinę: nec a terra se attollentem.
Preipuã in Gedrosia narrant erui post equinoctium uernum radicitus. Siccaturq; ad
lunã. xxx. diebus ita lucere noctibus magos parthorumq; reges qui uti hac herba ad
uota suscipiẽda eandẽ uocari chenamchen: quoniã anseres a primo aspectu eius ex-
pauescant. Ab aliis metalopa: quoniã e lõginquo noctibus fulgeant. Mellylothos
ubiq; nascitur laudatissima tamẽ in attica. Vbicũq; uero recens nec candicãs et Croco
q̃ simillima: q̃q̃ in Italia odoratior & candida. Floꝫ prima uer nuntiantium Viola
alba tepidioribus uero locis etiam hyeme emicat postea quę lilia appellatur & pur-
purea proxime flameon quę & floxos uocatur siluestre dumtaxat Cyclaminum bis
anno uere & autũno estates hyemesq; fugit. Seriores supradictis aliquãdo narcisus
et lilium transmaria & in Italia quidẽ ut diximus. Rosam uero in grecia tardius etiã
num a nemone. Est autẽ hęc siluestriũ bulboꝫ flos Alia q̃ que dicetur ĩ medicinis
sequitur enanthe & melanthũ & ex siluestribus helyochrisos. Deinde alterũ genus
anemones quę thimonia uocatur post hanc gladiolus comitatus hiacynto nouissiẽ
rosa eadẽ quę prima deficit excepta satiua. Ceterũ hiacynthus maxime durat et uiola
alba enãte sed hęc ita si deuulsa crebro prohibeatur In seminibus renascitur locis te-
pidis odor idẽ ei qui germinãtibus uuis atq; inde nomẽ hiacynthũ comitat̃ fabula
duplex luctum preferens eius quẽ apollo dilexerat: aut ex aiacis cruore editi Ita dis-
currentibus uenis ut grecaꝫ litteraꝫ figura ea legatur ĩscripta. Helyochrisos florem
habet auro similem folium tenue cauliculũ quoq; gracilẽ sed durum hoc coronare se
magi si et unguẽta sumãtur ex auro apyron uocant ad gratiam quoq; et uitę gloriã
ptinere arbitrãtur. Et uerui quidẽ flores hi sunt. Succedũt illis estiui. Sũt etiã uerni
flores lychinis et Iouis flos et alteꝫ genus lilii. Itẽ typhion et amaracus quẽ phrygi-
um maxime cognominãt semẽ maxime spectabilis postrios duo genera eius unum
cui flos hiacynthi ẽ. Alteꝫ candidius qui fere nascit̃ ĩ tumulis: quoniã fortius durat
et Iris estate flores abeunt et hi marcescunt: alii rursus subeũt autumno. Tertiũ geũs
lilii et crocon et orsin ĩ utroq; genere unũ hebes Alteꝫ odoratum primis omia Im-
bribus emicantia Coronarii quidem et spinę flore utũtur: quippe cum spinę albae
cauliculi magis sint ĩter oblectamẽta quoq; gulę cõdiant̃ hic est trãsmaria ordo florũ

In italia uiolis ſuccedit roſa huic ſteruenit lilium roſam cyanis excipit cyanũ amarãtus uita peruica ſemp uiret in modum lilii e foliis geniculatim circũdata tapiaria herba. Inopia tamẽ floꝝ aliquãdo ſupplet hęc a gręcis camedaphne uocatur uita lõgiſſima uiolę albę trimatu. Ab eo tẽpore degenerat roſa & quinquennium prefert nõ recisa nec adulta. Illo enim modo Iuuenescit. Diximus & terrã referre plurimũ Nã i egypto ſine odore hęc omnia tãtumq; myrtis odor precipuus. Aliqui etiam binis menſibus antecedit germinatio omiũm. Roſaria a fauonio foſſa oportet eſſe Iterũq; a ſolſticio id agendum ut intra id tempus purgata ac pura ſint.

VErum ortis coronamẽtisq; maxime aluearia & apes conueniunt. Res precipui queſtus compendiiq; cũ fauet haꝝ ergo cauſa oportet ſerere thymum apiaſtrũ roſam uiolas lilium cythiſum fabã eruiliam Curulã papauer Conizam Caſiam melilothũ meſiſophylum ceryntham. Eſt autẽ cyrintha folio candido incuruo cubitalis Capite concauo mellis ſuccum habentem hoꝝ florũ auidissime ſunt atq; etiã ſinapis quod miremur cũ oliuę florẽ ab his nõ attingi cõſtet. Ideoq; hanc arborẽ procul ee melius ſit cum aliquas q̃ proxime ſeri cõueniat que & uolantiũ examiã inuitent nec lõgius abire patiãtur. Cornum quoq; arborẽ caueri oportet Nam flore eius deguſtato aluo cõcitata moriũtur. Remediũ ſorba cõtuſa e melle prebere bis uel uri. Nam hominũ uel boum aut grana punici mali amineo uiõ cõſpsa ad geniſtas circum ſeri aluearius gratiſſimum eſt. Mirum eſt dignumq; memoratu de alimẽtis quod cõperi. hoſtilia uicus alluitur pado huius iquilini pabulo circa deficiente imponunt nauibus aluearia nectibus que ad quina milia paſſuum contra ortum naues ſubuehũtur. Egreſſe luce apes paſteq; ad naues quotidie remeãt mutãtes locũ donec põdere ipſo preſſis nauibus plena aluearia intelligãtur reuectisq; eximuntur mella.

ET in hiſpania mulis prouehunt ſimili de cauſa tãtũq; pabulum refert ut mella quoq; uenenata fiant heraclie in põto quibuſdã annis pniciioſissima exiſtũt ab hiſdẽ apibus facta. Nec dixere auctores e quibus floribus ea fierent. Nos tamẽ tradimus que cõperimus. Herba eſt ab exitio lumentorũ quidẽ ſed precipue capraꝝ appellata ego lethron huius flore cõcipiunt noxium uirus aquoſo uere marceſcentis. Ita fit ut non omnibus annis ſentiatur hoc malum uenenati ſigna ſunt quod omnino non denſatur quod color magis rutilus eſt. Odor alienus ſternutamẽta ptinus mouens quod ponderoſius i noxio qui edere abiiciuntq; ſe humi refrigerationem queretes. Nam & ſudore diffluunt. Remedia ſunt multa que ſuis locis dicemus. Sed quoniã ſtatim repreſentari aliqua in tantis iſidiis oportet. Mulſum uetus e melle optimo et ruta. Saltamẽta etiam ſi reiciãtur ſumpta crebro. Certũq; id malum per excrementa ad canes etiam peruenire ſimiliterq; torqueri eos. Mulſum tamen ex eo ueteratũ ex eo innocuum eſſe conſtet & feminaꝝ cutẽ nullo melius emẽdari cũ coſto ſugillata et cum aloe. Aliud genus mellis i eodẽ ponti ſitu quod gẽtes annonum ab iſania quã gignit menomenon uocant. Idq; exiſtimatur cõtrahi flore rhododẽdri: quo ſcatent ſyluę. Genſq; ea cum ceram i tributa romanis preſtet. Mel quoniam exitiale eſt non pendit. Et in pſide & in mauritania Ceſarienſi getulię contermina maſilis uenenati faui gignũtur. Quidãq; ad partẽ quod nihil eſſe fallacius poteſt niſi quod liuore deprehenduntur. Quid ſibi uoluiſſe naturã his arbitremur inſidiis: ut ab hiſdẽ apibus nec omnibus annis fierent: aut non totis fauis. Parum enim erat genuiſſe rem in qua Venenum facillime daretur. Etiam ne hęc ipã in melle tot animalibus dedit. Quid ſibi uoluit niſi ut cautiorẽ minus q̃ auidum facer& hominẽ. Non enim melli: ſed apibus iam cuſpides dederat & quidẽ uenenatas Remedium aduerſus utiq; has non differendo. Ergo maluę ſucco aut folioꝝ bederę perũgi ſalutare e uel percuſſos ea bibere. Mirum tamẽ eſt uenena portãtes ore fingẽteſq; ipſas non mori: niſi quod illa

domina rerũ omnium hanc dedit repugnantiam apibus: sicut cõtra serpẽtes psillis marsisq; inter homines.

ALiud ĩ Creta miraculum mellis mons est carnia nouem milium passuũ ãbitu. Intra quod spatium musce nõ reperiũt. Natũq; ibi mel nusq̃ attigũt hoc expimẽto singulare medicamẽtis exigitur. Aluearia orientem æquinoctialẽ spectare conuenit. Aquilonẽ euitent: nec fauonium minus. Aluearia optima cortice secunda ferula tertia uimine. Multi & e speculari lapide fecere ut opãtes intus spectarent. Circumlini aluearia fimo bubulo utilissimum operculum. A tergo esse ambulatoriũ ut ꝓperantius intus sit prospectus. Aut si sterilis opatio ne desperatione curam abiiciant. Id paulatim reduci fallente operis incremẽto. Aluearia hyeme stramẽto operiri. Crebro suffiri maxime fimo bubulo. Cognatum hoc his inascentes bestiolas necat. Araneos papiliones: terredines: apesq; ipsas excitat. Et araneoꝝ quidem exitium facilius. Est papilio pestis maior lucernis tollitur uero cum maturescit malua noctu. Interlunio Cælo sereno accẽsis ante aluos ĩ eam flamam sese ingerunt. Si cibus deesse sentiatur apibus uuas passas siccasue ficosq; tusas ad fores earũ posuisse. Conueniet. Itẽ lanas tractas madẽtes passo aut defruto aqua mulsa. Gallinaꝝ etiã crudas carnes. Quibusdã & æstatibus. Idẽ cibi præstandi cum siccitas continua floꝝ alimẽta negat. Aluearum cũ mel eximitur illiniri oportet exitus mellisophilo aut genista tritis aut medias alba uitę præcingere ne apes diffugiant. Vasa mellaria aut fauos lauari aqua precipiũt hac decocta fieri saluberrimũ acetũ.

CEra fit expressis fruis: sed ante purificatis aqua ac triduo iterebris siccatis quarto die liquatis igni ĩ nouo fictili aqua fauos tegẽte. Tunc sporta colatis rursus in eadẽ olla coquitur cera cum eadem aqua. Excipiturq; alia frigida uasis melle circũlitis. Optima quę punica uocat̃ proxima q̃ maxime fulua: odorisq; mellei pura natione autẽ pontica quam cõstare æquidẽ miror inter uenenata mella. Deinde Cretica. Plurimum enĩ expyopoli habet: de qua diximus in natura apum. Post has Corsica quoniam ex busso fit & habere aliquãtam uim medicaminis putatur punica fit hoc modo uentilatur sub diuo sæpius cera fulua. Deinde feruet in aqua marina ex alto petita addito uitro. Inde lingulis hauriũt florẽ i candidissima quęq; transfundũtq; in uas: quod exiguum habeat frigide & rursus marina decoquit separatim. Deinde uas ipsum anteq̃ refrigescat. Et cum hoc ter facere iuncea crate sub diuo siccant sole lunaq;. Hęc enĩ candorẽ facit: si sic siccatur & ne liquefaciãt protegunt tenui linteo. Candidissima uero fit post ifãlationẽ etiamnum recocta. Punica medicinis utilissiã. Nigrescit Cera addito chartarum Cinere: sicut ancusa admixta rubet & uariosq; in colores pigmẽtis trahitur ad edendas similitudines & inumeros mortalium usus. parietumq; etiã & armoꝝ tutelam. Cętera de melle apibusq; in natura eaꝝ dicta sunt. Et ortorũ quidẽ fere omnis peracta ratio est.

SEquuntur herbę sponte nascentes: quibus pleręq; gentiũ utũt̃ ĩ cibis maxiẽq; ęgiptus. Frugũ quidẽ fertilissima: sed ut prope sola his carere possit tãta est ciborum ex herbis abundantia in Italia paucissimas nouimus fraga tampnum ruscam battĩ marinam battim ortẽsiam quas aliqui asparagum uocant gallicũ præter has pastinacam protẽsem lupum salutarium eaq; uerius oblectamẽta q̃ cibos. In ęgipto nobilissima est colocassia: quĩ cyamon aliqui uocant hanc e nilo metunt Caule cum coctus est harenoso in madẽdo. Thyrso autẽ qui iter folia emicat spectabili latissimis foliis etiam si arboreis cõparentur ad similitudinem eoꝝ quę personata ĩ nostris manibus uocamus. Adeoq; nili suis dotibus gaudẽt ut iplexis colocasię foliis ĩ uariam spetiẽ uasorũ potare gratissimum habeãt. Seritur iam hęc in Italia & in ęgypto.

PRoxima auctoritas Cicorio est: quod diximus ītubum erraticum Nascit' post uergilias. Flor& particulati. Radix ei lēta quare etiam ad uincula utuntur illa.

ANtalium longius e flumine nascitur mespili magnitudine & rotunditate sīē nucleo sine cortice folio cyperi mandunt igni cōparatū. Mandūt & ętum cui pauca folia Verum radix magna archindę quidē & aratos habent radices ramosas ac multiplices: nec folium nec herbā ullā: aut quicq̄ aliud supra terrā habent. Reliqua uulgarium in cibos apud eos herbarum nomina cādralia hippocaris Caucaris ātriscum scandix quę ab aliis tragopagon uocatur foliis Croco simillimis.

PArtenium thrinum Corcoriis & ęquinoctio nascentes apache adimopos quā epipetron uocāt quę nunq̄ flor&. At e cōtrario apace subinde marcescēte flore emittit alium tota hyeme toto uere usq; in ęstatē. Multas prēterea ignobiles habēt. Sed maxime celebrant gnecon Italię ignotam. Ipsis autē oleo non cibo gratā hoc faciunt ex semine eius. differētia prima siluestris & satiuę. Siluestriū duę species una mitior est similis caule tamē rigido. Itaq; & foliis ātiqui utebātur ex illis quare quidē atraillide uocant. Semē eius candidum & grāde amarum altera hirsutior torosior caule et qui pene humi serpat minuto semine. Aculeatoꝝ hęc est generis quoniā distīguēda sunt & genera. Ergo quędā herbaꝝ spinosa sunt & quędam sine spinis. Spinosarum multe species. In totū spina est asparagus scorpio nullum enī folium habet. Quędā spinosa foliata sunt ut carduus eringi glicoriza urtica. His enī omnibus foliis inest aculeata mordacitas. Aliqua & secundum spinam habēt folium ut tribulus & anois quędam in folio non habēt & in caule habēt ut pheos quod aliqui stoechon appellauere hippopales spinis geniculatim tributa proprietas quod & fructū spinosum habet. Ex omnibus his generibus urtica maxime noscitur aceptabulis in flore purpuream lanuginem fundentibus sępe altior binis cubitis.

PLures eius differētię. Siluestris quam fęminā uocant mitiorq; & ī siluestri quę dicitur Camina acrior caule quoq; mordaci fimbriacis foliis quę uero etiam odorem fundit herculanea uocatur semē omnibus copiosum nigrū. Mirum sine ullis spināꝝ aculeis lanuginē ipsam esse noxiā: & tactu tātum leui pruritū pustulasq; confestim adusto similes existere. Notum est & remedium olei sed mordacitas nō protinus cū ipsa herba gignitur: nec nisi solibus roborata. Incipiens quidē ipā nasci uere nō ignota multis etiam in cibo religiose est ad pellēdos morbos totius anni. Siluestrium quoq; radix omnem Carnē teneriorem facit simul cocta quę inoxia est morsu carēs lamiū uocāt. De scorpione dicemus iter medicas.

CArduus & folia & caulē spinosas lanugines habet. Itē achora leucātos caldenicos poliacanthos conopigos belysenes colimos chameleon in foliis non habet aculeos Est & quę illa differētia quod quędā ī his multicaulia ramosaq; sunt ut Carduus uno autē caule ne ramosum gneos. Quędā Cacumine tantum spinosa sunt ut eringi. Quędam ęstate florent ut terralis & elixenes.

COlimos quoq; flor& sero & diu Acrona colore tantum ruffo distinguitur & pinguiore succo. Idē erat tractilis quoq; nisi cādidior esset erat Atractilis nisi sanguineū succum funderet. Qua decausa phonos uocatur a quibusdam grauis etiam odore sero maturescēte semine nec ante autumnum: q̄q̄ id de omnibus spinosis dici possit. uerum omnia hęc & seminę & radice nasci possunt.

SColimos carduorum generis ab his distat quod radix eius uescenda est decocta mirumq; sine iteruallo tota ęstate aliud flor& ī eo genere aliud cōcipit: aliud parturit

HAculei arescẽte folio desinũt pũgere.
Elsine rara uisu est. neq; ĩ omnibus terris a radice foliosa. Ex qua media uelut malum extuberat cõtectum sua fronde huius uertex summus lachrymam contin& iucundi saporis achanticen masticen appellatã.

HCtatos quoq; in Sicilia tantum nascitur sue proprietatis & ipsa in terra serpũt. Caules e radice missi lato folio & spinoso caules uocant. Cactos nec fastidiunt in cibis inueteratos.

VNum caulẽ rectum habẽt quem thenica uocãt eiusdẽ suauitatis: sed uetustatis impatiẽtem. Semẽ ei lanuginis quem pappon uocant. Quo detracto e Cortice teneritatis similis cerebro palme est. Vocaturq; ascalia.

TRibulus non nisi ĩ palustribus nascitur dirares. Alibi iuxta nilum & strimonẽ amnes. Excipitur in cibis ĩclinatus in uadum folio ad imaginẽ ulmi pediculo lõgo At in reliquo orbe genera uici cerule folio altero aculeata hic & serius flor& magisq; septa obsidet uillaꝫ. Semẽ ei rotundis nigrum ĩsiliqua alteri barenaceũ spinosum etiam num. Aliud genus anonis in ramis eni spinis habet. Opposito folio rute silĩ tõto Caule foliato in modũ Corone sequitur arata frugibus ĩimica uiuaxq; precipue Aculeatarum caules aliquarũ per terrã serpũt percerpunt ut eius quam corronoprũ uocant e diuerso stans ancusa ĩficiendo ligno ceterisq; radices apta est ante mitioribus anthemis & phylanthos & anemone: et apace uel caule foliata est crepis & latos differentia foliorum & hic que ĩ arboribus breuitate pediculi ac lõgitudine angustis ipsius foliis amplitudine iam uero angulis incisuris odore flore diuturnior hic quibusdam per partes florẽtibus ut ocimo helyotropio apacheonochite.

VVltis inter haec aeterna folia sicut quibusdam arborum. In primisq; helyotropio adianto folia. Aliud rursus spicatarũ genus ex quo est stancops Allopecuros sellopiros: quã quidã ortigẽ uocant alii plãtaginẽ de qua plura dicemus ĩter medicas fexilis ex his allepecuros spicã habet mollem & lanuginẽ dẽsam nõ dissimilem uulpium caudis. Vnde ei nomẽ proxima ei est & stellopyrus nisi quod illa particulatĩ floret. Cycorion & similia circa terrã folia habent Germinãtibus ab radice post uergilias. Perdicium quam colie gẽtes: et egyptii edunt: cui nomẽ dedit auis id maxime eruens crassas plurimasq; habet radices. Itẽ oryntbogale Caule tenero candido semipedali radice bulbosa molli tribus aut. iiii. agnatis. Coquitur in pulte. Mirum lothõ herbã & egylopan nõ nisi post ãnum e semine suo nasci. Mira et anthemidis natura quod a summo florere ĩcipit cum ceterę omẽs que particulatim florẽt ab ima sui pte incipiant. Notabile & in lappa que adbarescit quod in ipsa flos nascitur nõ euidens sed intus occultus & ĩtra se semina uelut animalia que in se pariunt. Circa opuntem herba est etiã homini dulcis. Mirum e folio eius radicem fieri ac sic eam nasci lascinea unum folium hab& sed ita implicatum ut plura uideantur. Chyndrilla amara est & acri in radice succo. Amara & apace & que pychris nominatur et ipsa toto anno florens. Nomẽ ei amaritudo imposuit. Notabilis & scylle crociq; natura quod cũ omẽs herbe folium primum emittant. moxq; in caule rotundẽtur in his caulis prior ĩtelligitur q̃ folium. Et ĩ croco quidẽ flos ĩpellitur caule. In scylla uero caulis exit. Deide flos ex eo emergit Eademq; ter floret ut diximus tria tempora sationum ostendens. Bulborum generi quidam annumerant & Cypri: hoc est glandioli radicem. Dulcis ea est que decocta panẽ etiam gratiorem faciat ponderosioremq; simul subacta. Nõ dissimilis ẽ & que thesion uocatur gustu aspera. Ceterę eiusdem generis folio differunt. Asphodellus ob longum & angustum habet. Scylla latum & tractabile. Gladiolus simile nomini aspodellus mãditur et semine tosto et bulbo: sed hoc ĩ Cinere tosto deinde sale et oleo addito. Preterea tuso cum ficis precipua uoluptate ut uidet

hesiodo. Traditur et ante portas uillarum satum esse remedio cōtra ueneficorū noxā Asphodelli mentionem et homerus fecit. Radix eius napis modicis similis est neq; alia numerosior octogita simul aceruatis sepe bulbis Theophrastus & fere greci principesq; pythagoras caulē eius cubitalem et sepe duum cubitorum foliis porri siluestris antbericon uocauere radicem uero idest bulbos asphodellum nostri. Illud albucum uocāt & asphodellum asillam regiam. i. bulbos spodelon. Astula regia est caulis acinosi. Eius duo genera faciunt albuco scapus cubitalis amplus purus leuis de quo: mago precipit exitu mēsis martii & initio aprilis cum floruerit nondum semine eius intumescente dimittēdum fundēdosq; scapos & quarto die in solem proferendos. Ita siccatis manipulos faciendos. Idem pistana dicit a grecis uocari: quam iter ulnas sagittā appellamus. Hanc ab idibus maii usq; ad finem octobris mēsis decorticari atq; seni sole siccari iubet. Idem & gladiolum alteū quē cyprion uocāt. & ipsum palustrē Iulio mēse toto siccari iubet ad radicē tertioq; die in sole siccari donec candidus fiat. Quotidie autē āte solem occidentē in tectum referri. Quoniam palustribus defectis nocturni rores nocēt.

Similia precipit & de iunco: quē mariscon appellāt ad texendas tegetes: et ipūm Iunio mēse eximi ante Iulium medium precipiens. Cetera desiccādo eademq; de ulna suo loco diximus. Alterum genus iuncorū facit: quod marinum & a grecis oxisebenon uocari Inuenio. Tria genera eius acuti sterilis quē marē et oxin greci uocant. Reliqua feminini ferentis semē nigrum: quē malacratan appellant crassior hic et fruticosior: magisq; etiānū Tertius q uocat' belyscenos ex his melācrais sine aliis generibus nascit' oxis autē & oloscheōs eodē cespite utilissiūs ad uitalia oloscheōs qa mollis & carnosus ē. Fert fructū uuaū cohērētū modo. Nascit autē his quē marem appellauiūs ex semetipō Cacumiē i terrā defixo melācranis autē suo semiē. Alioqn omnium radices omnibus annis moriūtur. Vsus ad nassas marinas utilium elegātium lucernaū lumina precipua medulla amplitudine iuxta marinas alpes tanta ut inciso uētre impleant pene unciarū latitudinē. In egypto uero cibroū lōgitudinē nō alius uiliorē. Quidā enī etiamnum unū genus faciunt iunci trianguli cyperon uocāt Multi uero nō discernunt a cypiro uicinitate nois. Nos distinguemus utrunq;.

Cypirus est gladiolus ut diximus radice bulbosa laudatissimus in īsulis Cretae Deinde naxo & postea fenice. Cretico candor odorq; uicinus nardo Naxio acrior phēniceo exiguum spirans nullus egyptio. Nam & ibi nascitur discutit duritias corporum. Iam enī remedia dicemus & quoniā & florū odorūq; generi ē magnus usus in medicina quod ad cypiron attinet apollodorū quidē sequar qui negabat bibendū q̄q̄ professus efficacissimum esse aduersus calculosos eo fetas feminas quidē abortiuas facere nō dubitat. Mirumq; tradit barbaros suffitum huius herbe excipiētes ore lienes consumere & nō egredi domibus nisi hoc suffitu. Validiores enī firmioresq; sic etiā fieri i tentiginū & alarū uitiis pfrictionibusq; cū oleo illitū nō dubie mederi

Cypereos iuncus ē q̄liter dixiūs āgulosis iuxta terra cādidus Cacumiē niger piguisq; folia una porraceis exiliora i cacumiē miūta iter quā ē semē. Radix oliue nigre similis quā cū oblōga ē cyperida uocāt magni i medicia usus laus cypero. Prima amoiaco. Secūda rhodio. Tertia uero thratio. nouissia egyptio que & cōfundit intellectū quoniā et cyperos ibi nascit': sed cyperos durissia uixq; spirās. Ceteris odor ē ipsū nardū imitans est per se Indica herba que cepira uocatur gingiberis effigie cōmāducata Croci uim reddit. Cypero uis in medicina psylotri. Illinit' pterigis ulceribusq; genitalium & quae in tumore sunt omnibus. Sic & oris ulceribus radix aduersus serpētium ictus & scorpionū presenti remedio est. Vuluas aperit pota largiori tāta uis expellit eas urinā ciet et calculos ob id utilissima hydropicis Illinit' & ulceribus

quę ſerpunt. Sed his pręcipua quę ĩ ſtomacho ſunt e uino & aceto illita. Iunci radix in tribus Eminis aquę decocta ad tertias tuſſi medetur. Semẽ toſtum & ĩ aqua potũ ſiſtit aluum & fęminarũ menſes: capitis dolores facit uocatur oloſchoecenus. Quę proxima ſunt radici cõmanducãtur aduerſus araneorum morſus. Inuenio etiã num unum iunci genus quod trepicen uocant: huius ſemine ſomnum allici & modum ſeruandum ne ſopor fiat. Ob id.

ETodorati iunci medicinę dicẽtur: quoniam & in ſyria Coele ut ſuo loco retuli mus ex nabathea cognomiẽ thencitis ,pximus babylonius peſſimus ex aphrica ac ſine odore. Eſt autẽ rotundus uinoſę mordacitatis ad liguã ſincerus ĩ cõfricãdo odorem roſę emittit rubẽtibus fragmẽtis. Diſcutit ĩflationes. ob id ſtomacho utilis bilẽq; ſanguinẽ reiciẽtibus ſingultus ſedat ructus mouet urinã ciet ueſſicę medet ad muliebres uſus decoquitur epiſtotonicis cum reſina arida ĩponit ex calefactoria.

VTerum roſa aſtringit refrigerat uſus eius diuiditur ĩ folia & flores capita foliorũ parteſq; candidę ungues uocantur. In flore aliud eſt ſemen aliud capillus in capite. aliud cortex. aliud calix. Foliũ ſiccatur aut tribus modis exprimitur cũ per ſe ũgues non detrahuntur. Ibi enĩ humoris plurimũ aut cum detractis unguibus reliqua ps aut oleo aut uino macerat ĩ ſole uaſis uitreis. Quidã & ſalem admiſcent & nõ nulli ancuſam aut aſphalatum aut iuncũ odoratum quia talis maxime prodeſt uuluae ac diſſentericis. Exprimuntur eadem folia detractis unguibus trita per linteũ ſpiſſum in aereum uas: leniq; igni ſuccus coquitur: donec fiat craſſitudo mellis. Ad hoc eligi oportet odoratiſſima quęq; folia. Vinum quomodo fier& e roſa diximus ĩter genera uini. Vſus ad aures oris ulcera gingiuas tonſiles gargarizatus. Stomachum uuluas ſedis uitia capitis dolores In febre per ſe uel cum aceto ſomnos nauſeas Folia urũtur in caliblepharum & ſiccis fęminę aſpergũtur. Epiphoras quoq; aridas leniunt. Flos ſomnum facit Inbibet fluctiones mulierũ maxime albas in poſca potus & ſanguis excreationes ſtomachi quoq; dolores quãtum ĩ uini ciatis tribus. Semẽ bis optimũ Crocinum nec anniculo uetuſtius & in umbra ſiccatur Nigrum iutile dẽtiũ dolori Illinitur urinam ciet ſtomacho imponitur igni ſacro nõ ueteri Naribus ſubductum caput purgat. Capita pota uentrem & ſanguinẽ ſiſtunt. Vngues roſę epiphoris ſalubres ſunt. Vlcera enĩ oculorum roſa ſordeſcunt pręterq; in iitiis epiphore ita ut arida cũ pane ĩponatur. Folia quidẽ uitiis ſtomachi roſionibus & uitiis uẽtris & iteſtiorũ et pręcordiis utiliſsima uel illita cibo quoq; lappati modo condiuntur. Cauendus in his ſitus celeriter iſidens aridis aut expręſſis aliquis uſus. Dyaplaſmata ĩde fiunt ad ſudores cohęrcendos ita ut a balneis inhęreſcant corpori. Deinde frigida abluantur. Siluestris cum adipe urſino allopetras mirifice emendat.

LIlii radices multis modis florem ſuum nobilitauere. Contra ſerpentium ictus ex uino pote & cõtra fungorũ ueneã propter clauos pedum ĩ uino decoquuntur triduoq; non ſoluuntur cũ adipe aut oleo decoctę pilos quoq; aduſtos reddunt e mulſo pote iutilem ſanguinẽ cum aluo trahũt lieniq; & ruptis mulſis proſunt & mẽſibus fęminarum. In uino uero decocto ĩpoſiteq; cũ melle neruis pręciſis medẽtur. Contra lichenas & lepras & furfures ĩ facie emẽdant erugant corpora cum folia ĩ aceto cocta uulneribus ĩponũtur. Si teſtium mellis cũ Iuſquiano & farina tritici. Semen illinit igni ſacro. Flos & folia ulcera uetuſtati. Succus q flore expręſſus ẽ ab aliis mel uocat ab aliis ſyriũ ad emolliẽdas uuluas ſudoresq;: faciẽdaſ et ſuppuratioẽsq; coquẽdas ualet.

NArciſſi Duo genera ĩ uſu medici recipiunt. Vnum purpureo flore & alterum herbaceũ hũc ſtomacho iutilẽ. Erit igitur uomitoriũ aluoſq; ſoluẽtem neruis Inimicum Caput grauantẽ & a narce narciſſum dictũ nõ a fabuloſo puero ueneris

radicem diximus ei saporis est. Ambustis prodest exiguo melle. Sic & uulneribus & luxatis pānis uero cū melle & auenę farina. Sic & īfixa corpori extrahit. In polēta tritus oleoq; cōtusus. Medetur & lapide percussis purgat uulnera permixtus farinę nigras uitiligines emaculat· Ex hoc flore fit marcissimū oleum ad emollīēdas duritias calfacienda que alferunt auribus utilissima: sed capitis dolores facit.

Viole siluestres sunt & satiuę purpureę refrigerant cōtra īflamationes illiniūtur stomacho ardēti īponuntur & capiti in fronte oculorum priuatim epiphoris & sede procedēte uuluę ue & contra suppurationes crapulam & grauedines capitis Impositisq; coronis olfatu ue discutiunt anginas ex aqua pote. Id quod purpureū est ex his Comitialibus medetur maxime pueris in aqua potum. Semē uiolę scorpioībus aduersatur. Cōtra flos albę suppurata apperit ipsa discutit & alba autē & lutea extenuāt mēses. Vrinam cient minor uis est recentibus. Ideoq; āridis post annum utendum. Lutea dimidio cyato in aqua trita mēses trahit. Radices eius cum aceto illitę sedant lienē. Itē podagrā oculorum autem īflationes cum myrrha & Croco. Folia cū melle purgant Capitis ulcera cum cera rimas sedis & quę in humidis sunt ex Aceto mero collectiones sanant.

Bachar in medicinę usu est aliqui ex nostris perpēsam uocant. Auxiliatur cōtra serpentes capitis dolores feruoresq;. Item epiphoras īponitur mammis tumēntibus a partu & egylopis īcipiētibus ignibusq; sicris Odor somnum gignit. Radicē decoctam bibere sparticis euersis cōuulsis suspiriosis salutare est ī tussi uetere uino radices eius tres. iiii. ue decoquūtur ad tertias partes. Hęc potio mulieres ex abortu purgat laterum compunctiones tollit. Tonditur cum dyaplasmate. Vestibus odoris gratia īseritur

Combretum quod simile ei diximus tritum cum axungia uulnera mire sanat.

Asarum iocineris uitiis salutare esse tradit uncia sumpta ī Emina mulsi mixti Aluū purgat ellebori modo hydropicis prodest et prēcordiis uuluisq; ac morbo regio. In musto si addatur facit uinum urinis ciendis. Effodit cū folia mittit siccat in umbra situm celerrime sentit.

Et quoniam quidam ut diximus nardum rusticū nominauere radicē baccaris. Contexemus etiam gallici nardi remedia ī hunc locū dilata cum disputaremus de peregrinis arboribus. Ergo aduersus serpentes duabus dragmis in uino succurrit inflationibus colli uel ex aqua uel ex uino. Itē iocineris ac rerum suffusisq; felle & hydropicis per se uel cum absinthio sistit purgationes mulierū. Impetus uero eius quam phin eodē loco appellauimus. Radix datur potui trita uel decocta ad strāgulares uel pectoris dolores uel laterum menses quoq; ciet bibitur cum uino.

Crocum cum melle non soluitur nulloq; dulci. Facillime autem uino aut aqua utilissimum ī medicina asseruatur Cornea pixide discutit īflamationes omnes qdē sed oculorum maxime ex ouo illitus uuluarum quoq; strangulatus stomachi exulcerationes pectoris et rerū Iocinerum pulmonū uesicarumq; peculiariter īflamatioī earū uehemēter utile. Itē tussi & pleureticis Tollit et pruritus urinā ciet. Qui crocū priusq; biberit Crapulam non sentiunt ebrietati resistūt. Coronę quoq; ex eo mulcent ebrietatem somnū facit. Caput leuiter mouet uenerē stimulat. Flos eius igni sacro illinitur cum Creta cymolia. Ipsum pluribus medicaminibus miscetur. Collirio uni etiam nomē dedit.

Est quoq; uis expressi ungēti Crocino quod Crocomagon appellant habet suas utilitates cōtra suffusiones oculorum urinas magis excalefacit: q̄ Crocū ipsum optimum quod gustatum saliuam dentesq; magis īficit Iris ruffa melior q̄ candida

Infantibus eā circūligari salutare est dentientibus pręcipua est & tussientibus tineau
ue uitio laborantibus istillari. Cęteri effectus eius nō multū a melle differūt. Vlcera
purgat capitis pręcipue suppurationes ueteres. Aluum soluit duabus dragmis cum
melle tusum tormina iflationes pota lienes ex aceto cōtra serpentum & araneorum
morsus ex posca ualet. Contra scorpiones duarum dragmau pōdere in pane uel aqua
sumitur. Contra Canū morsus ex oleo iponitur & contra perfrictiones. Sic & ner/
uorum doloribus lumbis uero & coxendicibus cū resina illinitur. Visci calefactoria
naribus subducta sternutamēta mouet caputq; purgat. dolori capitis cum Cotoneis
malis aut struteis illinitur. Crapulas quoq; & ortopnoicis discutit uomitiones ciet
duobus obolis sumpta. Ossa fracta extrahit iposita cum melle adparmochia. Farina
eius utuntur in uino ad clauos uel uerucas triduoq; nō soluitur alitus oris cōmādu/
cata abolet alau q; uitio. Succo duritias omnes emollit somnū cōciliat sed genituram
consumit. Sedis rimas & condilomata omniaq; in corpore excrescentia sanat.

SVnt qui siluestrē Irim uocent. Strumas hęc uel panos uel iguina discutit. pre/
cipitur ut sinistra manu adhos usus seruetur colligētesq; dicant cuius hominis utiq;
causa eximant. Scelus herbariorum aperitur in hac mentione partem eius seruant et
quarundā aliarum herbau: sicuti plantaginis substituentibus. Et si parum mercedis
tulisse sese arbitrātur. Rursusq; ut plus opes acquirant partem eam: quam seruauere
eodem loco ifodiunt. Credo ut uitia quę sanauerint faciant rebellare.

SAluinęq radix in uino decocta sistit uomitiones corroborat stomachum polio
museris hesiodus perungi iubent dignationis gloriaq; auidos polium tractari Coli
Polion contra serpētes substerni uri potari. In uino decoqui recens uel aridū Illiniri
q; spleneticis propināt. Ex aceto morbo regio. Ex uino et hydropicis icipiētibus uiō
decoctum uel uulneribus quoq; sic illiniunt. Secūdas mulierum partusq; emortuos
repellit. Itē dolores corporis uessicas inanit & epiphoris illinit nec magis alia herba
Conuenit medicamēto quod alexipharmacon uocant. Stomacho tamen inutile esse
caputq; eo impleri & abortum fieri poto aliqui negant. Ad religionem addunt ubi
inuētum sit protinus ad alligandam contra oculou suffusionē: cauendumq; ne terrā
attingat hi & folia eius thymo similia traduut nisi quod molliora sunt & lanatiore
Canitie cū ruta siluestri & si teratur ex aqua cęlesti aspidas mitigare dicitur ut non
secus atq; cyamis astringit & cohibet uulnera prohibetq; serpere.

OLochrisos medetur stragurie in uino & oculorum epiforis illita cum fece uero
uini cremata & polēta lichenas emēdat. Chrysocomes radix calefacit & strigit. Dat
potui ad iocinerum uitia. Itē pulmonum uulue dolores i aqua mulsa decocte men/
strua & si cruda detur hydropicou aquam sistit: mellisophylo siue mellitena si per/
ungātur aluearia nō fugient apes. Nullo enī magis gaudēt flore scopis eius examina
facillime cōtinentur. Itē pręsentissimū est contra ictus earum: uesparūq; & similium
sicut & araneou. Item scorpionum: cōtra uuluarū strāgulationes addito uitro contra
tormina e uino. Folia eius strumis illiniuntur & sedis uitiis cū sale decocta. Succus
fęminas purgat & iflationes discutit & ulcera sanat articularios morbos sedat: caisq;
morsus pdest dissentericis ueteribus & cęliacis ortopnoicis lienibus ulceribus tho/
racis. Caliginesq; oculorum si cum melle inungi eximium habetur.

MElilotbos quoq; oculis medetur cum lacte aut lini semine maxillau quoq; do/
lores lenit & capitis cum rosaceo. Itē aurium e passo quęq; in manibus intumescunt
uel erumpunt Stomachi dolores in uino decocta uel cruda tritaq;. Idem effectus ad
uuluas Testes uero & sedē prociduam quoq; ibi sint uitia recēti ex aqua decocta uel

x passo adiecto rosaceo illiniuntur ad Carcinomata. Deferuescit in uino dulci pe
uliariter: & contra melliceridas efficax.

RIfolium scio credi prçualere contra serpentium & scorpionum ictus ex uino
aut posca seminis granis.xx. potis uel foliis & totā herbam decoctā. Serpētesq;
unq̃ in trifolio aspici. Prçterea celebratis auctoribus cōtra omiā uenena pro ātidoto
ufficere.xxv. grana eius quod miniathes ex eo appellauimus tradi multa alia. Prçte
ea in remediis eius ascripsisse me contra sentētias earum grauissima uiri auctoritas
nouēt. Sophocles enim poeta uenenatū id dicit. Simos quoq; medicus decocti aut
ontriti succū ifusum corpori easdem demum egritudines quasi percussis a serpente
nponatur. Ergo nō aliter utēdum eo q̃ cōtra uenena cēsuerunt. Fortassis enī ex his
enenis iter se contraria sit natura: sicut multis aliis. Itē animaduerto semina eius cū
inima sint folia utile esse ad custodiēdum mulierem Cutis gratia in facie illitum.

THymum colligi oprtet in flore & in umbra siccari. Duo autē sunt genera eius.
Candidum radice lignosa in collibus nascens: quod & prefertur. Alterum nigrius
lorisq; nigri. Vtraq; oculoꝝ clritati multum cōferre existimatur & in cibo & i medi
amētis. Itē diutinę tussi flegmati faciles excreationes facere. Cum aceto & sale san
uinē cōcrescere nō patitur. e melle lōgas faucium distillationes extra illita cū sinapi
xtenuare. Itē stomachi & uētris uitia modice tamē utēdū est: quoniam excalefaciūt
ua ui sistunt aluum: quę si exulcerata sit denarii pōdus in sextarium aceti et mellis
ddi oportet. Item si lateris dolor sit: aut iter scapulas aut i thorace prçcordiis medētur
x aceto cum melle: quę potio datur & in alienatione mētis ac melanconicis. Datur
Comitialibus quos correptos olfatus excitat thymi autē & dormire eos oportere i
nolli thymo prodest & ortopnoicis & anhelationi mulierumq; mēsibus retardatis
el si emortui sint in utero partus decoctum i aqua ad tercias. Viris uero contra ifla
ioes cū melle & aceto & si uenter turgeat testes ue: aut si uessicę dolor exigat e uino
umores & impetus tollit ipositum. Itē cum aceto callum & uerucas. Coxēdicibus
nponitur cum uiō articularibus morbis & luxatis tritum ac lanę ilparsitm ex oleo
mbustis cum adipe suillo Dant & potionem articularibus morbis tritum obolorū
tium pōdere in tribus cyatis aceti & mellis in fastidio tritum cum sale.

THemoragales pallidū & uiride & molle folium habet radicem odoratam atq;
ulbosam cū melle imposita uētre aquā pellit & sanguinē etiam iutilem. Folia epi
iboris oculorū mamarum que doloribus post partū illiniuntur. Heleniū ab helenę
ichryma ut diximus natum fauere creditur formę. Cutē mulierum i facie reliquoq;
orpore nutrire icorruptam prçterea putant usu eius quādam datam gratiam his ue
ieremq; cōciliari. Attribuunt & hilaritatis effectum eidē pote in uino eumq; quem
abuerit nephentes. Illud prçdicatum ab homero quod eo tristicia omnibus abdeat
ist autē succi prçdulcis prodest & ortopnoicis. Radix eius in aqua ieiunis pota. Est
utē candidus itus & dulcis bibit et cōtra serpētiū ictus ex uino mures quoq; cōtrita
icitur necare.

ABrotanum duorū traditur geneꝝ. Campestre ac mōtanum hoc fęminam Illud
marē itelligi uolumus. Amaritudo abscyntbii in utroq;. Siculum laudatissimū
Deinde gallaticum. Vsus est & foliis: sed maior semini ad calefaciendū. Ideo neruis
utile tussi. Ortopnoicis conuulsis ruptis lumbis urinę angustiis datur bibendum
nanualibus fasciculis decoctis ad tertias partes. Ex his quaternis bibuntur. Dat et
emē tusum in aqua dragmę pondere prodest et uuluę. Concoquitur panis cū farīa
rdeacea: et oculoꝝ iflamationi illinitur. Cotoneo malo cōcocto serpētes fugat. cōtra
ctus earum bibitur cū uino: illiniturq; efficacissimum contra ea: quorum uenena
remores et frigus accidunt ut scorpionū et phalangiorum et cōtra uenena alia pota

Prodest et quoquo mō algētibus et extrahendi ea quę inhęrent corporibus. Pellit et interraneoꝝ mala ramus si subiiciat puluino uenerē stimulari aiūt. Efficacissimaq; herbā contra omnia ueneficia: quibus coitus inhibeatur.

LEuchathenium suspiriosis medetur duabus partibus aceti permixtum.

SAmpsucum siue amaracum Cypro laudatissimū & odoratissimum scorpiōbus aduersatur ex aceto ac sale illitum. Mēstruis quoq; multum confert impositum Minor eidē poto uis. Cohibet & oculoꝝ epiphoras cū polēta. Succus decocti tormina discutit & urinis & hydropicis mouet & narium sternutamenta. Fit & ex eo oleum quod sampsucinum uocatur aut amaracinū ad excalefaciēdos emolliēdosq; neruos & uuluas calefacit folia fugillatis cum melle & luxatis cum Cera prosunt.

ANemonas Coronarias tantum diximus: nunc reddemus & medicas. Sunt qui fremion uocēt. Duo eius genera Siluestris prima Altera cutis nascens. Vtraq; fabulosis huius quod plures species: aut enī phoniceum florē habet: quę & copiosissimē aut purpureum: aut lacteū: harum triū folia appio similia sunt: nec temere semipede altitudine excedunt Cacumine asparagi. Flos nunq̄ se aperit nisi uēto spirāte. Vnde et nomē accepit siluestri āplitudo maior latioribusq; foliis flore phęniceo hāc errore ducti argemon putāt multi. Alii rursus papauer: quod thyan appellauimus: sed distinctio magna quod utraq; hęc postea florēt: nec aut calices habēt: nec nisi asparagi Cacumen prosunt anemone capitis doloribus & īflamationibus uuluis mulierum lacti quoq; et mēstrua cient cum typsana sumpte aut uellere appositę. Radix cōmanducata pituitam trahit dentes sanat. Decocta oculorum epiphoras & cicatrices magi multum quiddā his tribuere q̄ primum aspiciatur eo āno tolli Iubētes diciq; colligi eam tertianis & quartanis remedio postea alligari florē panno roseo & in umbra asseruari ita cum opus sit alligari: quod ex his phęniceum florem habet radice contrita cuicūq; animaliū īposita ulceꝝ facit stīptica uī & ideo expurgādis ulceribus adhibet.

OEnante herba nascitur in petris folio pastinacę radice magna numerosa caulis eius & folia cū melle ac uino nigro pota facilitatē pariendi prętstant: secundasq; purgant. Tussim melle tollunt. Vrinam cient: radix & uessicę uitiis medetur.

OLycrisum quod alii chryssaton uocant ramulos habet cādidos. Folia subalbida Abrotano similia ad solis repercussum aureę lucis in orbē ueluti corymbis depēdentibus qui nūq̄ marcescunt: qua decausa deos coronant illo quod diligētissimē seruauit ptolemęus rex ęgypti nascitur in frutetis cient urinas uino pota & menses duritias et īflamationes discutit. Ambustis cū melle īponitur cōtra serpentiū ictus & lumboꝝ uitia bibitur Sanguinē cōcretum uētris ac uessicę absumit cū mulso. Folia eius triū oboloꝝ pondere sistunt profluuia mulierum in uino albo uestes tuetur odore uero meleganti.

HIacynthus in gallia maxime proueuit hoc ibi loco bysginum tingit. Radix est bulbacea mangonicis uenalicis pulchre nota quę ī uino dulci illita puberiatem cohercet & nō patitur corrūpere. Torminibus & araneoꝝ morsibus resistit Vrinam impellit Cōtra serpentes & scorpiones morbumq; regiū. Semen eius cum abrotano datur. Contra lichinis quoq; flamea illa aduersus serpētes & scorpiones & scabrones similiaq; bibitur uino semine trito. Siluestris eadē stomacho iutilis aluum soluit ad detrahēdam bilem efficacissima duobus dragmis scorpionibus tam cōtraria ut omnino uisa ea torpescant Radicem eius Asiam bolitē uocāt: qua ligata oculo albugiēs tolli dicūtur.

FTuica peruica siue camedaphne arida tusa hydropicis datur in aqua Cocleari mēsura celerrimeq; reddunt aquā. Eadē decocta ī Cinere sparsa uino tumores siccat auribus succo medetur Aluinis īposita plurimū prodesse dicitur. Rusci radix decocta bibitur alternis diebus ī calculorū ualitudine & toruosiore urina uel cructa Radicem pridie erui oportet postero mane decoqui ex eo sextario uini cyatis duobus misceri. Sunt qui & crudam radicē tritā ex aqua bibant & in totū ad uirilia cauliculis eius uino & aceto tritis nihil utilius putant. Bactis quoq; aluum emollit. Illinitur podagricis cruda & cōtusa acinoem Coronarum causa & ciborū egyptii serunt. Eadē q; erat quę ocymum nisi hirsutior ramis ac foliis esset et ad modum odorata ciet & menses urnas.

COlocassia glaucias acria corporis leniri putant & stomachum Iuuari.

ANtali quod egyptii edunt nullū aliū reperi usum & est herba antilium: quā alii anticeliū uocat duoꝝ geneꝝ foliis & rais lēticulę similis palmę altitudiē sabulosis apricis nascens subsalsa gustāti. Altera chamepitui similis breuior & hirsutior purpurei floris odore grauis in saxosis nascens prior uuluis aptissima: et ex rosaceo & lacte imposita etiam uulneribus. Bibitur in stranguria renumq; doloribus tribus dragmis altera bibitur in duritia uuluarū & ī torminibus in Comitiali morbo cum melle & aceto .iiii. dragmis.

COntra parthenium alii leucbātem alii tamnacum uocāt. Celsus uero apud nos pelletium & muraleum. Nascitur ī ortoꝝ sepibus flore albo odore mali sapore amaro ad īsedendū decocte in duritia uuluaꝝ & inflamationibus. Sicca cum melle & aceto īposita detrahit bilē atram. Ob hoc cōtra uertigines utilis & calculosis illnitur & sacro igni. Item strumis cū axungia iueterata. Magi contra tertianas sinistra maū euelli eam iubent: diciq; cuius causa uellatur: nec respicere. Cuius foliū egri subiicere ut mox ī cyato aquę deuoretur.

THyrcbye quam quidā stirchium scripsere utinā nec Coronarii ī egypto uterēt quos inuitat hederę folioꝝ similitudo ī duobus eius generibus: quoꝝ alterum cui acini Coccinei granosi foliculi: alii caccatum uocant. Alii chalion. Nostri autem uessicariam: quoniam uessicę & calculis prosit. Frutex est surculosus uerius q̄ herba foliculis magnis laxisq; & curuatis grādi itus acino qui maturescit nouembri mense Tertio folia sunt ocimi minime diligēter demonstrando. Remedia enī nō uenena tractamus: quippe īsaniam facit paruo quoq; succo: q̄ q̄ & greci auctores in Iocū uertere Drachinē enī pondere lusum pudoris gigni dixerūt. Species uanas imaginesq; conspicuas obuersari demōstrantes duplicatum hunc modum legitimā īsania facere Quicquid uero adiciatur ponderi repręsentari mortem: hoc est uenenum: quod Innocentes auctores simpliciter dormion appellauere eo quod cuspides in prelio tingerentur illo passim nascente quo paucius spectabātur. Magi Cognominauere qui nequiter occultabant Eritron aut neuratra: ut non nulli perissione cauendi quidem causa Curiosius dicēdum.

QVin & alterum genus quod alii cacabon uocant soporiferū est: atq; etiam opio uelotius ad mortē ducit. Ab aliis morion: ab aliis moli appellatū laudatū uero ad locre & thymaristo & ad fruendum Quidā etiam Carmine minore obliuionem īducentia quippe pręsentaneum remedium ad dētium mobiles firmandos si colluerentur. Alii cacabon uni exceptionē addidere ne diutius id fieret. Deliratione enim gigni eodem monstranda remedia: quoꝝ medicina maioris mali periculum afferat. Commēdetur ergo cibis tertium genus licet pręferatur ortēsibus saporibus & nihil sit malorum cui nō salutare seryenos xenocrates prędicet. Non tamē auxilia eoꝝ tāti sunt ut id pictura nō de his cōmemorare nefas putē pręsertim tanta copia innoxioꝝ medicaminū. Alii Cacabi radicē bibūt q uaticinari gallantes quo uero ad cōfirmādas

superstitiōes aspici se uolunt remedio est. Id enī libentius retuleri aq̃ copiosa multa calida pota. Nec illud pręteribo aspidū naturę Cacabū intantum aduersam ut radice eius propius admota soporetur illa sopore enecans iure eaq; ergo trita ex oleo pouffis auxiliatur.

Orcborum alexandini cibi herba est conuolutis foliis ad similitudinem mori pręcordiis ut ferunt utilis alopacis quę & lentigini boum quoq; scabiem celerrime sanari ea. Inuenio apud Nichandrum quidē & serpentiū morsus anteq̃ floreat Nec de gneco siue atractalide uerbosius dici par esset egyptia herba magnum cōtra uenenata animalia prębent auxilium. Item aduersus fungos constat a scorpione percussos q̃ diu teneant eam herbam non sentire Crutiatum.

ET persolutum egyptus mortis serit Coronarum genera duo genera eius femiā ac mas utraq; subdita uenerem inbiberi uirorum maxime tradunt.

ET quoniam in mensuris quoq; ac ponderibus crebro grecis nominibus utēdū est iterpretationem eorum semel hoc in loco ponemus. Dragma attica fere. n. attica obseruatione medici utunt denarii argenti habet pondus. Eadēq; sex obolos pōdere efficit obolus decem chalcos cyatus per se pendet dragmas decē cū acetabuli mēsura dicitur. Significat eminę quartā partem. i. dragmas. xv. Mnaquā nostri minā uocāt pendet dragmas atticas centum.

IMPLESSE POTERANT MIRACVLVMSVI natura atq; tellus reputantiū uel prioris tantū uoluminis dotes totq; genera herbarum utilitatibus hominū aut uoluptatibus genita: sed tanto plura restant quāto mirabilia inueniunt Illa enī maiore cibi parte aut odoris decoris ue Commendatio ad numerosa experimenta duxit. Reliquarū potentia approbant nihil ab rerum natura sine aliqua ocultiore Causa gigni.

albi unum & dimidium obolum purgationem eam adhibentes maxime insaniae. Melancoliq; Comitialibus podagris & per se dragmę pondere exinaniunt.

ORdeum optimum quod candidissimum succus decocti in aqua cęlesti digerit in pastillos ut ifundatur exulceratis iterraneis & uuluis Cinis eius ambustis illinit & carnibus quę recedunt ab ossibus & eruptionibus pituitę muris aranei morsibus Idem asperso sale ac melle candorē dentibus & suauitatem oris facit. Eos qui pane ordeaceo utuntur morbo pedum temptari negant. Nouē granis si furūculum quis circumducat singulis ter manu sinistra et omia in ignē abiciat cōfestim sanari aiūt.

ESt & herba phynicea appellata a grēcis: a nostris uero ordeum murinū hęc trita e uino pota prēclare ciet mēses.

PYpsanę quę ex ordeo fit laudes uno uolumine condidit hippocrates quę nūc omēs ī alicam transierunt quanto Innocentiore alica hippocrates tamen sorbitionis gratia laudauit quoniam lubrica ex facili hauriret: quoniā sitim arcet: quoniā in aluo nō intumescceret: quoniā facile redderetur & assuetis hic cibus solus in febribus die possit dari tantum remotus ab istis qui medicinā fame exercent. Sorbitionē tamē dari totam uetuit aliudue: q̄ succum typsane. Itē uetuit q̄ diu pedes frigidi eēnt tunc quidē nec potionē dandā Fit e tritico glutinosior arteriaeq; exulceratae utilior.

AAmilon bebetat oculos & gulę iutile: contra quā creditur. Itē sistit aluum Epiphoras oculorum inhibet & ulcera sanat. Item pustulas & fluxiones sanguinis geas duras emollit. Datur cum ouo his qui sanguinem reiecerunt. In uessicę uero dolore semiuncia amili cum ouo & passi tribus ouis sufferuefacta a balneo. Quin & auenę farina decocta ī aceto tollit neruos.

PAnis ipse: quo utuitur innumeras pene contin& medicinas ex aqua & oleo aut rosaceo mollit collectiones ex aqua mulsa duritias ualde mitigat ex uio ad discutienda: aut quę perstringi opus sit. Et si magis etiam num aceto aduersus occultas pituitę fluctiones: quas grēci reumatismos uocant. Item ad percussa luxataq;. Ad omnia autē fermētatus qui uocatur antopyrus utilior. Illiniuntur & paronicis & callopedum in aceto ueteri nauticus panis tusus atq; iterum coctus sistit aluum uocis studiosis & contra distillationes. Siccum esse primo cibo utilissimū ē. Siccanius hoc est & trimestri incusa in facie aut desquamata cum melle aptissime curat. Cādidus egris aqua calida frigida ue madefactus leuissimum cibū prębet. Oculoꝝ tumori ex uino īponitur. Sic & pustulis capitis aut adiecta arida myrto tremulis panē ex aqua esse ieiunis statim a balneis demōstrat: quin & grauitatem odorū in cubiculis ustus emēdat & uini in saccis additus.

ET faba auxiliatur nāq; solida fricta feruensq; ī aceto cōiecta torminibus medet in cibo fresa & cum allio cocta cōtra deploratas tusses suppuratioēsq; pectoris quotidiano cibo sumitur: & commāducata ieiuno ore & ad furunculos maturandos discutiendosue imponitur. Et in uino decocta ad testium tumores & ad genitalia maturat lomēto quoq; ex aceto decocta tuōre maturat atq; aperit. Itē liuoribus cōbustis medetur. Voci eam prodesse auctor ē. M. Varro. Fabalium etiam siliquaꝝ Cinis ad coxendices ad neruorū ueteres dolores cum adipis suilli uetustate prodest & per se cortices decocti ad tertias sistūt aluū.

LEns optima quae facillime coquitur eaque maxime aquā absorbet. Atiem qdē oculorū obtundit & stomachū īflat: sed aluū sistit in cibo māgisq; cęlesti aqua decocta. Eadem soluit minus decocta pustulas ulcerū rumpit ea quę nitra sunt purgat & astringit. Collectiones omēs imposita sedat: maximeq; exulceratas & rimosas. Oculorum autē epiphoras cum mellito aut cotoneo. Contra suppurantia cū polenta

imponitur. Decoctq; succus odoris exulcerationes et genitalium adhibetur ad sedem cum rosaceo aut cotoneo ĩ his quę acrius remediũ exigũt cũ putamine punici melle modico adiecto ad id demum ne leuiter inarescant. Adiiciunt et betę folia Impoſitur et ſtrumis pais uel maturis uel maturescẽtibus ex aceto discocta rimis et aqua mulsa uel cancrenis cum punici germine pernioibus ulceribus difficile cicatricẽ trahẽtibus propter dissolutionem stomachi. xxx. grana lentis deuorantur. Incolis quoq; et dissenteria efficatior est in tribus aquis cocta In quo usu melius semper ea torrere ante et tondere ut quã tenuissima detur per se: uel cũ Cotoneo malo aut pyris: aut myrto aut intubo erratico aut beta nigra: aut plãtagine pulmoni ẽ inutilis et capitis dolori nerui osisq; omibus et felli. nec somno facilis ad pustulas utilis: igniq; sacro et mãmis in aqua marina decocta. In aceto autẽ duritias et strumas discutit. Stomachi quidem causa polentę modo potionibus inspargitur quę sunt ambusta aqua semicocta curat postea trita & per cribrum effuso furfure. Mox prçcedẽte curatione addito melle ex posca coquitur ad guttura.

Est & palustris lens per se nascens in aqua non defluente refrigeratorię naturę: propter quod collectionibus illinitur & maxime podagris & per se cum polẽta glutinat & ĩterranea procidẽtia. Est silues tris & belysphacos dicta a grecis alis facos dicta satiua lente leuiore & folio minore atq; sicciore & odoratiore. Est & alterũ genus eius silues tris odore graui hęc minor folia habet Cotonei mali effigie: sed mĩora et candida quę cũ ramis decoquuntur Menses ciet & urinas & pastinacę marię ictus sanat torporem autẽ obducit percusso loco Bibitur cum abscynthio ad dyssenteriam cum uino cadẽ commorantes menses trahit abundantes sistit. Decocto eius poto p se imposita herba uulnerum sanguinem cohibet purgat & serpentium morsus Et si in uio decoquat pruritus testiũ sedat.

Nostri qui nunc sunt herbarii lelisphacon graece latinae saluiam uocant mente similem canã odoratã partus emortuos ea apposita extrahũt. Itẽ uermes auriũ ulcerumq;.

Cicer & silues tre ẽ foliis simile odore graui. Si largius sumatur aluus soluitur & inflatio Contrahitur & ad tormina tostum salubribus habetur.

Cicercula etiamnum magis in aluo proficit Farina utriusq; manantia capitis ulcera sanat efficatius silues tris. Item Comitiales & iocinerũ tumores & serpẽtiũ ictus Ciet menses & urinã grano maxie emẽdat & lichenas & testium iflamationes regiũ morbum hydropicos ledunt omnia hęc genera exulceratam uessicã & renes cãcrenis utiliora cum melle & his quę cacoethe uocantur. Vernicarum in omi genere prima luna singulis granis singulas tangunt: eaq; grana in linteolo deligant abiiciunt post se ita fugari uitium arbitrantes. Nostri prçcipiunt arietinũ in aqua discoquere cum sale qua ex ea bibere cyatos binos in difficultatibus urinę Sic & calculos pelli morbumq; regium Eiusdẽ foliis sarmẽtisq; decoctis aq̃ q̃maxie calida morbos pedũ tolli et ipsum calidũ tritũq; illitũ.

Columbini decocti aqua horrorẽ tertianę & quartanę minuere creditur. Nigrũ autem cum gallę dimidio tritum oculorum ulceribus ex passo medetur.

Eeruo quędam in mẽtione eius diximus. Nec potentiam minorẽ et ueteres q̃ brassicę tribuere Contra serpentiũ ictus ex aceto. Ad cocodrillorũ hominumq; morsum si quis eruum quotidie ieiunus edat lienẽ eius absumi certissimi auctores affirmant. Farina eius uarros sedat maculas cutis ex toto corpore emũdat. Serpere uulnera non patitur In mammis efficacissimum Carbunculos rumpit ex uino urinae difficultates Inflationis uitia Iocineris tenesmon quae cibum non sentiant atropha appellata tostum & in nucis auellanae magnitudine collectum melle deuoratumq;

corrigit·Itē in petigines ex aceto coctū & quarto die ſolutū panos ī melle ſuppurate probibet impoſitum aqua decoctum perniones & pruritus ſanat fouēdo qui & uniuerſo corpori.Si quis quotidie ieiunus biberit meliorē fieri colorē exiſtimāt.Cibuſ idem homini alienus uomitiones mou&.Aluum turbat Capiti quoq; & ſtomacho ponderoſum. Genua quoq; degrauat: ſed madefactū pluribus diebus miteſcit·Bubus Iumētisq; utiliſsimum. Siliquę eius uirides priusq̄ indureſcant cum ſuo caule foliisq; contritę capillos nigro colore īficiūt.

LVpini quoq; ſilueſtres ſunt omni noſtro minores preteq̄ amaritudiē. Ex omnibus quę eduntur.Sicco nulli miūs ponderis ē.nec plus utilitatis Miteſcunt Cinere aut aquis calidis colorem hominis frequētiori in cibo exhilarāt Amari cōtra aſpidas ualent.Vlcera atra aridi decorticatiq; triti ſuppoſito linteolo ad uiuū corpus redigunt.Strumas parotidas in aceto cocti diſcutiunt.Succus decoctorum cum ruta et pipere uel in febri datur Ad uentris animalia pellenda minoribus.xxx.anuorum pueris uero impoſiti uētri ieiunis proſunt & alio genere toſti & indefricto poti uel ex melle ſumpti. Idē auiditatem cibi faciunt·faſtidium detrabūt. Farina eoꝝ aceto ſubacta papulas prurituſq; ī balneis illita cohibet & per ſe ſiccat ulcera liuores emēdat.Inflationes cum polenta ſedat Silueſtrium efficatior uis eſt cōtra Coxendicium et lumborum debilitatē Ex Iiſdem decocta lentigines & fouētium cutē corrigūt. Si uero ad mellis craſſitudinē decoquatur uel ſatiui utiligines nigras & lepras. Satiui quoq; rumpunt carbunculos Impoſiti panos ſtrumas minuunt aut maturāt. Cocti ex aceto Cicatricibus candidū colorē reddunt.Si uero cęleſti aqua decoquant ſuccus ille qui exinde fit niega uocatur quo ſolent fouere cancrenę eruptiones pituitas ulcera manantia expellit.Ad lienem bibere & cum melle menſtruis haerentibus lieni crudi cum fico ſicca triti ex aceto īponūtur.Radix quoq; in aqua decocta urinas pellit Medentur pectori cū Cameleone herba decocti aqua & in potum colati. Sanant et ſcabiem quadrupedum omnium in amurca decocti. Ex utroq; liquore poſtea mixto fumus Cremato ꝝ culices necat.

IRionem inter fruges ſeſamę ſimilem eſſe diximus & a grecis eriſmion uocari Gallii uellion appellant. Eſt autē fruticoſum foliis erucę anguſtioribus paulo ſemine naſturtii.Vtiliſsimum tuſſientibus cum melle & in thoracis prurulentis et excreationibus Datur & regio morbo & lumbo ꝝ uitiis pleureticis torminibus celiacis Illinitur uero parotidum & Carcinomatum malis teſtium ardoribus ex aq̄ alias cum melle.In faucibus quoq; utiliſsimum.Itē ſedis uitiis & articularibus morbis et fico contra uenena etiam efficax potu medetur & ſuſpirioſis Itē fiſtulis cū axungia ueteri Ita ne ītus addatur.

ORminium ſemine ut diximus ſimile Cumino eſt· Cętero porro dodrantali altitudine duorum generū Alteri ſemen nigrius & ob lōgum hoc ad uenerem ſtimulandā & ad oculorum argenia albugineſq; Alteri candidius ſemen & rotūdius utroq; tuſo extrahuntur aculei e corpore per ſe illitum ex aqua folia ex aceto īpoſita panos per ſe uel cum melle diſcutiūt Item furūculos priusq̄ capita faciant omnesq; acrimonias

QVin & ipē frugum peſtes in aliquo ſunt uſu.Infęlix dictum eſt a uirgilio liliū hoc tamē mollitum ex aceto coctum īpoſitūq; ſanat impetigines celerius quo ſępius mutatum ē.Medetur & podagrę aliisq; doloribus cum oximelle curatio hęc a ęteris differt extario uno diluitur mellis uncię duę iuſtum eſt Ita temperati ſextarii tribus Decocta farīa lolii ſextariis duo uſq; ad craſſitudinē calidūq; īponi dolētibus mēbris eadē farina extrahit oſſa fracta.

MIliaria appellatur herba quę necat miliū hęc trita & cornu īfuſa cū in uino podagras iumētoꝝ dicitur ſanare.

BRomos ſemē eſt ſpicam ferētis herbę naſcitur inter uitia ſegetis auenę genere

et folio & ſtipula triticum Imitatur. In cacuminibus dependentes paruulas ueluti locuſtas habet. Semen utile ad cataplaſmata atq; ordeũ & ſimilia prodeſt tuſſiẽtibus ſuccus.

ORobacben appellauiũs necantẽ eruũ & legumina alii cynomorion eã appellãt a ſimilitudine canini genitalis Cauliculus ẽ ſine foliis pinguis rubens eſtur et per ſe in patinis cũ tenera ẽ decocta.

ET leguminibus inaſcuntur beſtiolę uenenatę: quę manus pungunt & piculũ uitę affertur ſoli figuraꝫ generis aduerſus has omnia eadẽ medentur quę cõtra araneos & phalangia demõſtratur.

ET frugũ quidẽ hęc ſunt ĩ uſu medico ex iiſdẽ fiunt & potus zitum in ęgypto cęlia & cerea. In hiſpaia ceruiſia & plura genera in gallia aliiſq; prouĩtiis: quorũ omnium ſpuma cutem fęminaꝫ in facie nutrit. Nam quod ad potum ipſum attinet pręſtat ad uini tranſire mentionẽ: atq; a uite ordiri medicinas arborum.

PERACTA CEREALIVM IN MEDENdo quoq; natura eſt omniumq; quę ciborũ aut floꝫ odorũq; gratia proueniunt ſupina tellure: non ceſſit his pomona ptoſq; medicas & pendentibus quoq; dedit nõ contẽta ptegere arborum umbra atq; alere quę diximus: imo uelut idig nata plus auxilii ineſſe his quę longius a cęlo abeſſent quęq; poſtea cępiſſent. primum enĩ cibum homini fuiſſe inde & ſic inductos caelum ſpectare paſciq; & nunc eſſe poſſe ſine frugibus. Ergo hercule artes in primis dedit uitibus non contenta: delitias. ſed etiam & odores atq; unguenta omphatio & oenanthe ac maſſari quę ſuis locis diximus nobiliter iſtruxiſſe. Plurimum ĩquit homini uoluptatis ex me eſt. Ego ſuccum uini: liquorẽ olei gigno ego palmas & poma: totq; uarietates: neq; ut tellus omnia per labores arant. Data cura arandi tauris terendi areis. Dein ſaxis ut quando quanto ne opere cibi fiant ex me parata omia: nec cura elaborandi: ſed ſeſe potrigẽtia ultro. Et ſi pigeat attingere etiã cadẽtia certauit ipſa ſecũ pluſq; utilitatis cauſa genuit q̃ uoluptatis.

FOlia uitium & pampini capitis dolores: iflamationesq; corporũ mitigant cum polenta folia per ſe ardores ſtomachi ex aqua frigida Cum farina uero ordei articularios morbos. pãpini triti & ĩpoſiti tumorẽ omnẽ ſiccant. Succus eorum diſſintericis ifuſus medetur lachryma uitium que ueluti gummi eſt lepras & lichenas et pſoras uitro ante pręparatas ſanat. Eadẽ cum oleo ſępius pilis illitis pſilotri effectũ habet maximeq; q̃ uiridis accenſę uites exſudant qua & uerrucę tolluntur. Pampini ſanguinem excreantibus & mulieꝫ a cõceptu defectioni diluti potu proſunt. Cortex uitium & folia arida uulnerum ſanguinẽ ſiſtunt: ipſumq; uulnus cõglutinãt. Vitis albę uiridis tuſę ſucco cum ture in pectigines tolluntur. Cinis ſarmẽtorũ uitiumq; et uinaceorum condilomatis & ſedis uitiis medetur ex aceto. Itẽ luxatis & ambuſtis et lienis tumori cum roſaceo & ruta & aceto. Item igni ſacro ex uino citra oleum aſpergitur & intertugines & pilos abſumit. Dant & bibendum Cinerem ſarmentorũ ad lienis remedia aceto conſparſum Ita ut uini cyati in tepida aqua bibantur utq; qui biberit ĩ lienẽ iaceat. Clauiculę ipſę quibus repunt uites tritę ex aqua pote ſiſtunt uomitionũ conſuetudinẽ. Cinis uitiũ cũ axungia uetere cõtra tumores proficit fiſtulaſ purgat. Mox & perſanat neruorum dolores frigore ortos: contractionesq; contuſas uero partes uel cum oleo carnes excreſcentes in oſſibus ex aceto & uitro. Scorpionũ

et Canum plagas cum oleo corticis per se cinis combustis pilos reddit.

OMphatium qua fier& ratione icipientis uuę pubertate in unguentorum loco docuimus nūc ad medicinā de eo pertinentia indicabimus. Sanat ea quę in humido sunt ulcera oris tonsillarum genitalium oculoꝝ claritati plurimum confert scabritie genarum ulceribusq; angulorum nubeculis ulceribus quacūq; in parte manantibus cicatricibus marcidis ossibus prurulente limosis mitigatur uehementia eius melle aut passo prodest & dissintericis sanguinem excreantibus anginis. Omphatio coberet cenanthe quā uites siluestres ferunt dicta a nobis in unguenti ratione laudatissimā in Syria maxime circa antiochię & laoditię mōtes: & ex alba uite refrigerata stringit uulneribus inspargitur Stomacho illinitur utilis urinae iocineri capitis doloribus dissintericis coeliacis colericis. Contra fastidia obolo ex aceto pota. Siccat manantes capitis eruptiones efficacissima ad uitia quę sunt in humidis. Ideo & oris ulceribus et uerendis ac sedi Cum melle & croco aluū sistit Genaꝝ scabiem emēdat oculorūq; lachrymationes ex uiō stomachi dissolutionē ex aqua frigida pota sanguinis excreationes. Cinis eius eius ad colliria & ad ulcera purganda paronichia & ptergia pbat. Vritur in furno donec panis percoquatur In assatis odoribus tātum gignit omnia quae auiditas humani ingenii nobilitauit rapere festinando.

MAturescentium autem uuae uehemētiores nigre. Ideoq; uinum ex his minus Iucundum. Suauiores albę: quoniame terra & a lucido facilius accipitur aer. Recentes stomachū & spiritum iflatione aluum turbant. Itaq; in febri damnantur utiq; largiores. Grauedinē enī capiti morbūq; lethargicum faciūt. Innocētiores quae decerptae diu pependere: qua uentilatione etiā utiles fiūt stomacho egrisq;. Nam & refrigrāt leuiter & fastidiū auferūt. Quę autē ī uiō dulci cōditę fuere caput tēptāt pximę sunt pēsilibus ī palea seruatę nā et uinaceis seruatę & caput & uessicā & stomachū ifestāt Sistunt tamē aluum Sanguinem excreantibus utilissimę. Quę uero in musto fuere peiorem uim etiānum habent: q̄ quę in uinaceis. Sapa quoq; stomacho iutiles facit salubertimas putant medici in celesti aqua seruatas etiam si minime iucundas. Sed uoluptatē earum ī stomachi ardore sentient & in amaritudine iecoris fellisq; uomitione & ī coleris hydropicisq; cum ardore febrium egrotātibus. At in ollis seruatę et os & stomachum & auiditatē excitant paulo tamē grauiores existimātur fieri uinaceorum halitu uuę florem in cibis si edere gallinacei uuas non attingunt. Sarmenta eorum in quibus acini fuerūt astringendi uim habēt efficatiora ex ollis.

NVclei acinorum eandem uim obtinēt hi sunt qui in uino capitis dolorē faciūt Tosti tritiq; stomacho utiles sunt. Inspargitur farina eorū polentae modo potionis dissintericis & celiacis & dissoluto stomacho. Decoctio etiam eorum fouere psoras et pruritum utile est.

VInacei per se minus capiti ac uessicę nocent q̄ nuclei mammaꝝ inflationi triti cum sale utiles. Decoctum eoꝝ ueteres dissintericos & celiacos uiuat & potioē ac fotu.

VVa theriaca de qua suo loco diximus cōtra serpētiū ictus estur pāpinos quoq; eius edendos censent: imponēdosq; & uinū acetūq; ex his factū auxiliarē Cōtra eam uim habent.

VVa passa quam astaphida uocant stomachum uentrem & īterranea temptaret nisi pro remedio in ipsis acinis nuclei essent. His exēptis uessicę utilis habet et tussi alba utilior utilis & arterie & renibus: sicut ex his passum priuatim a serpētibus contra hemoroida potens testium īflamationi cū farina uel cum uino aut semē Coriandri īponūtur. Itē carbuuculis articularibus morbis siue nucleis trita cū ruta.

Fouere ante uino ulcera oportet. Sanãt epinictidas & diſſinteriam cum ſuis nucleis & in oleo coctę cancrenis illiniũtur cum cortice raphani & melle podagris et ũguiũ mobilibus cũ panace et per ſe ad purgandum os caputq; cũ pipere Cõmanducatur.

A Staphiſagria ſiue ſtaphis quam uuam canimam aliqui uocãt falſo. Suũ enim genus cauliculis nigris erectis foliis labruſcae Fert foliculos uerius q̃ acinos uirides ſimiles Ciceri. In his nucleum triangulum maturesſcit cũ uindemia nigreſcitq; cum tamina rubentes norimus acinos ſciamuſq; illam in apricis naſci hãc nõ niſi ĩ opacis nucleis ad purgationem uti nõ cõſuerim propter ancipitẽ ſtrãgulationem: neq; ad pituitam oris ſiccandã quia fauces laedũt tyriaſim caput et reliquum corpus triti liberãt facilius admixta ſandaraca. Item pruritu et pſoris Ad dentium dolores decoquũtur ĩ aceto ad aurium uitia reumatiſmum Cicatricum ulcera manãtia. Flos tritus in uiõ cõtra ſerpẽtes bibitur. Semẽ enim abdicauerim propter nimiam uim ardoris. Quidam eam pituitariam uocãt et plagis ſerpentium utiq; illiniũt.

L Abruſca quoq; oenanthe fere ſatis dicta: quę a grẽcis ampeloſagria appellatur ſpiſſis et cãdicantibus foliis geniculata rimoſo cortice fert uuas rubẽtes cocci modo: qua Cutem in facie mulierum purgant et uarius coxendicum et lũborum uitiis tuſa cum foliis et ſucco proſunt. Radix decocta ĩ aqua pota ĩ uini cobi cyatis duobus humorem alui ciet Ideo hydropicis datur hanc potius crediderim eſſe quã uulgus uuã taminiam uocat. Vtuntur ea pro amileto & ad expiationẽ ſanguinis quoq; adhibẽt non ultra gargarizationes & ne quid deuoretur addito ſale thymo aceto mulſo. Idẽ et purgationibus ancipiti tẽptant.

H Vic ſimilis in ſalictis naſcens ideo diſtinguitur nomine cũ eodẽ uſus habeat et ſalicaſtrum uocatur Scabiẽ & prurigine hominũ: quadrupedũq; aceto mulſo trita hec efficatius tollit.

V Itis alba eſt quam grẽci ampeloleucen uocãt: Alii ſtaphilen: alii melochiron: alii pſilotrum: alii archezoſtim: alii cedroſin: alii madon appellant huius ſarmenta longis & exilibus internodiis geniculata ſcandũt folia pampinoſa ad magnitudinẽ hederae diuidũtur ut uitium Radix alba grandis raphano ſimilis ĩtio. Ex ea caules aſparagi ſimilitudine exeunt hi decocti in cibo aluum & urinam cient. Folia & caules exulcerãt corpus utiq; ulcerum phagadenis & cancrenis tibiarumq; tedio quę cũ caule illiniũtur ſemẽ in uua taris acinis depẽdit ſucco rubente. poſtea crocino: nouere id qui coria perficiunt illo enĩ utuntur: pſoris & lepris illinitur: lactis abundantiam facit coctum cum tritico potumq;. Radix numeroſis utilitatibus nobilis. Cõtra ſerpẽtium ictus trita dragmis duabus bibitur uitia cutis in facie uaroſq; & lentigines et ſugillata emẽdat & cicatrices. Eadẽq; prẽſtat in oleo decocta. Datur & ĩ comitialibus potus Item mente Commotis & uertigine laborantibus dragmę põdere quottidie anno toto. Et ipſa autem largior aliquando purgat ſenſus. Illa uis prẽclara quod oſſa fracta extrahit in aqua ĩpoſita aut brionia. Quare quidam hanc albam brioniã uocãt Aliam uero nigram. Efficatior in eodem uſu cum melle & ture ſuppurationes ĩcipientes diſcutit ueteres maturat & purgat. Ciet menſes & urinam. Eligma ex ea fit ſuſpirioſis & cõtra lateris dolores uulſis ruptis. Splenẽ ternis obolis pota. xxx. diebus conſumit Illinitur eadem cum fico & pterigiis digitorũ ex uino ſecũdas fęminãꝫ appoſita trahit & pituitam dragma pota exaqua mulſa. Succus radicis colligi debet ante maturitatem ſeminis qui illitus per ſe et cũ eruo lętiore quodam colore & cutis teneritates angonizat corpore Serpẽtes fugat Tonditur ipſa radix cum pingui fico erugatq; corpus ſiſtatĩ bina ſtadia ãbulẽtur. Alias uret: & niſi frigida ſtatim abluat̃ Iucundius hoc praeſtat nigra uitis: quoniam alba pruritum affert.

Est ergo brioīa nigra: quā ꝓprie uocāt alii chyroniā alii genecāthē aut a ꝓniā simile priori pręterq̄ colore huius semē colorē nigꝫ dixiūs eē asparago simile cuius asparagos dyocles pręttulit ueris asparagis in cibo urinę ciendę lieniq; minuendę In frutetis & barūdinetis maxime nascitur Radix foris nigra intus buxeo colore. Ossa infracta uel efficatius extrahit q̄ supradicta. Ceterū eidē peculiare ē quod iumētorū ceruicibus unice medetur. Aiunt si quis in uilla extruxerit fugere accipitres tutasq; aues fieri uillarum. Aliter eadē iumento hominęq; flegma aut sanguinē qui excreat talo deiecerint circumligata sanat. Et hactenus de uitium generibus.

Mvsta differentias habent naturales has quod sunt candida aut nigra aut inter utrunq; alia ex aliis: ex quibus passum curę differētias innumerabiles facit. In plenū ergo hoc dixisse cōueniet. Mustum omne stomacho iutile uenis iucundum a balneis raptim & sine iterrespiratione potum necat cantaridum naturę aduersatur. Item serpentibus maxime hemoroido & salamandrę. Capitis dolores facit & gutturi iutilis prodest renibus iocineri & iterraneis uessicę colleuat emini eas. Priuati etiā cōtra bupręstim ualet. Cōtra meconium lactis coagulationem cicutā toxicum torminum ex oleo potum redditumq; uomitionibus. Ad omia ifirmius album Iucūdius passi mustū: & quod minorē capitis dolorē afferat.

Vini genera differentiasq; perq̄ multas exposuimus. Et fere cuiusq; proprietates. Neq; est ulla pars difficilior tractatu aut numerosior quippe cū sit tardū dictu pluribus prosit an noceat. Pręterea q̄ ancipiti euentu potu statī auxilium fit aut uenenum. Et enī de natura quę ad remedia tantum pertinent nunc loquimur. Vnde de dando eo uolumen asclepiades condidit ab eo cognominatū Qui uero postea de uolumine illo disseruere innumera nos ista romana grauitate artiūq; liberalium appetentia: non ut medici sed ut indices salutis humanę diligenter distinguemus. De generibus singulis disserere imēsum ē & iexplicabile discordibus medicoꝫ sentētiis.

Svrentinum ueteres maxime probauere. Sequens ętas albanum aut falernum Deinde alia alii iniquissimo genere decreti quod cuiq; gratissimū caeteris omnibus pronuntiando qui ut constarent sententię quota portio imortalium his generibus posset uti. Iam uero nec proceres nunq̄ sinceris Eo uenere mores ut nomina modo cellarum ueniant statim in lancibus uindemiae adulterentur. Ergo hercule mirum dictu inocentius iam est quodcunq; & ignobilius. Hęc tamen facere constantissime uidētur sentētię: quoniā mētionē facimus siquis hoc quoq; discrimen exigit.

Phalernum nec in nouitate: nec in nimia uetustate corpori salubre ē media eius ętas a.xv.anno incipit ne rigido potum stomacho utile. Nō idem in calida diutinę tussi sorbetur merum utiliter a ieiunis. Itē in qnartanis nullo ęq; uenę excitāt Aluū sistit Corpus alit. Creditum est obscuritatē uisus facere: nec prodesse nec uis aut uessicę. Albana neruis utiliora Stomacho minus quae sunt dulcia uel austera. Falerna utiliora concoctionem minus adiuuant Stomachū modice iplēt. At surrētia nullo modo: nec caput temptant stomachi & itestinorū reumatismos cohibent.

Cecuba iam non gignuntur & quę supersunt sentina cōcoqui cibos cogūt uiriū plus surrentino Austeritatis albano uehemētię minus falerno. Ab his stataria non longo iteruallo affuere aluo Citando signū maxime conducere idubitatū ē. Reliqua in comune dicentur. Vino aluntur uires sanguis dolusq; hominū hoc distat orbis medius & mitior plaga circumtectis quantum illis feritas facit roboris tantum uobis hic succus lętus potus ossa alit fruge neruos aqua carnes ideo minus roboris est in corporibus illis & minus roboris. Contraq; labores patiētię Vino modico nerui

iuuantur. Copiosiore leduntur Sic & oculi Stomachus recreatur appetentia ciborum
inuitatur. Tristitię cura hebetatur urina & algor expellitur somnus conciliatur prete
rea uomitiones sistit collectiones extra lanis humidis ipositus mitigat. Asclepia
des utilitatem uini equari uix deorum potentia pronuntiat. Vetus copiosiore aqua
miscetur magis quo urinā expellit minus siti resistit. Dulce minus inebriat: sed sto
macho inatat. Austerum facilius cōcoquitur: leuissimū est quod celerrime iueterat.
Minus infestat neruos quod uetustate dulcessit. Stomacho minus utile est pingue
nigrum sed corpora magis alit tenue & austerū minus alit. Magis stomachū nutrit
celerius per urinā transit tanto magis capita tēptat hoc & in omnia alio succo semel
dictum sit. Vinum si sit fumo iueteratum isaluberrimū Mangones ista i appotecis
excogitauere. Iam & patresfamilias aetatem addi atq; per se cariem traxere quod certe
uocabulo satis consilii dedere prisci: quoniā & in materis cariem fumus erodit. At
nos e diuerso fumi amaritudine uetustatem idui persuasum habemus. Quę sunt ad
modum exalbida hęc uetustate insalubria sunt Quo generosius uinū est hoc magis
uetustate crassescit & in amaritudinē corpori minime utilem coit. Condrieq; eo aliud
minus annosum insalubre est. Sua cuiq; uino saliua inocētissima est Sua cuiq; & assa
gratissima hoc est media corporis augere uolentibus aut mollire aluum conducit
inter cibos bibere. Contra minuētibus aluumq; cohibentibus sitire in edendo postea
parum bibere uinum ieiunos bibere nouitio iuēto iutilissimum est curis Vigorēq;
animi impedit ad procinctū tendētibus. Somno uero ac securitatibus. Iam dudum
hoc fuit quod homerica illa helena ante cibum ministrauit. Sic quoq; i prouerbium
cessit sapientiam uino obumbrari. Vino damus homines quod soli animalium non
sitiētes bibimus Aquę potum iterponere utilissimum Itēq; iugi superbire ebrietati
quam quidē frigide potus extemplo discutit. Meracis potionibus per. xx. dies ante
Canis ortū: totidēq; postea suadet Hesiodus uti. Merum quidē remedio est Contra
cicutas Coriandrum aconita uiscum meconium argentū uiuum apes uespas Cabro
nes phalangia Serpentū scorpionumq; ictus Contraq; omnia quę refrigerādo nocēt
priuatim contra hemoroidas prēsteras fungos. Item contra iflationes corrosionesq;
prēcordiorum & quoq; stomachus in uomitiones effunditur. Et si uenter aut iterra
nea reumatismon sentiant dissintericis sudatoribus in longa tussi in epiphoris me
racis cardiacis In māma lęua merū in spongia iponi prodest. Ad omnia autē maxiē
album inuetereſcens utiliter & fouetur uino calido uirilitas Iumētis ifusa cornu lax
itudinē auferri aiunt. Simias quadrupedesq; quibus digiti sunt negāt crescere assue
tas meri potu Nunc circa egritudines sermo de uinis erit. Saluberrimum liberaliter
genitisq; campanię quodcūq; tenuissimum. Vulgo uero quod quēq; maxiē iuuerit
ualidum utilissimum omnibus sacco uiribus fractis meminerimus succū esse qui
feruendo uires e musto sibi fecerit. Misceri plura genera omibus iutile. Saluberrimū
cui nihil in musto additū est meliusq; si nec uasis pix affuit. Marmore enī & gypso
aut calce condita. Quis nō & ualidius expauerit. In primis igitur uinum marina aq̄
factum inutile est stomacho Neruis uesticę resina condita frigidis stomachis utilia
existimātur. Nō expedire uomitionibus sicut neq; mustū neq; sapa neq; passum no
uitium resinatum nulli conducit Capitibus dolorē & uertigines facit. Ad hoc dicta
crapula est. Tussientibus & i reumatismo nominata prosunt. Item cęliacis & dissin
tericis Mulierum mēsibus i hoc genre rubrū nigrum ue magis cōstringit: magisq;
calefacit Innocētius pice sola conditū. Sed & picem meminisse debemus nō aliud eē
q̄ combuste resinę fluxū hoc genus uini excalefacit concoquit purgat pectori uentri
utile Itē uuluarū dolori si sine fębre sint ueteri reumatismo exulcerationi ruptis cō
uulsis uomicis neruoq; ifirmitati iflationibus tussi anhelationibus luxatis in sucida
lana ipositū. Ad omia hęc utilius id quod spōte nature suę piceum recipit: piceatūq;
appellatur heluenaco quo tamen nimio capu tēptari Conuenit. Quod ad febrium

ualitudines attinet. Certũ est nõ dandũ ĩ febri nisi ueteribus ęgris: nec nisi declinãti morbo. In acutis uero periculis nullis: nisi qui manifestas remissiones habeant & has noctu potius dimidia pars periculi est. Noctu hęc est spes omibus bibentibus nec a partu ab ortu ue: nec a libidine egrotãtibus nec in capitis doloribus: nec quoꝫ accessiones cum frigore extremitatum fient: nec in febri tussiẽtibus: nec in tremore neruorum: uel in doloribus uel fautium: aut si uis morbi circa illa ĩtelligatur: nec in duritia prȩcordiorũ uenaꝫ uehemẽtia neq; in epistotono tetano nec singultientibus nec si cum febre dispnoea sit. Minime uero oculis rigentibus & genis stantibus: aut defectis grauibus: nec quorum cõuiuẽtiũ prȩlucebũt oculi palpebris ue nõ coeũtibus uel si dormientibus hoc idẽ euenit. Aut si cruore suffundũtur oculi uel si lachrymę in oculis erunt minime lingua fungosa nec graui & subinde ĩperfecta loquentibus: nec si urina difficile reddetur: neq; expauescentibus repente: nec spaticis aut rursus torpintibus: nec si per somnos genitura effundatur. Cardicoꝫ morbo unicam spem esse in uino certum est: Sed id dandũ nõ nisi in accessione cẽsent. Alii in remissione. Illi ut sudorem coherceãt bi quia tutius putant minuẽtes e morbo q̃ plurimũ sniam esse uideo. Dari utiq; nõ nisi in cibo debet nec a somno: nec prȩcedente alio potu hoc est utiq; sitienti: nec nisi in despecatione supprema & uiro facilius q̃ fęminę. Seni q̃ Iuueni. Iuueni q̃ puero byeme q̃ estate. Assuetis potius q̃ inexpertis modus dandi pro uehemẽtia uini. Itẽ mixturam aquę uulgo satis putant unũ uini cyatũ duobus aquę misceri si dissolutio sit stomachi dandum. Si cibus nõ descendat inter uini genera quae docuimus fingi: nec fieri iam arbitror & superuacuum eorum usum cũ ipsis rebus: ex quibus fingitur. Doceamus uti & alias modũ excesserat medicorum ĩ his ostentatio ueluti in apiis uinum utile esse ab armoꝫ equitandi ue lassitudiẽ prȩcipientium. Atq; ut reliq̃ omittamus etiã e Iunipero: & si quis satius censeat abscynthite uino utẽdum potiusq̃ abscynthio ipso in reliquis omittatur. Et palmeum capiti noxium uentriq; tantũ molliẽdo & sanguinẽ excreãtibus non Inutile. Fictitiũ non potest uideri quod bion appellauimus: cum sit in eo sola pro arte festinatio. Prodest stomacho dissuluto. aut cibos nõ perficiente prȩgnãtibus defectis paralyticis tremulis uertigini torminibus sciaticis. In pestilẽtia quoq; ac peregrinationibus uĩ magnã auxiliandi habere dicitur.

VIni etiam uitiũ transit in remedia. Aceto summa uis est in refrigerãdo nõ tamẽ minor in discutiẽdo. Ita fit ut ĩfuso terrę spum&. Dictum est sępius diceturq; quocienscũq; alius prosit p se haustũ fastidia discutit singultus cohibet. Sternutamẽta olfatu uim in balneis estus arc&: si contineatur ore quin & cũ aqua bibitur multorũ stomaco utiliter gargarizatur. Cum eadẽ Conualescẽtium & a solis ardoribus oculis quoq; illo modo saluberrimũ fotu medetur post uredines. Itẽ lepris furfuribus ulceribus manãtibus causis morsibus scorpionũ ictibus scolopendraꝫ muris aranei Cõtraq; omniũ aculeorum uenena & pruritus. Itẽ cõtra multipedum morsus calidum ĩ spongia: aut adiecto sulphuris sextario sextariis tribus aceti aut isopi fasciculo. Medetur sedis uitiis ĩ sanguis fluctioẽ post excisos calculos & omẽs alias rosiones foris in spongia ĩpositũ ĩtus potus cyatis binis q̃ acerrimũ. Conglobatum utiq; sanguinẽ discutit contra lichenẽ & bibitur & imponitur. Sistit aluũ & reumatismos ĩterrãeoꝫ ĩfusum. Itẽ procidẽtia sedis uulueq; tussim ueterẽ. Inbib& & gutturis reumatismos ortopnoeam dẽtiũ labefactionẽ. Vesicę noc& neruorumq; ĩfirmitatibus. Nesciere medici quãtum contra aspidas poller&. Nuper ab aspide calcata percussus utrẽ aceti ferens quotiẽs deposuisset: ictum sentie abt. Alias illeso similis. Intellectũ ibi remedium est potuq; succursum: neq; altero colluũt ueneã exuggẽtes. In totũ uomitrix uis hęc nõ ciborũ modo est. Verum & rerũ plurimarũ saxa rumpit ĩfusum quę nõ rũpit ignis antecedẽs. Cibos quidẽ & sapores nõ alius magis succus. Cõmẽdat: aut excitat. In quo usu mitigatur usto pane: aut cũ uiõ uel accenditur pipere ac lassere utiq; salo

compescitur· Non est pretereũdum in eo exemplum īgens. Si quidem. M·agrippa suppremis suis annis cōflictatus graui pedum morbo. Cũ dolorẽ eum perpeti neq; ret unius medicorum portẽtosa scientia ignorãte diuo Augusto tãti putauit usu pedum sensumq; omni carere: dummodo & dolore illo carer&. Demersis in acetum calidum cruribus in acerrimo impetu morbi euasit.

ACetũ scilinũ iueteratum magis probatur. Prodest
super ea quę diximus acessentibns cibis. Gustatu enī discutit poenã eam & his qui ieiuni uomũt. Callum enim faucium facit ac stomachi odorem tollit gingiuas astringit dentes firmat colorẽ meliorẽ praestat tarditatem quoq; aurũ gargarizatioẽ purgat: & transitum auditus aperit. Oculoꝝ aciem obiter exacuit comitialibus melancolicis uertiginosis uuluarũ stragulationibus percussis: aut pręcipitatis & ob id sanguine cõglobato Neruis īfirmis renũ uitiis perq̃ utile. Cauẽdũ exulceratis.

OXymel antiqui ut dyocles tradit hoc modo temperabãt. Mellis eminas quinq; silis marini pondo librã quadrantem aquę marinae sextarios .v. pariter decoquebant decies descendente cortina: atq; ita diffundebant. Inueterabantq;. Sustulit id totum Asclepiades coarguitq;. Nam etiam in febribus dabant: profuisse tamẽ fatẽtur contra serpentes: quos sępas uocant. Et contra meconium ac uiscum & anginas calidũ gargarizatum & oris & auribus: gutturisq; desideriis: quę nunc omnia oxyalme cõtigũt Itẽ sale & aceto recente efficatius ē.

VIno Cognata res sapa est Musto decocto donec tertia pars supersit Ex albo hoc melius usus cõtra cãtaridas bupreſtin pinorũ erucas quas pitrocampas uocant salamandras: & contra mordentia uenenata. Secundas partusq; mortuos trahit cum bulbis potum Fabianus auctor est. Venenũ esse si qs ieiunus a balneis bibat id.

COnsequens hoꝝ est fex uini cuiuscũq; generis. Ergo uini fecibus tanta uis ē ut descendentes in cupas enec&. Experimẽtum demissa prębet lucerna q̃ diu extinguit̃ piculũ denũtiãs est. Illota miscet̃ medicamẽtis Cum iridis uero pari pondere Eruptionibus pituitę illiniuntur & sicca uel madida. Contra phalangias & testiũ mãmaꝝ q; inflationes: uel in quacunq; īflatione uel ī quacũq; parte corporis Itẽ cum ordeacea farina & turis polline uino decocta crematur & siccatur In experimẽtum est legittẽ coctae ut refrigerata linguam tactu uideatur urere. Celerrime examinatur nõ īclusa condita Crematio ei multũ uirium adiicit. Vtilissima est ad compescendas lichenas furfures cum uino decocta. Sic & lepris & ulceribus manantibus īpoitur. Fungorũ naturę cõtraria est pota: sed magis cruda. Oculoꝝ medicamẽtis cocta & lota miscetur Medetur illita & testibus & genitalibus In uino autẽ aduersus strangurias bibitur. Cũ expirauerit quoq; lauandis corporibus & uestibus utilis. Nũc usum acatiç habet

FEx aceti pro materia acrior sit necesse ē: multoq; magis exulcer&. Resistit suppurationum īcremẽtis stomachi īterranea uẽtrem illita adiuuat. Sistit reumatismos earum partium & mulieꝝ menses panos discutit nõdum exulceratos & anginas sacros ignes cum Cera mãmas lactis fui īpatiẽtes eadẽ extiguit ũgues scabros aufert e serpentibus contra cerastas ualidissima cũ polẽta cum melanthio autẽ Contra crocodilli morsus & Canis. Et hęc cremata ampliat uires. Tũc addito lentiscio oleo illita una nocte ruffat capillũ. Eadẽ ex aqua in linteolo apposita uuluas purgat. Sapę fece ambusta sanãtur melius addita lanugine harundines. Eadẽ fece decocta potaq; tussef ueteres Decoqtur ī patinis cũ sale ex adipe ad tuõrẽ quoq; maxillarum & Ceruicum

OLearum proxima auctoritas ītelligitur folia earum uehemẽtissime astringunt purgant sistunt. Itaq; cõmanducata & īposita ulceribus medẽtur & capitis doloribus

illita cũ oleo .Decoctũ eorum cum melle his quę medici uſſerint. Gingiuaꝫ infla
mationibus paronitus ſordidiſq; ulceribus & putreſcentibus cum melle. Sãguinis
profluuiũ eneruoſis partibus cohib&.Succus eaꝫ carbunculantibus circa oculos ul
ceribus & puſtulis procedentiq; pupillę efficax Qua propter in colliria additur. Nã
& ueteres lachrymationes ſanat & genitũ eroſiones .Exprimit̃ autem ſuccus tõſis
affuſo uino & aq̃ celeſti ſiccatusq; in paſtillos digeritur ſiſtit mẽſes in lana ad motus
uuluę utilis & ſanie manãtibus .Item cõdilomatis ignibus ſacris quęq; ſerpũt ulceri
bus epignidis.Eoſdem & flos earum hab& effectus.

VRuntur cauliculi floreſcẽtes ut ſpodii Cinis uicẽ preſtet uinoq; ifuſo iteꝫ uritẽ
Suppuratiões paõs illiniũt Cinere eo uel foliis tuſis cũ melle oculos uero cũ poleta.

SVccus fruticis recẽtis accẽſi diſtillans ſanat lichenas furfures manantia ulcera.

NAm lachryma quę ex arbore ipſa diſtillat ethiopicę maxiẽ oleae mirari ſatis nõ
eſt.Reperti ſunt qui dẽtium dolores illiniendos cenſerent Venenũ eſſe prędicãtes:
atq; etiã in oleaſtro querendã e radice olee q̃ tenerrimę Cortex deraſus in melle cre
bro guſtatu medetur ſanguinem reuicentibus & ſuppurata tuſſiẽtibus.Ipſius oleae
cum axungia tumores ſanat: extrahitq; fiſtulis uitia & ipſas ſanat.

OLiuę albę ſtomacho utiliores: uentri minus preclaꝫ habẽt uſum anteq̃ cõdiãtur
recentes per ſe cibi modo deuoratę Medẽtur enim barenoſae urinę.Itẽ dentibus aut
attricis: aut cõuulſis Nigra oliua ſtomacho iutilior· Ventri facilior Capiti & oculis
non Cõuenit.Vtraq; ambuſtis prodeſt trita & illita ſed nigra cõmãducatur & ptiũs
ex ore iposita puſtulas gigni prohib&.Colũbales ſordida ulcera purgãt iutiles diffi
cultatibus urinę.

DE amurca poteramus uidere ſatis dixiſſe Catonem: ſed petita reddẽda medicię
quoq; eſt gingiuis & oris uiceribus dentiũ ſtabilitati efficacissime ſubueit.Itẽ
ignibus ſacris ifuſa & his quę ſerpunt permionibus.Nigrę oliuę amurca utilior.Itẽ
infantibus fouendis.Albę uero mulierum uuluę in lana admouetur. Multo autem
omnis amurca decocta efficatior Coquitur ĩ cypreo uaſe ad craſſitudinẽ mellis. Vſus
eius cum aceto: aut uino uetere: aut mulſo ut queq; cauſa exigat in curatione oris dẽ
tium aurium ulcerum manantium genitalium. Rhagadum uulneribus in linteolis
iponitur luxatis in lana Ingens hinc uſus utiq; iueterato medicamẽto. Tale enim fi
ſtulas ſanat.Infunditur ſedis genitalium uuluę exulcerationi.Illinitur uero podagriſ
incipiẽtibus.Item articularis morbis Si uero omphatio recoquatur ad craſſitudinẽ
mellis caſuros dentes extrahit.Item iumentorum ſcabiem cum decocto lupinorum
et Cameleonte herba mire ſanat cruda amurca podagris foueri utiliſsimum.

OLeaſtri foliorũ eadẽ natura. Spolium e cauliculis uehemẽtius inhibet reuma
tiſmos ſedat & iflamationes oculorũ purgat Vlcera alienata explet excreſcẽtia leni
ter erodit ſiccatoq; & ad Cicatricem perducit.Cetera autẽ in oleis peculiare autẽ quod
folia decoquuntur & ex melle dantur cocleariibus cõtra ſanguinis excreationes.Oleũ
tamen acrius atq; efficatius & eo os quoq; colluitur Ad dentium firmitatẽ.iponũtur
folia & paronichis & carbunculis & contra omnẽ collectionem cum uino his uero
quę purganda ſunt cũ melle miſcentur oculoꝫ medicamẽtis & coctum foliorum et
ſuccus oleaſtri utiliter & auribus iſtillatur cũ melle uel ſi pus effluat. Flore oleaſtri
condilomata illiniuntur & epinictides. Item cum farina ordeocea uenter in reuma
tiſmo cum oleo capitis doloribus· Cutem in capite ab oſſibus recedentem cauliculi
decocti & cum melle impoſiti comprimũt.Ex oleaſtro maturi in cibo ſumpti ſiſtũt

aluũ. Tosti autẽ & cũ melle triti nomanas repurgant. Carbunculos rumpunt.

OLei naturam causasq; abunde diximus. Ad medicinam ex olei generibus hæc pertinet. Vtilissimũ est omphatium proxime uiride. Præterea q̃ maxime recens nisi cum uetustissimum quæritur tenue odoratum quodq; nõ mordeat. E diuerso q̃ i cibos eligitur Omphatium prodest gingiuis si contineatur i ore colorẽ dẽtiũ custodit magis q̃ aliud & sudores cohibet.

OEnanthimo idẽ ẽ effectus qui rosaceo. Omni autem oleo mollit corpus uigorẽ & robur accipit. Stomachum contrarium auget & ulcerum increméta. Fauces exasperat & omnia uenena hebetat. Cohibet præcipue psimitii & gypsi in aqua mulsa aut ficorũ siccarum decoctu potum. Contra meconium ex aqua. Contra cantaridas bupræstin salamandras pytrocampas per se lotum redditumq; uomitionibus contra omnia supradicta lassitudinẽ profectionum refectio est. Tormina calidũ potũ cyatis sex magisq; ruta simul decocta pellit. Item uentris animalia soluit aluum eminę mẽsura cum uino & calida aqua potum aut typsanę succo uulnerariis emplastris utile faciem purgat. Bubus per nares ifusum donec ruptetur iflationem sedat. Vetus autem excalefacit corpa magisq; discutit sudores duritias magis diffundit lethargicis magis auxiliare et inclinato morbo oculoꝝ claritati cõfert aliquid cum pari portione mellis ac opii capitis doloribus remediũ ẽ. Itẽ ardoribus i febri cũ aq̃ si uetusta non sit occasio Decoquit ut uetustatẽ repræsentet.

OLeum Citrinum bibitur ad purgationes uentris cũ pari caldę mẽsura priuati dicitur purgare præcordia: prodest & articuloꝝ morbis duritiis omibus uuluis auribus ambustis Cum cinere uero muricum sedis iflamationibus. Itẽ psoræ colorem cutis cõmendat: Capillumq; fertili naturę uocat. Semẽ ex quo fit nulla animans attigit elydimia ex una fiunt claritatis præcipuę ex oleo lumẽ obscurum propter nimiam pinguedinẽ. Folia igni sacro illiniũtur ex aceto per se autẽ recentia mammis & epiphoris eadẽ decocta i uino iflamationibus cũ polenta Croco p se autẽ triduo iposita faciem purgant.

OLeum amygdalinum purgat mollit corpora cutem erugat nitore commendat. Varos cum melle tollit a facie. Prodest & auribus cum rosaceo & melle & mali punici germine decoctũ. Vermiculosq; in his necat & grauitatẽ auditus discutit. Seuos icertos & tinnitus obiter capitis dolores & oculoꝝ medetur furunculis & a sole ustis cum cera. Vlcera manantia & furfures cum uino expurgat. Cõdilomata cũ meliloto p se uero capiti illitũ somnũ allicit.

OLeum laurinum utilius: quo recentius quoq; uiridius colore uis eius excalefactoria: & ideo paralyticis pasticis sciaticis sugillatis capitis doloribus inueteratis distillatioibus auribus i calice punici calefactũ illinit.

SImilis & myrtei olei ratio astringit inducat medetur gingiuis dentium dolori dissinterię uuluę exulceratę uesticis ulceribus uetustis uel manãtibus cũ squamaęris & cera. Item eruptionibus ambustionibus attrita sana & furfures rhagbadas condilomata articulos luxatos odorem grauẽ corporis aduersatur cantaridi bupręsti alisq; malis medicamẽtisquę exulcerando nocẽt.

CHamemirsine siue oxymyrsine eadẽ natura.

CVpraessinum oleum eosdem effectus habet: quos myrteum.

ITem cytreum emicę uero iuglandinũ quod Carinum appellauimus allopetiis utile est & tarditati aurium ifusum. Itẽ capitis dolori illitum cęterũ iners & graui sapore. Enim uero si quid in nucleo putridi fuerit totus modus deperit.

EXgnidio grano factum eandem uim hab& quam Cicimum.

EXlentisco factum utilissimũ acopo ẽ. Idẽq; pre ficer & ęq; ut rosaceũ ni durius paulum ĩtelligeretur Vtuntur eo & contra nimios sudores papulasq; sudorũ Scabiẽ Iumẽtorum efficatissime sanat.

BAlanium oleum repurgat naros furunculos lentigines gingiuas.

CYprus qualis est & & quẽadmodum ex ea fieret oleũ docuimus. Natura leuis excalefacit emollit neruos folia stomacho illiniũrur & uuluę concitatę succus quoq; eorum apponitur folia cõmanducata recentia ulceribus in capite manantibus Itẽoris medentur collectionibus condilomatis. Decoctum foliorũ ambustis & luxatis ꝓdẽ Ipsa ruffant capillum tusa adiecto structei mali succo. Flos capitis dolores sedat in aceto illitus. Idẽ combustis ĩ cruda olla nomas sanat & putrescentia ulcera per se uel cum melle odor floris & qui somnũ facit astringit gleucinũ & refrigerat eadẽ ratioẽ qua & oenanthinum.

BAlsaminum longe pretiosissimũ omnium ut in unguentis diximus. Contra omnes serpentes efficax oculorum claritati plurimum confert caliginẽ discutit. Item dispnoeas collectiones omnes duritiasq; lenit. Sanguinem densari prohibet ulcera purgat auribus capitis doloribus tremulis pasticis perq̃ utile aduersatur Aconito ex lacte potum. Febres cũ horrore uenientes peruenctis leuiores facit utendum tamen modice: quoniam adurit.

MAlobatri quoq; naturam & genera exposuimus urinam ciet oculoꝝ epiphoris uino expressum utilissime ĩpoitur Itẽ frontibus dormire uolẽtibus efficatius si et nares illiniantur aut si ex aqua bibatur. Oris & alitus & suauitate commendat. Lingue subditum foliũ sicut & uestiũ odorẽ ĩterpositũ.

HYostiaminum emolliendo utile est neruis Iutile potũ q dẽ cerebri motus facit

IErminum e lupinis emollit ꝓximũ rosaceo effectũ habẽs.

NArcisinum dictum est cum suo flore Raphaninum ptyriases longa ualitudiẽ cotractas tollit scabritiasq; cutis ĩ facie emẽdat.

SEsaminũ auriũ dolores sanat & ulcera quę serpũt & quę chacoete uocãt ulcera

LLilium quod & syricum uocauimus renibus utilissimum ẽ fudoribusq; euocandis uuluę molliende cõcoquẽdisq; ĩtus.

SElgiticum neruis utile esse diximus: sicut herbaceũ quoq; quod egubini Circa flaminiã uiam uendunt.

CLeomeli quod in syria ex ipsis oleis emanare diximus. Sapore melleo non siẽ nausea aluum soluit bilem precipue detrahit duobus cyatis in emina datis qui libere torpescunt excitanturq; ore potores certaturi presumunt ex eo cyatum.

PIssino oleo usus est ad tussim: ad quadrupedum scabiem. Est autẽ uitibus oleisq; proxima nobilitas palmis inebriant Recentes capitis dolores afferũt minus siccę nec quantum uidetur utiles stomacho. Tussim exasperant Corpus augent. Succum decoctum antiqui pro hydromelite dabant egris ad aures recreandas sitim sedandã in quem usum preferebant thebaicas. Sanguinem quoq; excreantibus in cibo utiles maxime illiniuntur. Chariote stomacho uesicę uentri Intestinis cũ cotoneis & cera & croco sugillata emendant.

NVclei palmarũ cremati in fictili nouo. Cinere loto spodii uicem efficiunt miscenturq; collirius & callblephara faciunt addito nardo

PAlma quę fert mirobalanum probatissimum in egypto ossa non habet. Reliq̃ q̃ modo in balanis aluũ & messes ciet in uino austero & uulnera conglutinat.

PAlma elatae siue statae medicinę confert gramina folia corticem: folia imponuntur prącordiis stomacho iocineri ulceribus quę serpunt cicatrici repugnantia psora cortex eius tener cũ resina & cera sanat diebus.xx. Decoquitur & ad testium uitia. Capillum denigrat suffitu partus extrahit. Datur bibendus renum uitiis & uessicę & prącordiorũ capiti & neruis illinitus. Vuluę ac uentris fluitionem sistit decoctũ eius Itẽ Cinis ad tormia potus ĩ uino albo ĩ uuluaę uitiis efficacissiũs.

PRoximę uarietates generum medicinarũq; mala habent. Ex his uerna acerba stomacho Inutilia sunt. Aluũ uessicã circũagunt Neruos lędunt cocta meliora.

COtonea cocta suauiora. Cruda tamen dumtaxat matura prosunt sanguinẽ excreantibus At dissintericis colericis cęliacis non idem possunt decocta: quoniam amittunt constringẽtem illam uim succi. Imponuntur & pectori in febris ardoribus & tamen decoquuntur in aqua cęlesti ad eadem quę suprascripta sunt. Ad stomachi autem dolores cruda decocta ue cerati modo imponũtur lanugo earum Carbũculos sinat. Cocta cum uino & illita cum cera Allopetiis capillũ reddunt. Quę ex his cruda in melle condiuntur aluum mouent. Mellis autem suauitati multum aduiciunt stomachoq; id utilius faciunt. Quę uero in melle cocta condiuntur: quidã ad stoãchi uitia trita cum rosę foliis decoctis dãt pro cibo Succus crudorũ lienibus ortopnoicis hydropicis prodest. Item mammis condilomatis uaricibus. Flos & uiridis & siccus inflamationibus oculorum excreationibus sanguinis mensibus mulierum confert. Fit & succus ex his mitis cum uino dulci tusis utilis coeliacis & iocineri: decocto quoq; eorum fouentur si procidant uuluę & interranea. Fit oleum ex his quod mellinum appellauimus quotiens non fuerint in humidis nata. Ideo utilissima quę ex Sicilia ueniunt minus utilia struthia q̃uis cognata. Radix eorum circumscripta terra manu sinistra capit̃ ita ut qui facit dicat q̃re capiat & cuius causa sit adalligata struthias medetur.

MElimelia & reliqua dulcia stomachum & uentrem soluunt Siticulosa estiuosa: sed neruos non lędunt. Orbiculata sistunt aluum & uomitiones & urinã ciẽt.

SIluestria mala silia sunt uuis acerbis aluumq; sistunt. Sane in hunc usum immatura opus sunt. Cytrea contra nenenum in uino bibuntur & ipsa uel semẽ faciũt suauitatẽ oris decocto eorum colluto aut succo expręsso borũ semẽ edendũ prącipiũt ĩ malitia pręgnantibus. Ipsa uero cõtra ĩfirmitatẽ stomachi: sed non nisi ex aceto facillime mandũtur.

SYleris folia illita fronti capitis dolores ſedant. Eiuſdē ſemē contritum in oleo ptbyriaſis coercet: ſerpentes & hūc fruticem fugiūt baculūq; ruſtici ob id ex eo gerunt.

IGuſtū eadē arbor eſt quē in oriēte Cypros ſuoſ in Europa uſus habet. Succus eius neruos articulos algores iuuat. Folia ubiq; ueteri ulceri cum ſalis mica & oris exulcerationi proſunt. Acini cotra ptbyriaſim. Itē contra intertrigines uel folia. Sanat & gallinaceoū pituitas acini.

FOlia alni ex feruēti aq̄ remedio ſunt tumori.

HEderē genera. xx. demōſtrauimus. Natura omnium in medicina anceps. Mētem turbat & caput purgat Largius pota neruis intus nocet Iiſdē neruis adhibita foris prodeſt. Eadem natura quae aceto ei eſt. Omnia genera eius refrigerant urinam cient potu capitis dolorē ſedāt prēcipue cerebro cōtinentiq; cerebū mēbranae utiliter mollibus impoſitis foliis cū aceto & roſaceo tritis & decoctis Addito poſtea roſaceo oleo Illiniunt autem fronti & decocto eoū fouetur os caputq; perungit lieī & pota et illita proſunt. Decoquūtur & contra horrores febriū eruptionesq; pituitae aut in uino terunt. Corymbi quoq; poti uel illiti lienē ſanant. Iocinera autem illita trabunt & mēſes appoſiti. Succus hederē tedia narium grauiolētiamq; emēdat prēcipue albē ſatiuē. Idē īfuſus naribus caput purgat. Efficatius addito nitro īfunditur et prurulentis auribus aut dolētibus cum oleo Cicatricibus quoq; decorem facit. Ad lienes efficatior alba cum ferro calefacta. Satisq; eſt acinos ſex in uini cyatis duobus ſummi. Acini ex eadē alba terni in aceto mulſo poti tineas pellunt In qua curatione

uentri quoq; imposuisse eos utile est.

HEdera quam erbysolariā appellauimus baccis aurei coloris.xx.in uini sextario tritis ita ut terni cyati potētur aquā quę cutē subierit p urinam educit. Erasistratus eiusdem acinos.v.tritos in rosaceo oleo calefactosq; in Cortice puniceo istillauit dentium dolori a contraria aure acini qui Croci succum habēt pręsumpti potu a cantpula tutos pręstant. Item sanguinem excreantes aut torminibus laborantes.

HEderę candidioris nigri corymbi poti steriles etiā uiros faciunt. Illinitur decoctaq; cum uino omniū ulcerum generi etiam si cacoethes sint lachryma hederę psilotrum est pthyriasimq; tollit Flos cuiusq; generis triū digitorū carptu dissintericos & aluum citam emendat in uino austero bis die potus & ambustis illinit utiliter cū cera denigrat capillum corymbi. Radicis succus in aceto potus cōtra phalangia prodest. Huius quoq; ligni uase splenicos bibētes sanari Inuenio. Et acinos terūt mox comburunt & ita illiniunt ābusta prius perfusa aqua calida. Sunt qui & icidant succi gratia. eoq; utant ad dentes erosos frangiq; tradunt proximis cera munitis ne ledāt.

GVmmi etiam in hedera quęruntur quod ex aceto utilissimū dētibus pmittūt

GRaeci uicino uocabulo cisson appellant fruticē maiorem thymo foliis ocymi. Duo eius genera flos masculo rosaceus foeminę albus. Ambo prosunt dissintericis & solutionibus uētris in uini austero ternis digitis flore capto & similiter bis die poto Vlceribus ueteribus & ambustis cū Cera & per se oris ulceribus sub his nascitur maxime hypocisis quam iter herbas dicemus.

CIssos eritranos ab hisdem appellatur similis hederae coxendicibus utilis e uiō potus. Item lumbis tātam uim accipi ut sanguine urina detrahat.

IIdem chamecisson appellant hederam nō attollentē se a terra & hęc contusa in uino acetabuli mēsura lieni medet. Folia ābustis cū axūgia.

MIlax quoq; qui antoporas cognomiātur similitudinē hederę habet tenuioribus foliis Coronam ex eo factam impari foliorū numero aiunt capitis doloribus mederi. Quidā duo genera mylacis dixere Alteū īmortalitati proximū in Cōuallibus opacis scādētē arboū comātibus alteū comātibus acinoū corymbis cōtra ueneāta oia efficacissimis in tantū ut acinoū succo īfantibus sępe instillato nulla postea uenena nocitura. Alteū genus culta amare & ī his gigni nullius effectus illā eē miliacē priorē cuius lignū ad aures sonare diximus.

SImilem huic aliqui demamecidam appellauerūt repentem per arbores geniculatam & ipsam. Folia eius leprā purgant. Semen aluum soluit acetabuli mensura In aqua emina aut aqua mulsa Datur ex eadem causa & decoctum eius:

HArundinis genera.xxxviii.demōstrauimus. Non aliter euidentiore illa natura ut q̄ continuis his uoluminibus tractamus. Siquidē harundinis radix contrita & īposita filicis stirpem corpore extrahit. item harundinem filcis radix & quo plura genera fecimus. Illaq; in Iudea syriaq; nascitur odorū unguentorūq; causa urinā mouet cum gramine: aut appii semine decocta ciet & menstrua: admota medetur cōuulsis duobus obolis pota iocineri renibus hydropi tussi etiam suffitu: magisq; cum resina furfuribus ulceūq; manantibus Cum myrrha decocta. Excipitur & succus eius: fitq; elati similis. Efficacissima in omni harundine quę proxima radice et efficatia geicula harundo cypria quę donax uocat Corticis Cinere allopetias emendat Itē putrescētia ulcera. Folia eius ad extrahendos aculeos utuntur efficacibus contra ignes sacros: collectionesq; omnes. Vulgaris harundo extractoriam uim habet & recens tusa nō

in radice tãtum multi enim & ipsam harundinẽ tradũt·Medetur & luxatis & spinę doloribus radix in aceto illita.Eadem recens trita & in uino pota uenerem concitat· Harundinũ lanugo illata auribus obtũdit auditũ.

COgnita res est in ęgypto harundinẽ papyꝫ pręcipuę utilitatis cum inaruerit ad laxandas siccandasq; fistulas & intumescendo ad introitum medicamentorum aperiendas.Chartaq; fit ex eo cremata inter caustica est.Cinis eius ex uiõ potus somnum facit Ipsa ex aq̃ iposita callũ sanat.

INaegypto quidẽ nascitur hebenus ut docuimus. Nec tractamus in medicina alienos orbes. Non omittẽtur tamen propter miraculum. Scobem eius oculis unice mederi dicũt: lignoq; ad cotem trito cum passo caliginẽ discutit.Ex aqua uero radice albugines oculorum.Item tussim pari modo dracunculi radicis adiecto cum melle:hebenũ medici & inter erodentia assumũt.

RHododendros ne nomẽ quidẽ apud nos inuenit latini rhododaphnẽ uocant aut nerium. Miꝫ folia eius quadrupedum Venenũ esse homini uero contra serpentes pręsidiũ ruta addita & uino pota pecus etiã & caprae si aquam biberint in qua folia ea maduerint mori dicunt.

NEc rhusen latinum nomẽ habet cum in usum plurimodis ueniat.Nam & herba est siluestris foliis myrti cauliculisq; breuibus quę tineas pellit & frutex excoriarius appellatur subrutilus cubitalis crassitudine digitali:cuius aridis foliis & mali corio Coria perficiũtur medici autem rhoicis utunt ad contusa. Item cęliacis & sedis ulcera autem quae phagadenas uocant trita cum melle & illita cum aceto. Decoctum eorũ istillatur auribus prurulentis. Fit & stomatice decoctis ramis ad eadem quę ex moris:sed efficatior admixto alumine Illinitur eadem hydropicorum tumoribus. Rhus quae eritbros appellatur semen eius huius fructus uim habet astringendi & refrigerandi aspergitur pro sale obsoniis aluum soluit:omnesq; carnes suauiores cum sylphio facit.Medetur ulceribus manantibus cum melle asperitati linguę percussis liuidis desqamatis. Eodẽ modo capitis uulnera ad Cicatricẽ celerrime perducit Fęminaꝫ abundantiam sistit cibo.

ALia est eritbron:quam aliqui eritbrodanum uocant:nos rubiam:qua tinguntur lanę pellesq; perficiuntur.In medicina urinam ciet morbum sanat ex aqua mulsa & lichenas ex aceto illita. Scyaticos & paralyticos ita ut bibentes lauentur quottidie. Radix semenq; trahunt menses aluum sistunt & collectiones discutiunt.Contra serpentes rami cum foliis iponunt. Folia & capillum inficiunt. Inuenio apud quosdã morbum regium sanari hoc frutice etiam si alligatur spectetur tantum.

DIstat ab eo qui alisson uocatur foliis tantum & ramis minoribus Nomẽ accepit quod aCane morsis rabiem sentire non patitur potus ex aceto adalligatusq; Mirũ estq; quod additur saniem conspecto omnino frutice eo siccari

VInguentibus & radicula cum ramis pręparatur:quam strucium a gręcis uocari diximus.Medetur morbo regio & ipã decocta & ius potũ.Item pectoris uitiis urinam ciet aluum soluit & uuluas purgat Quamobrem aureũ poculum uocãt medici pectori ex ea & melle prodest magnifice & tussi ortopneę coclearis mensura.Cũ polenta uero & aceto lepras tollit.Eadẽ cum panace & capparis radice calculos frãgit pellitq;. Panos discutit cũ farina ordeacea & uino decocta. Miscetur & malagmatis & collirris claritatis causa.Sternutamẽto utilis inter pauca lieni quoq; & iocineri eodẽ modo pota denarii unius põdere ex aq̃ mulsa suspiriosis sanat.Sic & pleureticos & omnes lateris dolores.

APechini semen ex aqua frutex & folia hederę molliora tamen & minus longis

uiticulis ſemine acuto diuiſo lanuginoſo graui odore Canes & omnes quadrupedes necat in cibo datum Roſmarinum eſt & duo eius genera. Alterum ſterile: Alterum qui caulis & ſemen reſinaceum quod cachris uocatur foliis odor turis radix uulnera ſanat uiridis impoſita & ſedis procidentia. Condilomata hemoroidas succus & fruticis & radicis morbum regium & ea quę repurganda ſunt. Oculoꝝ atiem exacuit. Semen ad uetera pectoris uitia datur potui & ad uuluas cum uino & pipere menſes adiuuat podagris Illinitur cum eruina farina purgat etiam lentigines & quę excalefacienda ſunt: aut cum ſudor quęrendis illitum Item conuulſis. Auget & lac in uiō potum. Itē radix ipſa herba ſtrumis cum aceto illinitur ad tuſſim cum melle prodeſt Cachriſ multa genera habet ut diximus: ſed hęc quoq; ex rore ſupradicto naſcitur ſi fricetur reſinoſa eſt. Aduerſatur uenenis & uenenatis prēter anguibus ſudorē mouet. Tormina diſcutit lactis ubertatē facit.

HErba ſabina brachia appellata a grēciſ duoꝝ generū eſt Altera amarici folio ſilis Altera cupreſſo: quare quidam Creticam cupreſſum dixerunt a multis in ſuffitus pro ture. Aſſumitur in medicamētis uero duplicato pōdere eoſdē effectus habere quos cynnamum traditur collectiones minuit & nomas compeſcit. Illita ulcera purgat partus emortuos appoſita extrahit & ſuffitu illinitur igni ſacro & carbūculis cū melle & uiō pota regio morbo medet Gallinacei generis pituitas fumo eius herbę ſanari tradunt.

SImilis herbę huic ſabinae eſt ſellago appellata legitur ſine ferro dextra manu p tunicā q̄ ſiniſtra maū exuitur uelut a furante candida ueſte ueſtito pureq; lotis nudis pedibus ſacro facto priusq̄ legatur pane uinoq; profertur in mappa noua hāc contra omnem perniciem habendam prodidere druidae gallorū & contra omnium oculoꝝ uitia fumum eius prodeſſe.

IIdem ſamolſum herbam nominauere naſcentem in humidis & hanc ſiniſtra manu legi a ieiunis contra morbos ſuum boumq; nec reſpicere legentem neq; alibi q̄ in Canali ponere ibi conterere poturis.

GVmmi genera diximus ex his maiores effectus meliores cuiuſq; erūt dētibus inutiles ſunt Sanguinem coagulant: et ideo ſanguinem reiicientibus proſunt. Item ābuſtis arterię uitiis iutiles urinā cient arterię uitiis amaritudines bebetant aſtrictis cęteriſq; ex amygdala amara et ſpiſſandiq; uiribus efficatior habet excalefactorias uires. Preponuntur autem prunoꝝ et ceraſorum ac uitium. Siccant illitę et aſtringunt Ex aceto uero ifantiū lichenas ſanāt proſunt et tuſſi ueteri. iiii. obolis immixto potis Creduntur et colorem gratiorē facere ciboꝝ q; appetentiam et calculoſis prodeſſe cum paſſo pote. Oculorum etiam uulnerum inutilitatibus maxime Conueniunt.

SPinę egyptię et ſpinę arabicę laudes i odoꝝ loco diximus Et ipſa ſpiſſat ſtringitq; diſtillationes omnes et ſanguinis excreationes mēſiumq; abundantiam etiānū radice ualentior.

SPinae albae ſemen contra ſcorpiones auxiliatur. Corona ex ea impoſita capitis dolorē minuit.

HVic ſimilis eſt ſpina illa quam grēci achanthion uocant minoribus multo foliis aculeatis per extremitates et araneos a lanugine obductis. quę collecta etiā ueſtes: quedam bombicinis ſimiles fiunt in oriente Ipā folia uel radices ad remedia epiſtotonis bibuntur.

ET achatię ſpina fit in egypto alba nigraq; arbor eſt. Item uiridis: ſed lōge melior eſt prioribus fit et in gallatia deterrima ſpinoſior arbore eſt. Semē omnūm lenticulę ſimile minor ē tātum et grano et foliculo colligitur autumno āte collectū nimio ualidius ſpiſſatu. Succus ex foliculis aqua caeleſti perfuſis mox in pila tuſis

exprimit organis. Tunc denſatur in ſole mortariis in paſtillos. Fit et ex folis minus efficax. Ad coria pficienda ſemine pro galla utuntur foliorum ſuccus et gallaticę. Acharnicę nigerrimus improbatur. Item qui ualde ruffus purpurea aut leucophea & quae facillime diluitur. Vis ſumma ad ſpiſſandum refrigerandumq; eſt oculorum medicamentis ante omnia utilis. Lauantur i eos uſus paſtilli ab aliis torrentur ab aliis capilli tinguntur ſanant igne facium. Vlcera quę ſerpunt & humida uitia corporis collectiones articulos contuſos perniones pterigia abundatiam meſium in fęminis ſiſtunt. Vulnamq; & eędem procidentes. Item oculos oris ulcera & genitalium.

VVlgaris quoq; hęc ſpina: ex qua lanae fullomae implentur radicis uſus habet per ſpinas quidem multi & inter odores & ad unguenta utuntur. Illa aſpalatam uocates. Eſt ſine dubio hoc nomine ſpina ſilueſtris moriente ut diximus candida magnitudine arboris iuſtę. Eſt & frutex humilior ęq; ſpinoſis in ſyria et rhodiorum inſulis: quam alii urei ſceptrum alii adypſateum: ſiue dyaziron uocant. Optimus qui minime ferrugineus rubeus aut purpuram uergens detracto cortice Naſcitur pluribus locis: ſed non ubiq; odoratus quam uim haber & cęleſti arcu in eo innixum diximus. sanat tetra oris ulcera & ozenas genitalia exulcerata aut carbunculantia. Item rhagadia inflationes potu diſcutit & ſtrangurias cortex ſanguinem reddentibus medetur. Decoctum eius aluum ſiſtit ſimilia preſtare ſilueſtrem quoq; putant.

SPina eſt appendix appellata: quoniam baccę puniceo colore in ea appendices uocantur hę crudę per ſe & aridę in uino decoctę aluum citat ac tormina cōpeſcunt.

TYrrhachante baccę contra ſerpentium ictus bibuntur.

PAliurus quoq; ſpinę genus eſt ſemen eius aphrozuton uocant contra ſcorpiones efficacissimum. Item calculoſis & tuſſi folia contuſa aſtrictoriam uim habet. Radix diſcutit panos collectiones uomicas urinas trahit pota decoctum eius in uino aluum ſiſtit ſerpentibus aduerſatur. Radix pręcipue datur in uino Aliqui folia contuſa addito ſale articulorum morbis imponunt: proſunt baccę purgationi fęminarum cęliacis diſſintericis colericis in uino pote aluum ſiſtunt. Radix decocta & illita extrahit infixa corpori. Vtiliſsima en & luxatis tumoribusq;

AQuifolia arbor in domo aut in uilla ſata ueneficia arcet flore eius aquam glaciari pythagoras ait. Item baculum ex ea factum in quod uis animal emiſſum etiam ſi citra ceciderit defectu mittetis ipſum per ſe cubitu propius ad labi tam pręcipuam naturam inesse arbori.

TAxi arboris fumus mures necat

NEc & rubos ad maleficia tantum genuit natura. Ideoq; & mora iis uel boibus cibos dedit. Vim habent ſiccandi aſtringendiq; tonſilis genitalibus accōmodatiſſimi aduerſantur ſerpentium ſceleratissimis hemoroidi & pręſteri flos aut mora ſcorpionibus uulnera ſine collectionum periculo iungunt urinas cient. Caules eorum teneri tonduntur exprimiturq; ſuccus. Mox ſole cogitur in craſſitudine mellis ſingularis remedio contra mala oris oculorumq; ſanguine excreantes anginas uuluas ſedes cęliacos ut intelligit potus aut illitus. Oris quidem uitiis etiam folia cōmāducata proſunt & ulceribus manantibus: aut quibuscunq; in capite illiniuntur. Cardiacis uel ſic per ſe iponuntur a mamma ſiniſtra. Item ſtomachi doloribus oculisq; procidentibus. Infillatur ſuccus eorum & auribus. Sanat condilomata cum roſaceo cerato. Calculorum ex uino decoctum pręſentaneum remedium eſt. Idem per ſe in cibo ſumpti cymae modo aut decocti in uino auſtero labantes dentes firmat. Aluum ſiſtit & profluuia ſanguinis diſſintericis proſunt. Siccantur in umbra ut Cinis cremato uua reprimat

Folia quoq; arefacta & contusa lumētorum ulceribus utilia traduntur. Mora quę in his nascuntur efficatiorē stomaticem prębere q̄ satiua morus Eadem compositione uel cum hypocistide tātum & melle bibuntur in colera & cardiacis & cōtra araneos inter medicamenta quae stiptica uocant. Nihil efficatius rubi mora ferentis Radice decocta in uino ad tertias partes ut colluantur eo oris ulcera & sedes foueantur. Tantaq; uis est ut spongię ipē lapidescant.

ALterum genus rubi in quo rosa nascitur gignit pillulam castanęę similem calculosis prącipuo remedio. Alia est cynoroda: quā proximo dicemus uolumine

CYnosbaton quam alii cynapaxin: alii neurospaton uocant folium habet uestigio hominis simile. Fert & uuam nigram: in cuius acino neruus habetur unde neruus pastos dicitur tota. Alia est cappari quam medici cynosbaton appellant huius tyrsus ad remedia splenis & iflationes conditus ex aceto manditur. Neruus eius cū mastice chia cōmanducatus os purgat Ruboꝫ rosa allopetias cum axungia emendat Mora capillum tingunt cum omphacino oleo. Flos mori inesse colligitur candidus pleureticis precipuus ex uino potus. Item coeliacis. Radix ad tertias decocta aluum sistit & sanguinem. Item dentes collutos decocto eodem succo fouentur sedis: atq; genitalium ulcera Cinis e radice deprimit uuam.

IDeus rubus appellatus est: quoniam ī Ida non alias nascitur. Est autē tenuior ac minor rarioribus calamis inocētioribusq; sub arboꝫ umbra nascens huius flos cū melle epiphoris illinitur & ignibus sacris: stomaticisq; ex aqua bibendus datur. Cętera eadem prestat quę supradicta.

INter genera ruborum ramos appellatur a grącis candidior fruticosior. Is flor & & ramos spargens rectis aculeis non ut cęteri aduncis foliis maioribus. Alteꝫ genus eius siluestre nigrius & quadam tenus rubens fert ueluti foliculos huius radice decocta in aqua fit medicamētum: quod uocatur litium. Semen secundas trahit Alter ille candidior astringit: sed magis refrigerat collectionibus & uulneribus accomodatior. Folia utriusq; cruda & decocta illiniuntur cum oleo.

LItium & prestantius spini fieri tradunt: quam & pixeachanton chyroniam uocant: quales in Indicis arboribus diximus: quoniam longe prestantissimū existiāt indicum Coquūtur urina quaruis. Rami radicesq; summę amaritudinis ęreo uase p triduum Iterumq; exempto ligno donec mellis crassitudo fiat Adulteratur amaris succus & amurca & felle bubulo. Spina eius ac flos oculorum medicamētis additur Reliquo succo faciem purgat & psoras sanat erosos angulos oculorum ueteresq; fluctiones aures purulentas tonsillas gingiuas tussim sanguinis excreationes fabae magnitudine deuoratum: aut si ex ulceribus fluat illitum rhagadas genitaliū ulcera Attritus contra ulcera recentia & serpentia ac putrescentia in naribus clauos suppurationes bibitur & mulieribus in lacte contra profluuium Indici differentia glebis extrinsecus nigris intus ruffis cum fregeris cito magrescentibus astringit uehemēter cum amaritudine. Ad eadem omia utilis est: sed prącipue genitalia.

SVnt qui & sarcocollam et spinę lachrymam putent pollini turis similem cum quadam acrimonia dulcem. Cū uino tusa sistit fluctiones Illinitur infantibus maxime uetustate et hęc nigrescit melior quo candidior.

VNum etiamnum arborū medicinis debetur nobile medicamētum quod opicē uocant. Fit ad diffintericos stomatichiq; uitia in congio musti albi lento uapore decoctis mali: Cotoneis .v. cum suis seminibus puniceis totidem sorborum sextarii &

pari mensura eius quod drynsyriacan uocant Croci semiuntia. Coquitur usq; ad crassitudinem mellis his subtexemus ea quę gręci cōmunicatione nominum in ābiguo fecere an ne arbores essent·

CHamedris herba est quę latine trixago dicitur. Aliqui eam chamatropen: alii theucriā appellauere folia habet magnitudine mentę colore et diuisura quercus Alii serratam & ab eo serram iuētam esse dixere flore pene purpureo carpit pręgnās succo in petrosis aduersus serpētiū uenena potu illituq; efficacissima. Itē stomacho. tussi uetustę pituitae in gula cohęrescēti ruptis Conuulsis lateris doloribus lienem consumit urinam & menses ciet. Ob id incipiētibus hydropicis efficax manualibus scopis eius in tribus eminis aquę decoctis usq; ad tertias. Faciunt & pastillos terētes eam ex aqua ad supradicta. Sanat & uomicas & uetera ulcera uel sordida cum melle. Fit & uinum ex ea pectoris uitiis foliorū succus cum oleo caliginē oculorum discutit Ad splenē ex aceto sumitur excalefacit & perunctione.

CHamedaphne unico ramulo est cubitali fere tenuiora folia habet lauro Semen rubens admixtū foliis illinitur capitis doloribus recens ardores refrigerat ad tormīa cum uino bibitur Menses succus eius & urinam ciet potu partusq; difficiles in lana appositu.

CHamelea similitudinē foliorū oleę habent. Sunt autē amara odorata in petrosis palmi altitudinem nō excedentes Aluū purgat. Detrahit pituitam bilē foliis in duabus absynthii partibus decoctis succoq; eo cum melle poto foliis ipositis & ulcera purgantur. Aiunt si quis ante solis ortū eā capiat dicatq; ad albugines oculorū se capere ad alligato discuti id uitiū. Quoquo modo uero collecta lumētorū pecorūq; oculis salutare est.

THamesichus lentis folia habet nihil se attollentia in aridis petrosisq; nascens claritati oculorū & contra suffusiones utilissimū & cicatrices caligines nubecu las in uino coctus uuluae dolores sedat apposita in linteolo: tollit & uerucas omniū generum illita prodest & ortopnoicis.

CHamecisso spicata est Tritici modo ramulis qnis fere foliosa cum floret extiā ri potest alba uiola radice tenui Bibunt scyatici folia tribus obolis in uini cyatis duobus. vii. diebus admodū amara potione.

CHameleucen apud nos farfugium uocant nascitur secus fluuios folio populi sed ampliore radix eius ipoitur carbonibus cupręssi Atq; is nidor p ifundibulū bibitur in uetere tussi.

CHamepeuce laricis foliis similis lumborum & spinę doloribus propitia est.

CHameciparisson herba ex uino pota contra uenena serpentium omniū scorpionumq; pollet.

AMpeloprassus in uinetis nascitur folii porri ructu grauis contra serpentium ictus efficax urinam ciet & mēses eruptiones sanguinis per genitale inbibet potum impositumq; Datur & a partu mulieribus & contra Canis morsus.

EA quoq; stachis uocatur porri similitudinē habet longioribus foliis pluribus q; odoris lucundi colorisq; in luteū iclinati pellit menstrua.

CLinopodion alii cleopiceton alii zopirotyron alii zimoiden appellant serpillo similem surculosam palmi altitudine Nascitur in petrosis orbiculato foliorū ambitu spetiem lectipedum prębēte. Bibitur ad conuulsa rupta strangurias serpētiū ictus. Item decoctę succus.

NVnc subtexemus herbas mirabiles quidē: sed minus claras nobilibus i sequētia uolumina. Itali centaculā uocāt rostratis foliis ad similitudinem capitis peūlae

iacentem in aruis. Greci clematiden Egregii effectus ad sistendã aluũ in uino austero Idem sanguinem sistit tritus oximellis aut aquę calidę cyatis .v. denarii unius pōdere sic & ad secundas mulieꝝ efficax.

SEd greci dematides alias habēt uuam quam aliqui ęthicem uocant alii larginē non nulli tenuem. Ramos habet pedales foliosos non dissimiles scamoniae nisi quod nigriora minoraq; sunt folia. Inuenitur in uineis aruisq; estur ut olus cũ oleo ac sale aluum ciet Eadem a dissintericis lini semine ex uino austero sorbetur. Folia epiphoris iponuntur cũ polenta supposita udo linteolo. Strumas imposita ad suppurationes perducunt. Deinde axungia adiecta percurrãt. Itē hemoroidas cum oleo uiridi ptisicos iuuant cum melle lactis quoq; ubertatē faciunt sumpta in cibis & infantibus illita capillum alunt. Ex aceto dentium dolores sedat. Venerē stimulat

ESt alia clematis egyptia cognomine: quę ab aliis daphnoides: ab aliis policōtis uocatur. Folio lauri longa tenuisq; aduersus serpentes ac priuatim aspides ex aceto pota efficax. Aegyptus hanc maxime gignit.

ESt & baron de qua iter bulbos diximus magnę cũ dracuntio litis baron quidã eni esse dixerunt eãdem glauciana satu discretam. Dracuntium siluestrem baron pronuntiando aliqui radicem baron appellauerunt. Caulem uero dracontium in totum alium si modo hic est qui uocatur apud nos dracunculus. Nanq; baros radicē nigrã in latitudinem rotundam habet multoq; maiorem & qua manus ipleatur Dracũculus subrutilam & draconis cõuoluti modo. Vnde ei nomē. Quin & ipsi greci imensam posuere differentiam Semē dracunculi feruens mordaxq; tradendo tantumq; ei inesse uirus ut olfactũ grauidis abortũ iferat. Haron miris laudibus extulere primum in cibis foeminam preferentes: quoniam mas durion est&: sed in coquendo lentior pectorisq; uitia purgar& aridum potione aspersum: aut eligmate urinã & menses ciere. Sic & in oxymelite potum stomacho iterraneisq; exulceratis ex lacte ouillo bibēdum Ad tussim in Cinere coctum dedere alii: alii coxere i lacte ut decoctum biberet epiphoris elixum iposuere itē sugillatis tonsillis ex oleo emoroidum uitio ifundere Lentigines ex melle illiniētes laudauit Cleophantus & pro antidoto contra uenēa pleureticis peripleumonicis quoq; tussientibus modo. Semen itritum cum oleo aut rosaceo ifundit & aurium dolori. Dieuthes tussientibus aut suspriosis & ortopnoicis & purulenta excreantibus farina permixtum pane cocto dedit. Diodotus ptysicis e melle eligmate & pulmonis uitiis ossibus etiam fractis iposuit. Partus omnium animalium extrahit naturę circumlitum. Succus radicis cũ melle attico oculorũ caligines stomachiq; uitia discutit Tussim decoctũ ius cũ melle ulcera omnium generũ siue phagedene sint: siue carcinomata: siue serpunt: siue polipi naribus succus mire sanat. Folia ambustis prosunt ex uino & oleo cocta. Aluum inaniunt ex sale & aceto sumpta Et luxatis cocta cum melle prosunt. Itē articulis podagricis cũ sale recentia uel sicca hippocrates utralib& ad collectiones cum melle iposuit ad menses trahendos seminis uel radicis dragmę duę in uini cyatis duobus sufficiunt. Eadem portio si a partu non purgantur & secundas trahit hippocrates & radicem ipsam apposuit. Dicunt & in pestilentia salutare esse in cibis ebrietatem discutit serpentes nidore cũ crematur priuatim aspides fugat uel inebriat Ita ut torpentes iueniantur peruenctos quoq; baro laureo degit fugiunt. Ideo & contra ictus dari potui in uino nigro putãt utile itersoliis bari. Caseus optime seruari traditur. Dracunculus quē dixi ordeo maturescente effoditur luna crescente. Omnino habentem serpentes fugiunt. Ideo peusis prodesse potũ aiunt. Maior est ad mēses si ferro nō attingatur sistat Succus eius aurium dolori prodest. Id autē quod greci dracontion uocant triplici effigie demōstratum est mihi foliis betae non sine tyrso flore purpureo hoc est simile baro. Alii

radice longa ueluti ſignata articuloſaq; mõſtrauere tribus omnino cauliculis. Folia eius ex aceto decoqui contra ſerpetium ictus iubentes. Tertia demõſtratio fuit folio maiore q̃ Cornus radice harundinea totidem ut affirmabant geniculatę nodis quot haberet annos totidẽq; eẽ folia hi & ex uino uel ex aq̃ cõtra ſerpẽtes dabant.

ESt & haris quę in eadem ęgypto naſcitur ſimilis haro minor tantũ minoribus foliis & utiq; radice quę tamen oliuę generis magnitudinẽ impleat. Alba geminam caulem altera unum tantum emittens. Medetur utraq; ulceribus manãtibus. Itẽ cõbuſtis ac fiſtulis Collirio Immiſſo nomas ſiſtunt decoctaꝫ in aqua & poſtea tritarũ roſaceo addito. Sed unũ miraculũ ingens cõtacto genitali cuiuſq; fęminini ſexus animal in pernitiem agi.

MIrophylum quod noſtri millefolium uocant caulis ẽ tener ſimilis fęniculo plurimis foliis. Vnde & nomen accepit. Naſcitur in paluſtribus magnifici uſus ad uulnera cũ aceto bibitur ad difficultates urinę & ueſſicę aut ſuſpiria pręcipitatiſq; ex alto efficacissima eadem ad dentium dolores Hetruria hoc nomẽ appellat herbã in pratis tenuem a lateribus capillamẽti modo foliosam eximii uſus ad uulnera beũ Neruos abſciſſos uomere ſolidari ea rurſusq; iungi addita axungia affirmans.

PSeudounion apii folia habet frutex palmi altitudiẽ laudatissima in Creta cõtra tormina ſtranguria laterum prękordiorũ dolores bibunt̃ rami eius qni ſeni ue.

MIris quam alii ſmirizan alii miram uocant Simillima eſt Cicutae caule foliisq; & flore minor tãtum & exilior cibo non inſuauis. Ciet menſtrua & partus cũ uino Aiunt eadem pota in peſtilentia ſalutare eſſe ſubuenit & ptyſicis in ſorbitione auiditatem data cibi facit phalangioꝫ morſus reſtrigit. Vlcera quoq; in facie: aut capite ſuccus eius in aq̃ triduo macerata ſanat.

ONobreches folia lentis hab& longiora paulo floré rubentem radicem exiguã & gracilem naſcitur circa fontes. Siccata in farinę modum & iſparſa uino albo ſtrãgurias ſiſtit aluũ ſiſtit Succus eius peruinctis cum oleo ſudores mouet.

IN promiſſo herbarum mirabilium occurrit aliqua dicere & de magicis. Quae etenim mirabiliores ſunt. Primi eas in noſtro orbe celebrauere pythagoras atq; Democritus conſectati magos choraceſia & chalitbia pythagoras aquam glatiari tradit: quarum mẽtionem apud alios non repperio: nec apud eũ alia de his. Idem umiſada appellat & nomine alio corynthiam: cuius decocto in aq̃ ſucco protinus ſanari ictus ſerpentium ſi foueãtur Dicitur eandem ſuffuſam in herba qui e ueſtigio cõtigerint aut forte reſperſos iſanabili lęto perire monſtrifica prorſus natura ueneni prętera cõtra uenena.

AB eodem pythagora approxis appellatur herba cuius radix elõginquo cõcipit Ignes ut naphta de qua in terrę miraculis diximus. Idem tradit. Si qui morbi humano corpori inciderint florente braſſica q̃uis ſanatos admotionẽ eorum ſentire quotiens florem eorũ tetigerit. Et frumentum & Cicutam & uiolam ſimilẽ conditionem habere: nec me fallit hoc uolumen eius a quibuſdam etiam emporo modico aſcribi. Pythagorę uero eſſe pertinax fama antiquitasq; Indicauit & id ipſum auctoritatẽ uoluminibus affert. Si quis alius curae ſuę opus illo uiro dignum ĩdicauerit: quod feciſſe ſcimus empoꝫ cũ & alia ex ſuo nomine eder& quis credat. Democriti certe chirocineta eſſe conſtat.

VT in his ille poſt pythagoram magoꝫ ſtudentissimus: quanto & portẽtoſiora tradit naglaopotim herbam quae ob admirationem hominum propter eximiũ colorem accepit nomẽ in marmoribus Arabię naſcentem perſico latere: qua de cauſa

& marmor itidem uocari. Magos uti ea cum uelint deos uocare.

AChemenida colore electri sine folio nascens Inter dastilis indiq; qua pota ĩ uiõ noxii per cruciatus confitentur omnia per uarias numinum imaginationes. Eadem hypo fouadam appellat: quoniam eque pręcipue caueant eam.

THeobrotion. xxx. scenis achoaspea celebratam pauonis picturis similẽ odore eximio hanc a regibus persaq; bibi contra omniũ corporũ incõmoda stabilitate mẽtis

EAndẽ Semion a potẽtie maiestate appellari.

ALiam deinde adamantida armenię cappadotięq; alumnam hac admota leones resupinari cum byatu lassos noĩnis causam esse quod conteri nequeat.

ARianida in arianis gigni igneam colore colligi cum sol ĩ leone sit huius tacto perunęta oleo ligna accendi.

TOrrocarna in cappadotia & in Asia nascente omẽs feras torpescere: nec nisi byene urinae aspersu recreari.

AEthiopida in meroe nasci & ob id meroidam appellatam folio lactucę hydropicis utilissimam e mulso potam.

OPhiusam inelephantide eiusdem ęthiopię liuidam difficilęq; aspectu: qua pota terrores minasq; serpentium obuersari Ita ut mortem sibi eo metu consciscant. Ob id cogi sacrilegos illã bibere aduersari ei palmeũ uinũ.

THelasseglen circa indũ amnem iueniri quę ob id nomine alio potãmaucis appellatur. Hac pota limphari homines obuersantibus miraculis.

THeangelida libano syrię dictę Cretę mõtibus & babylonię & susis persidis nasci qua pota magi diuinent.

GElotophillida in bactris & circa boristenem hęc si bibatur cum myrrha & uino uarias obuersari speties ridendiq; finem nõ fieri in potis nucleis pineę nucis cum pipere & melle in uino palmeo.

HEstitaterida a Conuictu nominari in perside: quoniam hilarentur illa.

EAdẽ protbomedia in q̃ priuatũ apud reges obtineat.

MAssignetem quoniam ipsa secum nascat nec cũ ullis aliis herbis. Eadẽ dionysion ninphadem quoniã uiõ mire Cõueniat.

HEllantidem uocant thenus cyrenea regione & Cilitię montibus martimis folio myrti hac cum adipe leonino decocta Addito croco & palmeo uino pungi magos & persarum reges ut fiat corpus aspectu iucundum ideo eandem belliocallidam nominari.

HErmesias ab eodem uocatur ad liberos generandos: pulchrosq; bonosq; non herba: sed compositio e nucleis pineę nucis tritis cum melle myrrha Croco uiõ palmeo postea admixto theombrotio & lacte bibere generaturos iubet & a conceptu puerperas partum nutriẽtes ita fieri excellentes animo atq; forma & bonos. Narium q; omnium magica quoq; uocabula ponit.

ADiecit his appolodorus affectator eius herbam eschinomenem: quoniam appropinquante manu folia contraber&.

ALiam chrocidam cuius tactu phalangia morerentur.

GRathenas onocboriden in cuius aspersu e uino feritas omniũ aialiũ mitigaret

ANacampseroten celeber arte graminatica paulo ante: cuius omnino tactu redirent amores uel cum odio deposita. Hactenus attigisse ĩsignia magoꝝ in herbis his

alio de his aptiore dicturus loco.

HEryphiam multi prodidere ſchrapheum hęc in auena habet ſuccum deorſum decurrẽtem cum ſono hedi: Vnde & nomen accepit hac ad uocem nihil praeſtantius eſſe tradunt.

HErba lanaria ouibus ieiunis data lactis abũdãtiam facit ęq; nota lactoris uulgo eſt plena lactis: quod deguſtatum uomitiones concitat Eandẽ hanc aliqui eſſe dicunt: & alii ſimilem illi quam militarem uocant: quoniã uulnus ferro factum nullum non iter dies .v. ſanat ex oleo impoſita. Celebratur autẽ & a gręcis ſtratiotis. Eſt & ea in egypto tãtum & iundatione nili naſcitur aizo ſimilis in maiora haber & folia Refrigerat mire & uulnera ſanat ex aceto illita. Item ignes ſacros & ſuppurationes & ſanguinẽ qnoq; qui defluit a renibus pota cum ture maſculo mirifice ſiſtit.

HErba in capite ſtatuae nata collecta alicuius in ueſtis panno & illigata in lino ruffo capitis dolorem cõfeſti ſedare tradit.

HErba quęcunq; e riuis aut fluminibus ante ſolis ortum collecta ita ut nemo colligentem uideat contra tertianas alligata brachio leuo ita ut ęger quid ſit illud ignor & tertianas arcere tradit.

LIngua herba naſcitur circa fontes. Radix eius combuſta & trita cum adipe ſuis adiicitur ut nigra fiat & ſterilis allopetias emendat unguentium in ſole.

CRibro in limite abiecto herbę intus extantes decerptę adalligatęq; grauidis partus accelerant.

HErba quae gignitur ſupra fimeta ruris contra anginas efficacissime poll & ex aqua pota.

HErba iuxta quam Canes urinam fundunt euulſa ne ferro attingatur luxatis celerrime medetur. Rũbotinum arborem demonſtrauimus inter arbuſta.

IVxta hanc uiduam uite naſcitur herba quam galli rhodoram uocant Caulem habet uirgę ficulneę modo geniculatum folia urticę in medio exalbida eadem procedente tempore tota rubentia florẽ argenteum prięcipua contra tumores feruoresq; & collectiones Cum axungia uero ueteri tuſa Ita ut ferro non attigatur: qui punctus ẽ deſpuat ad ſuam dexteram ter Nam efficatius remedium eſſe aiunt: ſi tres triũ nationum homines pungant dextrorſus.

HErba impia uocatur in cana roris marini aſpectu tyrſi modo iueſtita atq; capitata. Inde alii ramuli aſſurgunt ſua capitula gerentes. Ob id impiam appellauere Quoniam liberi ſuper parentem excellant. Alii potius ita appellatam: quoniã nullũ animal quod eam attigat exiſtimatur uiuere hęc inter duos lapides trita fertur prięcipua aduerſus anginas ſucco lacte & uino admixto. Mirum tradit nunq̃ eo morbo tentari qui guſtauerit. Itaq; ſubtus dari qui medicamentum id noluerunt aut regio morbo Interim ſunt qui auium nidis inſeri aliquid ex ea putãt. Atq; ita non ſtrãgulari pullos auidius deuorantes.

VEneris pectinem appellant a ſimilitudine pectinum: cuius radix cũ malua tuſa omia corpori ifixa extrahit ueternoq; liberãt.

EXedum uocatur nodia herba coriariorum officinis ea inlaris eſt aliis aliisq; nominibus. Efficacissimã aduerſus ſcorpionem eſſe potã uino aut poſta repto

THylantropos herbam greci appellant naſuche: quoniã ueſtibus adhareſcat. Ex hac corona ipoſita capitis dolores ſedantur.

EAm quę Canaria appellatur lappa cum plantagine & millefolio trita ex uino Carcinomata ſanat ternis diebus ſuluta. Medetur & ſub iis effoſſa ſine ferro &

addita incolumem poturis uel ex lacte & uino. Quidam adiiciunt & effodientem dicere oportere hęc est herba Argemon: quam minerua reperiit subiis remedium qui de illa gustauerit.

TOrdilon alii semen silis esse dixerunt. Alii herbam per se quam & syreon uocauerunt neq; aliud de ea proditum inuenio q̃ in montibus nasci. Combustam potu ciere mēses & pectoris excreationes efficatiore etiānum radice succo eius ternis obolis hausto renes sanari. Addi radicem eius & in malagmata.

GRamen ipsum iter herbas uulgatissimū geniculatis serpit iternodiis: crebroq; ab his & ex Cacumine nouas radices spargit folia eius in reliquo orbe in exilitatem fastigantur. In parnaso tātum hederacea ea spetie densius q̃ usq̃ fruticāti flore odorato candidoq; Iumētis herba non alia gratior siue uiridis siue in feno siccata Tū dicit aspersa aqua succūq; eius in parnaso excipi tradunt propter ubertatē. Dulcis hic est i uicem eius in reliqua parte teraz succedit. Decoctum ad uulnera cōglutinanda quod & ipsa herba tusa prestat tueturq; ab iflamationibus placat decocto adiicitur uinum ac mel. Ab aliquibus & turis & piperis myrrheq; tertię portiones turfusq; decoquit in creo uase ad dentium dolores & epiphoras. Radix decocta in uino torminibus medetur & urinę difficultatibus ulceribusq; uessicę. Calculos frangit. Semen uehementius urinam impellit. Aluum uomitionesq; sistit. Priuatim autem draconum morsibus auxiliatur. Sunt qui genicula nouē uel unius uel e duabus tribus ue herbis ad hunc articulorum numerum inuolui lana nigra succida iubeant ad remedia strumę panozue. Ieiunum debere esse qui colligat Ita ire ī domum absentis cui medeatur superuenientiq; ter dicere ieiuno Ieiunium medicamentum dare atq; ita adalligare triduoq; id facere. Quod e graminum genere septem iternodia habet efficacissima capiti contra dolores adalligatur. Quidā propter uessicę cruciatus decoctum ex uino gramen ad dimidias a balneis bibi iubent Sunt qui & aculeatū gramē uocent trium generum cum in Cacumine aculei sunt plurimum quini dactilum uocāt hos conuolutos naribus iserunt extrahuntq; sanguinis ciendi gratia Altero quod ē Azio simile ad paronichia & pterigia unguium & cum Caro unguibus increuerit utunt cū axungia. Ideo dactylon appellantes quia digitis medeatur. Tertium genus dactili: sed tenuis Nascitur in parietinis: aut tegulis huic caustica uis est. Sistit ulcera quae serpunt. Gramē capiti circumdatum sanguinis e naribus fluctiones sistit. Camelos necare traditur in babylonis regione Id quod iuxta uias nascitur.

NEc feno greco minor auctoritas: quod telin uocant alii carphos aliqui buceros alii egoceros: quoniam corniculis semē est simile nos silicion quomodo sereret suo loco docuimus. Vis eius siccare mollire dissoluere: Succus decocti feminaz pluribus malis subuenit: siue duritia: siue tumor: siue cōtractiones sint uuluę quę fouentur i sidūt. Infusum quoq; prodest. Furfures in facie emēdat Spleni addito uitro decoctū & impositum medetur. Item ex aceto sic & iocineri decoctum. Dyocles difficile parientibus semē eius dedit acetabuli mēsura tritum in. viiii. cyatis sapę: aut tertias ptes si biberint Deinde calidę lauarētur & in balneo sudātibus dimidium ex relicto iterū dedit. Mox a balneo reliquū pro summo auxilio farinam feni cum ordeo aut lini semine decoctum aqua mulsa contra uuluę cruciatus subiecit. Itemq; īposuit. Imo uētri lepras lentigines sulpburis pari portione mixta farina curauit. Nitro āte prępata cute sepius die illiniens pungiq; prohibēt. Theodorus foeno miscuit quartam partē purgati nasturtii acerrimo aceto addi ad lepras thymon semē feni acetabuli dimidii mensura cum sapę & aquę. viiii. cyatis ad menses ciendos dedit potu. Nec dubitatur quin decoctū eius utilissimū sit uuluis interraneisq; exulceratis: sicuti semē articulis atq; prękordiis. Si uero cum malua decoquatur postea addito mulso potus ante cętera

nuluis Interraneisq; laudatur. Quippe cum uapor quoq; decocti plurimum prosit. Alarumq; etiam graueolentiã decoctum fęni semẽ emendat. Farina prurigines capitis furfuresq; cũ uino & uitro celeriter tollit. In hydrolomelite autem decocta addita axungia genitalibus medetur. Item pano parotidi podagrę chiragrę articulis. Carnibus quę recedunt ab ossibus. Aceto uero subacta luxatis illinitur & lieni. Decocta in aceto & melle tãtum carcinomata subacta ex uino purgat mox addito melle psanat Sumitur & sorbitio e farina ad pectus exulceratum longeq; tusum diu decoquitur. Donec amaritudo desinat: postea mel additur. Nũc ipsa claritas herbarum dicetur.

IPSA QVAE NVNC DICETVR HERBARVM claritas medicinę tantum gignentes ea tellure in admirationem Curę priscorum: diligẽtięq; animum agit. nihil ergo ĩtẽtatum inexpertumq; illis fuit nihil deinde occultatum quod nõ prodesse posteris uellent. At nos elaborata his abscõdere atq; supprimere cupimus & fraudare uitam alienis bonis. Ita certe recondunt qui pauca aliqua nouere inuidentes aliis & neminẽ docere in auctoritatẽ scientię est ab excogitãdi nouis ac iuuãda uita tãtum mores absunt. Summumq; opus ĩgenioꝝ diu iam hoc fuit ut intra unum quẽq; recte facta ueterum perirent. At hercule singula inuenta quosdam deorum numero addidere: omnium utiq; uitam clariorem fecere cognominibus herbarum tam benigne gratiã memoria referente. Non ęque hęc cura eoꝝ mira: sed in his quę fatu blandiuntur aut cibo inuitant Culmina quoq; mõtiũ in uia & solitudines abditas omnisq; terrę fibras scrutati inuenere quid quaeq; radix poller& ad quos usus herbarum folia ptinerent etiam quadrupedum pabulo intacta ad salutis usus uertentes.

MInus hoc q par erat nostri celebrauere omnium utilitatum & uirtutũ rapacissimi. Primusq; & diu solus idem ille M. Cato omnium bonarum artium magister paucis dumtaxat attigit: boum etiam medicamina non omissa. Post eum unus illustrium tentauit. C. Valgius eruditione spectatus ĩperfecto uolumine ad diuum augustum inchoato etiã prefatione religiosa ut omnibus malis buãnis illius potissiũm principis semper mederetur maiestas ante condiderat solus apud nos quod equidẽ in ueniam pompeius leneus magni pompeii libertus Quo primum tempore hanc scientiam ad nostros peruenisse animaduerto. Nanq; mitridates maximus sua aetate regum quem debellauit Pompeius omnium ante se genitorum diligẽtissimus uitae fuisse argumẽtis pręterq̃ fama ĩtelligit̃ uni ei excogitatum quotidie uenenũ bibere pręsumptis remediis ut cõsuetudine ipsa inoxium fier& primo ĩuenta genera Antidoti ex quibus unum etiã nomẽ eius retin&. Illius iuentum sanguinẽ anatũ põticoꝝ miscere antidotis: quoniam ueneno uiuerent. Ad illum asclepiadis medendi arte clari uolumina composita extãt. Cũ solicitatus ex urbe roma pręcepta pro se mitter& illum solum mortalium Mitridatẽ. xxii. linguis locutum certũ est: nec subiectis gẽtibus ullum hominẽ per ĩterpretem appellatum ab eo annis. lvi. quibus regnauit. Is ergo in reliqua ingenii magnitudine medicinę peculiariter curiosus & ab omnibus subiectis qui fuere pars magna terrarũ singula exquirens scrinium Cõmentationũ barũ & exemplaria effectusq; in archiuis suis reliquit. Pompeius autem omni regia pręda potitus transferre ea sermone nostro libertum suum leneũ grammaticae artis peritum iussit: uitęq; ita profuit nõ minus q̃ reip. victoria illa.

PRęter hos gręci auctores medicię ꝓdidere quos suis locis dixiũs. Ex his crateuas dionysius metrodorus ratiõe blandissiã sed qua nihil pene aliud q̃ difficultas rei intelligatur. Pinxere nãq; effigies herbarũ atq; subscripsere effectus uerum & pictura fallax est ex coloribus tã numerosis prǫsertim in emulatione naturę multũq; degenerat transcribentium sors uatia prǫterea parum est singulas earum ętates pingi cũ quadriptitis uarietatibus anni faciem mutẽt. Quare caeteri sermone eas tradidere Aliqui ne effigię quidem indicata & nudis plerũq; nominibus defuncti quoniam satis uidebat̃ potestates uimq; demonstrare quęrere uolẽtibus: nec ẽ difficile cogitu nobis certe exceptis admodum paucis contingit reliquas contempari scientia ãtonii castoris cui summa auctoritas erat in ea arte nostro aeuo uisendo ortulo eius in quo plurimas alebat centessimũ ętatis annum excedens nullũ corporis malum expertus ac ne aetatis quidem meõria aut uigore concussis. Neq; aliud mirata magis ãtiquitas reperitur inuenta iampridem ratio est praenuntians horas non modo dies ac noctes solis luna eq; defectum. Dura tamen tradita persuasio i magna parte uulgi uenefiis & herbis id cogi: eamq; unã foeminarũ scientia prǫualere: certe quid nõ repleuere fabulae colchis medeę aliaq; in primisq; italia cricedius etiam ascripta. Vnde arbitror natum ut aeschilus e uetustissimis in poetica re refertam italiam herbarũ potentia proder & multiq; circeios ubi habitauit illa in magno argumento etiam nunc durãte in marsis a filia eius orta gente quos esse domitores serpentiũ constat homerus qdẽ primus doctrinarũ & antiquitatis parens in multis alias i admiratione circe gloriam herbarum aegypto tribuit cum etiam tum quę rigatur ęgyptus illa non esset postea fluminis limo inuecta herbas certe aegyptus ab regis uxore traditas suę helene plurimas narrat. ac nobile illud denephentes oblitione tristicię ueniamq; afferens & ab helena utiq; omnibus mortalibus propinandum primus autem omnium quos memoria nouit orpheus de his herbis curiosius aliqua prodidit post eum museus & hesiodus polium herbã iquãtũ mirati sunt diximus orpheus et hesiodus suffustiẽs commẽdauere homerus & alias nominatim herbas celebrat quas suis locis dicemus ab eo pythagoras clarus sapientia & primus uolumẽ de effectu earũ composuit apollĩ aesculapio in totum diis immortalibus inuentione & origine assignãta. Composuit & democritus ambo peragratis perfidis arabię aethiopię ęgyptiq; magis adeoq; hęc attonita antiquitas fuit ut affirmauerit etiam incredibilia dictu. Xanthus historiarũ auctor in prima earũ tradidit occisum draconis catulum reuocatum ad uitam a parẽte herba quam balim nominat eademq; thylonem quem draco occiderat restitutum saluti & iuba in arabia herba reuocatum ad uitam hominem tradit uixit democritus credidit theophrastus esse herbam cuius contactu illata ab alice quam retulimus exulir & cimeris a pastoribus arbori adactus quae etiam si fide carent admirationẽ tamẽ implent coguntq; cõfiteri multum esse quod uero superfit inde & plerosq; ita uideo existimare nihil nõ herbarũ ui effici posse sed plurimarũ uires esse incognitas. Quorũ in numero fuit herophilus clarus medicina a quo ferũt dictũ quasdam fortassis etiã calcatas prodesse obseruatum certe est inflamari uulnera ac morbos supuentu eorũ q pedibus iter confecerint. Haec erat ãtiqua medicina quę tota migrabat in gręcię linguas.

SEd quare nunc non plures noscant̃ cause. Nisi siquidẽ eas agrestes litterarũq; ignari experiunt̃ utpote qui soli inter illas uiuãt prǫterea securitas quęrendi ea obuia est medicorũ turba multis etiam inuentis nomina desunt sicut illi quã retulimus in frugũ cura scimusq; defossã i ãgulis segetis prestare ne qua uel intret turpissima causa raritatis quod etiã qui sciunt demonstrare nolunt tanq̃ ipsis perituri sit quod tradiderint aliis.

ACcedit ratio inuentionis anceps quippe etiam in repertis alias inuenit casus alias ut uere dixerim deus. Insanabile ad bosce annos fuit rabidi canis morsus

pauoremq; aque potusq; omnis afferens odium. Nuper cuiusdam militantis in pre-
torio mater uidit in quiete ut radicem rosę siluestris quam cynorbodon uocant blā-
ditam sibi aspectu pridie in fructeto mitter& folio bibendam in lusitania gerebat
hispanię proxima parte casuq; accidit ut milite a morsu canis incipiente aquas expa-
uescere superueniret epistola orantis ut parer& religioni. Seruatusq; est ex insperato
postea quisquis auxiliū simile tentauit. Alias apud auctores cynorbodi una medicia
erat spongiolę quę in medius spinis eius nascit cinere cū melle allopetias capitis ex-
pleri. In eadem puintia cognoui in agro hospitis nuper ibi repertū dracunculū ap-
pellatum caulem pollicali crassitudine uersi coloribus uiperarū maculis quā ferebat
contra omnium morsus esse remedio. Alius ē quem nos in priore uolumine eiusdē
nominis diximus: sed huic alia figura aliudq; miraculum exhaerentis e terra ad pri-
mas serpentium uernationes bipedali fere altitudine. Rursusq; cum isdem in terra
condētis nec occultato eo appar& serpēs uel hoc per se satis officioso naturę munere
si tantum prēmoner& tēpusq; foridis demōstraret.

Nec bestiarū solum ad nocendum scelera sunt sed interi aquarū quoq; ac locorū
in germania trans rhenum castris a germanico caesare promotis maritimo tractu sōs
erat aquę dulcis solus qua pota intra bienniū dentes deciderent compagesq; igeibus
soluerent. Stomachachen medici uocabant & scelo torbemam. Et si malo repta au-
xilio est herba quae appellat britannica non neruis modo & oris malis salutaris. Sed
contra anginas quoque & serpentes folia habet oblonga nigra & radicem nigram
Succus eius exprimitur & ex radice florem iubones uocant qui collectus prius quā
tonitrua audiantur & deuoratus securos in totum & fida qua castra nostra erāt reddi-
dit mirorq; nominis causam nisi forte confinis oceano britanniq; ueluti propinquae
dicauere. Non enim inde appellatam eam quoniam ibi plurima nasceretur certum ē
etiā cum britannia libera fuit quidem & hic quondam ambitus nominibus suis eas
adoptandi ut docebimus fecisse reges ut res tanta debeatur herbam inuenire uitam
iuuare nunc fortassis creder& aliquis cum hęc nostra fruida quoq; existimētur adeo
delitiis sordent etiam quae ad salutem pertinent. Auctores tamen quarū inueniunt
In primis celebrari par est effectu earum digestio in genera morborū qua quidem i
reputatione misere sortis humanae subit & prēter fortuita casusq; & noua omis hora
excogitat ad milia morborū singulis mortalium timenda. Qui grauissima ex his sūt
discernere stultitia prope uideri possit cum suus cuiq; ad prēsens quisq; atrocissimus
uideatur. Et hoc tamen indicauere experimenta asperrimos cruciatus esse calculorū
a stillicidio uesicę proximum stomachi tertium eorū quę in capite doleant. Non ab
alio fere morte concitam a grēcis & noxias herbas demonstratas miror equidem nec
uenenorū tantum quoniam ea conditio ut mori plerūq; optimus portus sit tradatq;
uarro seruium clodium equitem romanum magnitudine doloris in podagra coactū
ueneno crura perunxisse & postea caruisse sensu omnęque quam dolorem in ea pte
corporis sed que fuit uenia monstrandi qua mētes soluerent partus elideret multaq;
Rigeron a grēcis quę a nostris uocatur senetion. Hanc si ferro circumscriptam effodiat aliquis tangatq; ea dentem & alternis ter despuat ac reponat in eundem locū ita ut uiuat herba. Aiunt dentem eum postea non dolituru herba est trixaginis speciei & cum molliciaca uiculis subrubicundis. Nascitur in tegulis & in muris. Nomē hoc grēci dederunt quia uere canescit. Caput eius numerosa diuiditur lanugine qualis ē spinae inter diuisuras exeunte quare galli eam xbuseam calimacus eam achantidam appellauit: alii pappum nec deinde grēcis de ea constat: alii erucae foliis esse dixerūt alii roboris minora multo radice: alii superuacua: alii neruis utilis alii potu strāgulāte e diuerso. Quidam regio morbo cum uino dedere & contra omnia uessice uitia. Item cordis & iocineris renibus extrahere harenam dixere scyaticis dragma cum oxymelle ab ambulatione propinauere. Torminibus quoq; i passo utilissimam praecordiis etiā

cibo ex aceto eam prędicantes ferentes in ortis nec defuere qui alterum genus facerēt nec quale esset demonstrarunt contra serpentes in aqua bibendam edendamq; comitialibus dantes. Nos eam romanis exprimentis per usus degeremus lanugo eius cū Croco & exiguo aquę frigidę trita illinitur epiphoris tosta cum mica salis strumus

EPhemeron folia hab& sili sed minora caulem parem florem ceruleum semē superuacuum radicem unam digitali crassitudine dentibus pręcipuam concisā ī aceto decoctamque ut tepido colluatur. Et ipse etiam radix mobiles sistit in cauis exesis imprimitur.

CHelidonię radix ex aceto trita continetur ore erosis uerettum nigrū impoitur mobiles dentes utrolibet decocto in aceto firmantur labrum uenerium uocāt in flumine nascentem. Est ei uermiculus qui circa dentes ligatur: aut cauis dentium cera includitur. Cauendum ne euulsa herba terram tangat.

RAnunculun uocamus quam gręci batrachion uocant. Genera eius. iiii. unum pinguioribus q̄ coriandri foliis & ad latitudinem maluę accedentibus colore liuido caule alio gracili & radice alba. Nascitur in limitibus humidis & opacis. Alterum foliosius complurimis foliorum incisuris altis caulibus. Tertium minimū est graui odore flore aureo. Quartum simile huic flore luteo. Omnibus uis caustica si cruda folia imponantur pustulasq; ut ignis faciunt. Ideo ad lepras & psoras utuntur & ad tollenda stigmata causticisq; omnibus miscent. Allopetiis imponūt celeriter remouentes. Radix in dolore commanducata diutius rumpit dentes eadem sicca concisa sternutamentum est. Nostri herbam strumium eam uocant quoniam medetur struis & panis parte in fumo suspensa. Creduntq; rursus sata rebellare quę curauerūt uitia Quo scelere & plantagine utuntur oris ulcera intus succus plantaginis emendat & folia radicesq; commanducate uel si reumatismo labor& os. Vlcera fętoremq; quinq; folium ulcera psillium composita quoq; ad foetores uel maxime pudendum uitium trademus ergo folio myrti & lentisci pari pondere gallae syriaęq; dimidium pondus simul terere & uino uetusto sparsa madere matutino opus est uel edere baccas cum cassia & myrrha pari pōdere ex uino naribus utilissimum est Draconti semē cōtritū ex melle etiam si carcinomata in his sunt sugillata isopo emendantur. Stigmata in facie illita mandragoras delet.



SENSIT FACIES HOMINVM ET NOVOS oī que aeuo priore incognitos non italiae modo uerū etiā uniuersę prope europę morbos tunc quoq; nō tota italia nec per illyricum gallias ue aut hispanias magnopere uagatos aut alibi q̄ romę circaq; sine dolore quidem ullo ac sine pernitie uitę: sed tanta fęditate ut quęcūq; mors prę ferēda esset grauissimū ex his lichenas appellauere gręco nomiē latini quoniā amēto fere oriebatur ioculari primū lasciuia ut est procax multorum natura in alienis miseriis mox & usurpato uocabulo mentagrā occupantem totus utiq; uultus oculis tantum immunibus descendentē uero & ī colla pectusq; ac manus foedo cutis furfure. Non fuerat haec lues apud maiores patresq; nostros & primum Tiberii Claudii Caesaris principatu medio irrepsit in italiam quodam perusino equite Romano quęstorio scriba cum in Asia apparuisset inde contagione eius importante nec sensere id malum foemina aut seruitia plebesq;

humilis aut media: sed proceres ueloci transitu osculi maxime foediore multorũ qui perpeti medicinã tollerauerant Cicatrice q̃ morbo. Causticis nanq; curabãt ne usq; ad ossa corpus exustum esset & rebellante tedio aduenerunt q; ex aegypto genitrice talium uitiorũ medici hanc solã operã afferentes magna sua praeda. Siquidẽ certũ ẽ Manilium Cornutũ e prętoriis legatũ aquitanicę prouicię solidis. cc. elocasse in eo morbo curandum sese: acciditq; sępius ut noua genera morborũ gregatim sentirentur quo mirabilius quid potest reperiri aliqua gigni repente uitia terrarũ in parte certa mẽbrisq; hominũ certis uel ętatibus: aut etiã fortunis tanq̃ malo eligente hęc in pueris crassari illa in adultis. Haec proceres sentire illa pauperes. L. Paulo. Q. Martio censoribus primũ in Italia carbunculũ uenisse annalibus conscriptũ est peculiare Narbonensis prouincię malũ quo duo consulares obiere condentibus hęc nobis. Eodẽ ãno Iulius ruffus atq; lecanius bassus. Ille medicorũ insciti a sectus hic uero pollici leue manus euulso acu ab semetipso tam paruo uulnere ut uix cerni possit Nascit̃ i oculissimis partibus corporũ & plerũq; sub lingua duritia rubẽs uarius modo: sed nigricãs capite aliis liuida corpus itendens neq; itumescens sine dolore sine pruritu sine alio q̃ sõni iuditio quo grauatos triduo aufert· et aliquãdo horrorẽ afferẽs circa pustulas suas Rarius feriens stomachũ: faucesq; cum Inuaserit ocissime exanimãs. Diximus elephantiasim ante pompeii magni ętatem nõ accidisse in Italia & ipsam a facie sępius incipiẽtem in nare prima ueluti lenticula mox inualescente per totum corpus maculosa uariis coloribus & inęquali Cute. Alibi crassa: alibi tenui: alibi dura: alibi ceu scabie asperſa. Ad postremũ uero nigrescẽte & ad ossa carnes apprimẽte intumescẽtibus digitis in pedibus manibusq;. Aegypti peculiare hoc malum: & cũ in reges icidisset populis funebre quippe in balneis solia temperabãtur humano sanguine ad medicinam eam & hic quidem morbus in Italia celeriter restinctus est sicut & ille quem gemursam appellauere prisci iter digitos pedum nascẽtem etiam nomine obliterato. Id ipsum mirabile alios desinere in nobis. Alios durare sicuti collum Tiberii Cęsaris principatu irrepsit id malum: nec quisq̃ prior Imperatore ipso sensit magna Ciuitatis ambage. Cum in edicto eius excusantis ualitudinẽ leger & nomẽ icognitum quid hoc esse dicemus: aut quas deorũ iras. Parum erat eni homini cętera morborum genera cum super trecenta essent: nisi etiã noua timerẽtur. Neq; ipsi homines pauciora sibi opere suo negotia important. Haec apud priscos erant quae memoramus & media medicina ipsa quonã modo rerum naturã faciente & diu fuere.

HIppocratis certe: qui primus medẽdi pręcepta clarissime cõdidit referta herbarũ inuentione inuenimus uolumina nec minus diocli caristii: qui secundus ętate fama q; extitit. Itẽ praxagorę & chrisippi: ac deinde Erasistrati ab erophylo quidem quenq; subtilioris sectę conditori ante omnes celebratã rationẽ eam paulati usu efficacissimo rerum omnium magistro peculiariter utiq; medicinę ad uerba garulitatẽq; discedẽtẽ Sedere nãq; in scholis auditioni occupatos gratius erat q̃ ire p solitudines & querere herbas alias aliis diebus anni.

CVrabat tamẽ antiquitas firma magnasq; confessę rei iudicabat reliquias donec Asclepiades ętate magni pompeii orãdi magister: nec satis in ea parte quę studiosus aut ad alia q̃ forũ sagacis ingenii hic se repente conuertit Atq; ut necesse erat homini qui nec id egisset nec remedia nosse & oculis uisuq; percipienda torrenti ac meditata quotidie oratione blãdiens omnia abdicauit totãq; medicinam ad causas reuocãdo coniecturas fecit quicq; res maxime Cõmunium auxiliorũ professus. Abstinẽtiã cibi. Alias uini fricationẽ corporis: ambulationẽ: gestationesq; cũ unusquisq; semetipsum sibi prestare posse & intelligerent fauẽtibus cunctis ut essent uera quę facillima erant Vniuersum prope humanum genus circumegit in se non alio modo q̃ si e Caelo

emissus adueniss&. Trahebat preterea mentes artificio animali a uino promittendo egris salutē dādo quod tempestiue tum frigidam aquam. Et quoniā causas morbor perscrutari prior herophilus istituerat uini rationē illustrauerat Cleophantus apud priscos ipse cognominari se frigida danda preferens:& ut auctor est.M.Varro.Alia quoq; blandimēta excogitauit iam suspendendo lectulos quor iactura aut morbos extenuar& aut somnos allicer& Iam balneas auidissima hominū cupidine istituēdo & alia multa dicta grata atq; iucunda magna auctoritate: nec minori fama cū occurriss& ignoto funeri relato homine ab rogo atq; seruato:ne quis leuibus momētis tātā conuersionē factam existim& Id solum possumus īdignari unū hominem e leuissima gente sine ullis opibus orsum uectigali sui tam repente leges salutis humano generi dedisse:quas tamē postea abrogauere multi.Asclepiades adinuenit multa ātiquorū cura nimis anxia & rudi aut obruendi egros ueste sudoresq; omni mō ciendi nunc corpora ad ignes torrēda solesue assiduo querēdi in urbe nimbosa. Imo uero tota Italia imperatrice cum primum pensili balnear usu ad īfinitū blandiēte preterea in quibusdā morbis medēdi cruciatus detraxit ut in anginis quas curabant in fauces origano demisso.Damnauit myrto & uomitiones tūc supra modū frequētes arguit & medicamentorum potus stomacho inimicos: quod est magna parte uerum. Ita nos in primis quae sunt stomacho utilia signamus.

SVper omia aduiuere ipsum magice uanitates in tātum euecte ut abrogare herbis cunctis fidē possent ethiopide herbas amnes ac stagna siccari condiendas tactu clausa omnia aperiri. Achemenide coniecta in acie hostium trepidare ac terga uerti. Lactacem dari solitā a persarū rege legatis ut quocunq; uenissent omnium rer copia abundarēt ac multa similia.Vbi nam ista fuere cum cymbri teutoniq; terribili marte ulularēt.Aut cū lucullus tot reges magor paucis legionibus sterner& Cur ue Romani duces primā semper in bellis curā commertiorū habuere. Cur caesaris miles a pharsalia sensit famē si abundantia omnis contingere unius herbe felicitate poterat. Non satius fuit Aemilianū scipionem Carthaginis portas herba patefacere quam machinis claustra per tot ānos quatere.Siccētur hodie meotidae pontinę ue paludes tātumq; agris suburbanę reddant italię.Nāq; apud eundē Democritum Inuenitur compositio medicamēti quo pulchri boniq; fortunati gignant liberi. Cui nunq; parum regi tales dedit.Mirum esse profecto hucusq; prouectam crudelitatē ātiquor saluberrimis ortam initiis si in ulla re modum humana ingenia nouissent.Atq; non hanc ipsam medicinam ab Asclepiade repertam suo loco probaturi essemus euectai ultro magos.Etiam hoc est in omni re animorū conditio ut a necessariis orsa primū & cuncta puenerint ad nimium igitur demōstratar priore loco herbarum reliquos effectus dicemus adiicientes ut quasq; ratio dictauerit.Sed in lichenis remediis: atq; tam etiā fedo malo plura undiq; aceruabimus: q̄q̄ nō paucis iam demōstratis. Medetur ergo plantago trita quiq; folium radix albuci ex aceto ficulneę caules aceto decocti hybisci radix cum glutino & aceto acri decocta ad quartas Defricant etiā puice & rumicis radix trita ex aceto illinitur.Et flos uisci cū calce subactus laudatur & titimallum cum resina decoctum.

LIchen uero herba omnibus his prefertur:inde nomine inuento nascit in saxosis folio uno ad radicē lato caule uno longo paruis foliis depēdētibus hęc delet et stigmata teritur cum melle.

ESt aliud genus lichenis petris tantum adherens muscus qui & ipse illinit hic et sanguinē sistit uulneribus istillatus & collectiones illitus morbum quoq; regium cum melle sanat ore illito & lingua:qui ita curant. Aqua salsa lauari iubentur ungi oleo amygdalino ortensibus abstinere.Ad lichenas & thapsiae radice utuntur trita cum melle. Anginę & argemonia medetur sumpta ex uino isopum cum uino

decoctum & gargagarizatum peucedanum cum coagulo uituli marini equis ptibus proserpinata cum muria & oleo trita. uel sub lingua habita. Itē succus de quiq; folio potus cyatis tribus hic & omnibus faucium uitiis medetur gargarizatus uerbascus priuatim tonsilis in aqua potus.

STrumis plātago celidonia cum melle & axungia quiq; folium radix persolata. Itē cum axungia operitur folio suo imposita. Item artemisia radix mandragorę ex aq̄ scyderitis latifolia clauo sinistra manu circumfossa adalligatur custodienda sanatis ne rursus fata die herbariorū scelere ut in quibusdam diximus rebell& q̄ & in his quos Artemisia sanauit prędici reperio. Itē in his quos plantago. Damission quę & alcana uocatur sub solsticio collecta īponitur ex aqua caelesti foliū tritū uel radix tusa cum axungia ita ut imposita folio suo operiatur. Sic & ad omnes ceruicis dolores tuōres q; quacunq; in parte. Bellis in pratis nascitur flore albo aliquatenus rubente hāc cum artemisia illitam efficatiorem esse produnt. Condurdon quoq; herba solsticialis flore rubeo suspēsam in collo comprimere dicitur strumas. Itē uerbenaca cum plantagine digitorū uitiis omnibus & priuatī pterigiis. Quiq; folium medetur in pectoris uitiis uel si grauissima est tussis huic medet panacis in uino dulci. Succus hyosciami etiā sanguinē excreantibus nidor quoq; accensi tussiētibus Item scordotis mixto nastur tio & resina cum melle tusa arida facit & per se faciles excreationes. Itē centaurium maius uel sanguinē reuicientibus cum uino & plantagis succus medetur & betonica obolis tribus in aqua contra purulētas contraq; cruentas excreationes persolate radix dragma ponderis cum pineis nucleis. xi. Peucedani succus pectorū doloribus acorū subuenit. Et ideo antidotis miscetur Tussi daucū. Item scythica herba ea demum omnibus pectoris uitiis tussi & purulēta excreantibus obolis in passo.

TOtidē obolis bibitur uerbascum: cuius flos aureus huic tanta uis ut iumentis etiam nō tussiētibus modo: sed alia qnoq; trahētibus auxilietur potu: quod & de gē tiana reperio. Radix cacalię cōmanducata & in uino madefacta nō tussi tātum: sed & faucibus ꝓdest Isopi quiq; ramis cū duobus rutę & ficis tribus decocti toracē purgāt

TVssim sedat bechion: quę & tussilago dicitur. Duo eius genera. Siluestris ubi nascitur subesse aquas credunt & hoc habent signum. Aquilegis folia sunt maiuscu la q̄ hederę. v. aut. vii. sub albida a terra superne pallida sine caule sine flore sine semē radice tenui Quidā eundem esse archion & alio nomine chamaleucem putāt huius aridae cum radice fumus per harūdinem haustus & deuoratus ueterē sanare dicitur tussim: sed in singulos haustus passum gustandum est. Altera a quibusdā saluia ap pellatur similis Verbasco cōteritur & colata calefacit. Atq; ita ad tussim laterisq; do lores bibitur. Contra scorpiones eadē & dracones marinos efficax. Cōtra serpentes quoq; ex oleo perungi ea prodest. Isopi fasciculis cum quadrante mellis decoquitur ad tussim.

AD lateris & pectoris dolores uerbascum cū ruta ex aqua. Betonicę farina bibit̄ ex aqua calida stomachum corroborat Scordotis succus Cētaurium gentiana ex aqua pote plantago aut per se in cibo sumpta aut cum lente alice u sorbitione. Betonica alias graui stomacho uitia tamē sanat pota uel foliis cōmanducata. Item aristolochia pota Agaricon mādūcatum siccū ut ex iteruallo meū sorbeatur. Nymphea heraclea illita peucedani succus psillio ardoribus īponitur uel cotiledon trita cum polenta uel aizoum. Molon scapo est striaco foliis mollibus paruis radice. iiii. digitorū in aqua extrema potantur. Allii caput est uocatur a quibusdā syron ex uino dypsnoe stomacho ea medetur Cētauriū maius eligmate plātago succo uel cibo betonicę tusę pōdo libra

mellis attici ſemuncia ex aqua calida quotidie bibētibus. Ariſtolochia uel agaricon obolis ternis ex aqua calida aut lacte aſini pota. Ciſſanthemos ad ortopneos bibitur Item iſopum & aſtinaticis peucedani ſuccus. In iocineris doloribus & pectoris lateriſq; ſi febres nō ſunt. Sanguinem quoq; expuētibus ſubuenit Agaricon victoriati pondere tritum & in mulſi. v. cyatis datum. Itē & amomon facit iocineri priuati tēora bibitur recens dragmis. iiii. in poſcę emina. Betonicę dragma una in aquae calidae cyatis tribus ad cordis uitia in frigidę cyatis duobus. Quiq; folii ſuccus Iocineris & pulmonis uitiis ſanguinēq; reniciētibus & cuiuſcūq; ſanguinis uitio intus occurrit Iocineri anagalides mire proſunt. Capnon herbā qui ederēt bilem per urinā traubnt Acoron iocineri medetur toraci & prēcordiis.

RAucum quę & ephedra ab aliis marbaſis uocata naſcitur in uentoſo fere tractu ſcandēs arborem & ex ramis propendens folio nullo cyrris numeroſa qui ſint iunci geniculati radice pallida. Datur ex uino nigro auſtero trita ad tuſſim ſuſpiria tormiā & ſorbitione facta in qua uinū addi conuenit. Itē gentiana madefacta pridie cōtrita denarii pondere in uini cyatis tribus.

GEtim radiculas tenues hab& nigras bene olētes. Medetur non modo pectoris doloribus aut lateris: ſed & cruditates diſcutit iucūdo ſapore. Verbenaca uero omnibus uiſceribus medet lateribus pulmonibus iocineribus toraci peculiariter autem pulmonibus & quos ab his ptiſis tēptat.

RAdix herbę conſiliginis: quā nuper inuētam diximus ſuum quidē & pecorum omnium remedium prēſens eſt pulmonū uitio uel traiecta tātam in auricula bibi deb& ex aqua haberi q̄ in ore aſſidue ſub lingua. Superficies herbę eius an ſit ī aliquo uſu adhuc incertum eſt. Renibus prodeſt plantaginis cibus Betonicę potus agaricū potū ut in tuſſi.

IRifolium in maritimis naſcitur ubi ſaxis alludit unda neq; in mari: neq; ī ſicco ſatis craſſiore palmo alto in mucrone diuiſo radice alba odorata craſſa calidi guſtus. Datur epaticis in farre cocta. Hęc herba eadē uidet quibuſdā quę poliū de qua ſuo loco diximus.

SRomphena alterius uiribus roſeiſq; per caulē foliis in poſca ſanguinē reniciētibus medet. Iocineri autem herba malandrum naſcens in ſegete ac pratis flore albo odorato. Eius cauliculus cōteritur ex uino uetere. Item herba calcetum e uineis contrita īponitur faciles prēſtat uomitiones radix betonicę ellebori modo. iiii. dragmis in paſſo aut mulſo. Iſopum tritū cū melle utilius prēſumpto naſturtio aut iroē Molemoniū denarii pondere & ſilibus lacteus ſuccus qui denſatur in gummi ſuit cum melle ſupradicto pondere prēcipueq; bilē trahit. Rurſus ſiſtunt uomitionem Cuminum ſilueſtre betonicę farina. Sumūtur ex aqua abſterguntq; faſtigia cruditatesq; digeruntur. Daucum betonica farina ex aqua mulſa plantago decocta caulium modo. Singultus hemioniū ſedat Item ariſtolochia ſuſpiria clymenus pleureticis & peripleumonicis centauriū maius Item iſopū bibitur. Pleureticis peucędani ſuccus balus autē quam galli ſic uocant Veneti Cotoneam medetur lateri Item renibus cōuulſisq; & ruptis. Similis eſt Cuniculę bubulę cacuminibus thymo dulcis & ſitim ſedant roſę radicis alibi albę alibi nigrę.

EOſdem effectus lateris doloribus hab& chamerops myrtei circa caulis gemis foliis capitibus grēculę roſę ex uino potus. Sciaticos dolores & ſpinę leuat Agaricum potū ut in tuſſi. Item & thoccadis aut betonica farina ex aqua mulſa.

PLurimum tamē homini negotii aluus exhib&: cuius cauſa maior ps mortaliū uiuit. Alias enī cibos non tranſmittit alias non contin& alias nō capit alias nō conficit. Eoq; mores uenere ut homo maxime cibo pereat peſſimū corpoꝛ uas inſtat

ut credit' & ſæpius die appellat. Huius gratia præcipue auaritia expetit' huic luxuria conditur huic nauigatur ad phaſim huic profundi uada exquirũtur & nemo utilitatem eius eſtimat conſumatiois fęditate. Ergo numeroſiſſima eſt circa hanc medicinę opera. Siſtit enim ſcordotis recens dragma cum uiõ trita uel decocta potu. Poleõnia quoq; & diſſintericis ex uino datur. Verbaſci radix pota ex aqua duoꝰ digitoꝰ magnitudine. Nymphęę heraclię ſemẽ cũ uino potũ radix ſuperior ex ſiphio dragmae pondere ex aceto ſemen plantaginis in uino tritum uel ipſa ex aceto cocta: aut alica ex ſucco eius ſumpta. Item cum lenticula cocta uel aridae farinae inſperſa potioni cum papauere toſto & trito: uel ſuccus infuſus aut potus. Betonica in uino ferro calefacto eadem coeliacis in uino auſtero datur his & hyberis imponitur ut dictum eſt teneſmo radix nymphęae heracliae e uino bibitur pſillium in aqua acori radicis decoctum. Aizoi ſuccus aluum ſiſtit & diſſinterias & tineas rotundas pellit. Symphitis radix pota in uino albo & diſſinteriam ſiſtit. Item dauci aizoum foliis contritis ex uino torminibus reſiſtit. Alcinę ſiccę farina tormibus pota cum uino.

AStragalus folia hab& longa inciſuris multis obliquis circa radicem caules tres aut.iii. foliorũ plenos floré hyacinthi radices uilloſas implicatas rubraſ praeduras. Naſcitur in petroſis apricis & iſdem riualibus ſicut peneo archadię. Vis ei ad ſpiſſanda corpora. Aluum ſiſtit radix in uino pota quo fit ut moueat urinam repercuſſo liquore ſicut pleraq; quę aluũ ſiſtunt. Sanat & diſſintericos in uino rubro tuſa. Difficile autẽ tonduntur. Eadem gingiuaꝰ ſuppurationi utiliſsima eſt fotu. Colligitur exitu autumni cum folia amiſerit Siccatur in umbra. Et ladano ſiſtitur aluus utroq; quod in ſegetibus naſcitur cũ tuſo & cribrato bibit' ex aqua muſa Item nobili e uino

LEdon appellatur herba ex qua ladanum fit in cypro barbis capraꝰ adhęreſcens nobilius in arabia Fit etiã & in ſyria atq; aphryca: quod toxicon uocant. Neruos enim in arcu circundatos lanis trahunt adhęreſcẽte roſcida lanugine. Plura de ea diximus inter unguẽta hoc grauiſsimũ odore: duriſsimumq; tactu plurimum enim terę colligit cum probetur maxime purũ odoratum molle uiride reſinoſum. Natura ei molliẽdi ſiccandi coquẽdi ſomnum alliciẽdi capillum fluentem cohib& nigritiamq; cuſtodit. Auribus cum idromelite aut roſaceo infunditur. Furfures cutis & manantia ulcera ſale addito ſanat Tuſſim ueterem cum Storace ſumptum efficaciſſimum ad ructus Aluum ſiſtit & condris ſiue pſeudo dictamum.

HYppociſticis horrobotron quibuſdã dictũ malo granato imaturo ſimilis. Naſcitur ut diximus ſubciſto Vnde nomen hęc arefacta in umbra ſiſtit aluum ex uino nigro auſtero utraq; Duo genera eius candida & ruffa. Vſus in ſucco ſpiſſat ſiccat & ruffa magis ſtomachi reumatiſmos emendat. Pota tribus obolis ſanguinis excreationes cum amilo diſſinterias pota & ifuſa. Itẽ uerbenaca ex aqua data aut calentibus febri ex uino amineo coclearibus.v. additis in cyatis tribus uini.

LAuer quoq; naſcens in riuis condita & cocta torminibus medetur pota

MOgiton uero ex uino diſſintericis etiã & cęliacis ſimilis betę foliis minutior tãtum birſutioriq; paulum ſuper eminens extra aquã uſus in foliis refrigerant ſpiſſat peculiariter cruribus uitioſis utilia & contra ulcerum nomas cum melle uel aceto. Caſtor hanc aliter nouerat tenui folio uelut equinis ſetis thyrſo lõgo & leni i aquoſis naſcentem Radice ſanabat ſtrumas & duritias.

POta mogiton aduerſatur crocodillis. Itaq; ſecum habent eam qui uenantur eos Aluũ ſiſtit & achillea.

Idem effectus prestat & paratice.vii.caulibus ueluti rose capita sustinens.

Gratia uno folio radice nodosa & magna celiacis & dissintericis medetur:

Lentepodion alii letheoron alii coripetron uocant: cuius radix aluum sistit pur gatq; bilē in aqua mulsa addito pondere denariorū duorū. Nascitur in capestri & gracili solo. Semen eius potum lynsiphatica somnia facere dicitur.

Lagopus sistit aluum uino pota aut in febri ex aqua eadē inguini adalligatur in tumorē Nascitur in segetibus. Multi super omia laudant ad deploratos dissintericos quiq; folium. Decoctis in lacte radicibus potis. Et aristolochia victoriati pondere i cyatis uini tribus quę ex supradictis calida sumūtur. Hęc candēte ferro temptari ap tius erit e diuerso purgat aluum succus Centaurii minoris dragma in Emina aquae cum exiguo salis & aceti bilemq; detrahit. Maiore tormina discutiūtur. Betonica al uum soluit. Dragmis.iiii.in hydromelitis cyatis.viii. Itē euphorbium uel agaricū dragmis duabus cū sale modico potum ex aqua: aut in mulso obolis tribus Soluit & cyclaminos ex aqua pota aut balanus subditis. Itē chamecissi balanus cum Isopo de coctus ad tertias cū sale & pituitas trahit: uel contritum cum oximelle & sale pellitq; uentris animalia pituitas & bilem detrahit peucedani radix aluum purgat Anagali des ex aqua mulsa.

Item epithymon qui est flos e thymo satureie simili differētiaq; hic herbaceus est Alterius thymi albus. Quidā eū hippophaeom uocant ac stomacho minus iutilis uomitiones mou& sedat tormina & inflamationes discutit Sumitur & ex elygmate ad pectoris uitia cum melle & aliquando Iride aluū soluit a.iiii.dragmis ad.vi.cum melle & exiguo salis atq; aceti. Quidam aliter epythimum tradunt sine radice nasci tenui similitudine palioli rubens siccari in umbra bibi ex aqua acetabuli mēsura di midia detrahit pituitā bilēq;. Aluum leniter soluit & nymphea in uino austero. Sol uit & pigmotonion erucae foliis crassioribus acrioribus radice rotunda lutei coloris terram olēte caule quadrangulo modico tenui flore ocymi. Inuenitur in saxosis locis Radix eius in aqua mulsa.xii.denariorū pondere & aluum & bilē & pituitā exinanit semē somnia tumultuosa facit una dragma in uino potum & capnos strumam de trahit bilem.

Polypodion quam nostri fidiciolam uocant similis est filici radix in usu pilosa coloris intus herbacei crassitudine digiti minimi acetabulis cauernosa cenpoly porum cyrrhi subdulcis in petris nascēs & sub arboribus uetustis. Exprimit succus aqua madefacta & ipsa concisa ispargitur olei uel bete uel maluę uel salsamento uel cum pulticula coquitur ad aluum ut in febri leniter soluēdam. Detrahit bilem & pi tuitam Stomachum offendit aridę farina illita naribus polypum consumit. Flor& & semen nō fert.

Scamonium quoq; dissolutionē stomachi facit bilē detrahit aluū soluit pręterq; si adiiciatur aloes dragmę duę obolis eius duobus. Est autem succus herbę ab radice ramosę pinguibus foliis triangulis albis radice crassa madida nausiosa. Nascit pingui & arido solo. Radix circa canis ortum excauatur ut in ipsam cōfluat succus q sole siccatus digeritur in pastillos: siccat & ipsa uel cortex laudat natione colophoi um mysium prienensie Spetie autē nitidum & q̄ simillimum taurino glutini fun gosum tenuissimis fistulis cito liquescens uirus redolens somniosum linguę tactu lactescens q̄ leuissimum cum diluitur albescens. Hoc euenit & adulterino quod fit berui farina & titimalli marini succo fere in Iudea quod etiam strangulat sumptum deprehenditur gustu. Thytimallus enim linguam excalefacit uis biimo nec ante nec

postea utile. Dedere & per se ex aqua uel mulsa & sale quaternis obolis: sed utilissimē cum aloe Ita ut incipiēte purgatiōē mulsum bibatur Fit & decoctum radicis ī aceto ad crassitudinem mellis quo lepre illiniūtur & caput ungitur in dolore cum oleo.

Tytymallum nostri herbā lactariam uocant. Alii lactucā caprinam narrātq; lacte eius īscripto corpore cum inaruerit si Cinis īspergitur apparere litteras & ita quidem adulteras alloqui maluere quā codicillis. Genera eius multa primus cognominatur carachias qui & masculus existimat̄ ramis digitali crassitudine rubris succosis .v. aut .vi. cubitali longitudine radicibus foliis peneleq; in Cacumibus Coma uinci. Nascitur in asperis maritimis legitur semē autumno cum Coma siccatur sole tunditur & reponitur. Succus uero īcipiente pomoq; lanugine defractis ramulis excipit̄ fariā erui aut ficis ut cum bis arescat. Quinas autē guttas singulis excipi satis est. Tradūt q; etiam totiens purgari hydropicos fico sumpta quot guttas lactis exceperit. Succus dum colligitur ne attigat oculos cauēdum est. Fit & foliis tōsis priore minus efficax Fit & decoctum e ramis. Est & semē in usu cum melle decocto ad captapotias soluēdi alui gratia Semē & dentium cauis cera includitur. Colluuntur & radicis decocto e uino aut oleo Illiniunt & lichenas succo bibuntq; eum ut purg& uomitiones & aluo soluta. Alias stomacho Inutilē trahit pituitam sale adiecto in potu bilē Afronitro si per aluum purgari libeat in posca si uomitione in passo aut aqua mulsa. Media potio tribus obolis datur ficos a cibo sumpsisse melius ē. Fauces urit leniter. Est enī tam feruentis naturae ut per se extra corpori īpositum pustulas ignium mō faciat & pro caustico in usu sit.

Alterū genus tytimalli myrticem uocant alii caridoti foliis myrti acutis & pūgentibus sed mollioribus Et ipsum in asperis nascens. Colliguntur come eius hordeo turgescēte siccatę in umbra diebus .viii. in sole inarescunt Fructus nō pariter maturescit: sed pars anno sequente & nux uocatur Inde cognomen greci dedere. Demetitur cum messuum maturitate lauatumq; Deinde siccatur & datur cū papaueris nigri duabus partibus ita ut sit totum acetabuli modo. Minus hic uomitionibus q̄ superior: aliqui sic & folium eius dedere nucem uero ipsam in mulso: aut passo: uel cum sesima. Trahit bilem & pituitam per aluum. Oris ulcera sanat ad nomas oris. Folium cum melle estur.

Tertium genus tbytimalli. Paralium uocat̄ sine tbytimallis folio rotundo caule Palmū alto ramis rubentibus semine albo quod colligitur incipiente uua & siccatum teritur: sumiturq; acetabuli mensura ad purgationes.

Quartum genus belyoscopion appellant foliis portulacę ramulis stantibus a radice .iiii. aut .v. rubentibus semipedali altitudine succi plenis hoc circa oppida nascit̄ semine albo columbis gratissimo quod colligitur incipiente Vua. Nomē accepit: quoniā capita cum sole circūagit. Trahit bilē p iferna in oxymelle dimidio acetabulo Ceteri usus q carachię.

Quintum capparitiam uocant propter foliorū similitudinē Caule gemino aut triplici nascentem in Campestribus. Eadem uis quę belyoscopio aut carachiae.

Sextum platiphylon uocant appellant alii coribiten alii amygdaliten a similitudine: nec ullius latiora sunt folia pisces necat. Aluum soluit radice uel foliis uel succo mulso: aut aqua mulsa dragmis .iii. detrahit priuatim aquas.

Septimū dendroiden cognominauit alii cubion alii leptophylon in petris nascens gummosissimū ex omnibus maxime cauliculis rubētibus & semine copiosissimum. Eiusdem effectus cuius carachia.

LApiosisca siue raphanasagria iuncos duos siue tres spargit ĩ terra rubẽtes foliis rutę radice cępe: sed amplior quare quidam siluestre raphanum uocant. Intus habẽt mammam candidã: extra cortices nigros. Nascitur in mõtuosis & asperis aliquando & herbosis. Effoditur uere tusa in fictili mergitur deiectoq; quod supnatat. Reliquus succus purgat utrasq; parte sex q obolo in aqua mulsa. Sic & hydropicis datur acetabuli mẽsura inspargitur & aridę radicis farina potioni. Aiunt superiorẽ partem eius uomitionẽ & biles extrahere iferiorem per aluũ. Aqua tormina discutit quodcunq; betoica & panaces potest quã a cruditate peucedani usus inflationes & ructus gignit. Acori radix daucum uel si lactucae modo sumatur.

LAdanum cyprium potũ Interraneoꝝ uitiis occurrit Item gentianę farina ex aq̃ tepida fabę magnitudine. Plantago mane sumpta lingullis duabus & tertia papaueris in uini nõ ueteris cyatis.iiii. Datur in somnum euntibus addito nitro seu polẽta simul Si post cibum detur collo ifunditur emina succi uel in in febri. Agaricũ potũ obolis tribus uini ueteris cyato uno lieni medetur e panace omnium geneꝝ radix in mulso: sed teucria: pręcipue pota arida & decocta quãtum manus capiat in aceti emis tribus ad eminam illinitur eadem ex aceto: aut si tollerari non possit ex fico uel aqua. Pollemonia bibitur ex uino. Betonica dragma in oximellis cyatis tribus. Aristolochia contra serpẽtes. Argemonia tribus diebus in cibo sumpta lienem consumere dicitur Agaricum in aceto mulso obolis duobus Ad lienẽ nymphęę heraclię radix in uino pota & ipsa consumit. Cyssanthemus dragma bis in die sumpta in uini albi cyatis.ii. per dies.xl. lienem dicitur paulatim emittere per urinam Prodest & isopum cum fico decoctum lonchitidis radix decocta priusq̃ semen emittit. Peucedani quoq; radix & lieni & renibus lien acori potu consumitur praecordiis & ilibus utilissimae radices climeni semẽ sumptũ diebus.xxx. pondere unius denarii ĩ uiõ albo. Betonicę farina ex melle & aceto sillico pota. Radix lonchitidis in aqua teucrium illinitur. Itẽ scordiũ cum cera Agaricum tamẽ cum farina fęni gręci uessicę malis. Contraq; calculos grauissimis cruciatibus ut diximus auxilio. Polemonia ex uino pota. Item agaricum. Plantago radice uel foliis potis ex passo & betonica ut in Iocinere diximus. Itẽ raiti pota atq; illinita. Eadem ad strangurias efficacissima. Ad calculos quidẽ betonicam & uerbenam & millefoliũ ęquis portionibus ex aqua pro singulari remedio bibere suadent. Stangurias discuti dictamũ certum est. Itẽ quiq; folium decoctum ad tertias in uino hoc & in sero cęliacis dari atq; illini utilissimũ est. Simphiti quoq; radix superior urinam ciet ĩfantibus Ictericis datur ex aqua & linitur uessice uitiis Peucedani succus ĩfantibus ramici & umblicis eminẽtibus Itẽ psylion illinitur Vrinã ciẽ. Anacalides acoriq; radix decocta uel ipã trita potaq; etiã uessicę uitia sanat & calculos herba & radix cotiledonis. Itẽq; genitalium inflamationẽ pari pondere & caulis & semis & mutre Ebulum teneꝝ cum foliis tritum ex uino potũ calculos pellit. Impositum testes sanat frigeton quoq; cum farina turis & uino dulci testium iflãmationes sanat Simphiti radix illita inter ocellas cohibẽt aufert & genitaliũ nomas hippocistis alba Artemisia quoq; datur contra calculos ex uino dulci & ad stranguriã dolores uessicę sedat ex uino radix nymphęę heracliae eadem uis.

CRetamon ab hyppocrate admodũ laudata. Est autẽ inter eas quę eduntur siluestrium herbaꝝ hanc certe apud Callimacũ apponit rustica illa becale spicę sunt elatę ortensię caulis unus palmum unum altus. Semẽ feruens odoratum ceu baloditis rotundum siccatum rũpitur habẽt intus nucleũ candidũ quem aliqui eacri uocant folio pingui albicante ueluti oliuę crassiore & salso gustu. Radices digiti crassitudine .iii. aut .iiii. Nascitur in maritimis petrosis estur crudum coctũ ue cum olere odorati

ſaporis & Iucundi·Seruatur etiam in muria praecipueq; uſus ad ſtranguriã folio uel caule uel radice ex uino.Colorem quoq; corporis gratiorẽ facit. Verum largior iſlationes aluum ſoluit.Decocto urinam & a renibus humorẽ trahit:ſic & alemeę ſiccę farina uino pota ſtranguriam tollit efficatius addito dauco.Lieni quoq; utilis aduerſus ſerpentes bibit̃.Iumentis quoque in pituita aut ſtranguria ordeo iſpſa ſuccurrit

CAntilion eſt lenti ſimillima quae in uino pota ueſſicas uitiis liberat ſanguinẽ ſiſtit Alteram eſt cãtillis camepullo ſimilis flore purpureo odore graui radice itubi uel magis medet̃ cępea ſimilis portilacę nigriore radice:ſed iutilis naſcẽs i littoribus harenoſis guſtu amara in uino cum ſparagi radice Veſſicę plurimũ prodeſt.

EAdem prẽſtat hyppericon:quam alii camephitin:alii coriſon appellãt oleraceo frutice tenui cubitali rubente folio rutę odore acri ſemine ſiliquę nigro maturescente cum hordeo.Natura ſeminis ſpiſſandi aluum ſiſtit Vrinam ciet ad calculos ueſſicę cum uino bibitur.Eſt aliud hypericon quod aliqui caros appellant folio camariſci & ſub ea naſcitur: ſed pinguioribus folis & minus rubẽtibus odoratum palmo altius ſuaue leniter aculeatũ uis ſemini excalefactoria & ideo iflationem facit: ſed ſtoãcho nõ inutile prẽcipuum ad ſtranguriã ſi exulcerata non ſit ueſſica medetur & pleuriticis ex uino potum. Veſſicae autem calitrix trita ſimilis Cumino data ex uino albo Veſſice autem uerbenaca quoq; foliis decocta ad tertias uel radix eius e mulſo calido calculos eiicit.Item perpreſſa quę aretino & Illyrico naſcitur in aqua decocta e tribus eminis ad unum pota.Trifolium ex uino ſumptum & criſſantemum primũ Anthenium quoq; calculos eiicit paruis a radice foliis quinis caulibus longis duobus flore roſeo Radices tritę per ſe ſeu lauer crudum.

SIlanx naſcitur glareoſis & perennibus riuis cubitalis apii ſimilitudine coquitur ut olus acidum magna utilitate ueſſice quod ſi ſcabiẽ ſentiat panacis radice ſanatur Aliter iutilis ueſſicę calculos pellit. Malum erraticum radicis libra in congio decocta ad dimidias ide eminę ſumũtur per triduum Reliquũ ex uino cum zio & urtica marina & daucũ & plantaginis ſemẽ ex uino. Et herba ſuluiana quę & hęc nomẽ Inuẽtoris hab& nota tractantibus urinas ciet.Scordium teſtiũ tumores ſedat· Hioſcyamum genitalibus medetur peucedani ſuccus ex melle ſemẽ ſtrangurię. Agaricũ obolis tribus i uini ueteris cyato uno.Trifolii radix dragmis duabus in uino Dauci una dragma uel ſemini.Iſcyatici ſemine & foliis eritrodani tritis ſanãtur.Panace poto & ifricato polemonia ariſtolochię decocto folii agarico qdẽ & neruis q platus appellatur & humerorũ dolor ſanatur obolis tribus in uini ueteris cyato uno poto.Quinq; folium ſcyaticis bibitur & iponitur Itẽ ſcamonea decocta cum hordei farina.Semen hypperici utriuſq; bibit̃ ex uino Sedis uitia & attritus celerrime ſanat plantago.Cõdilomata quiq; folium ſedem conuerſam.Cyclaminis radix ex aceto Anagalidum cerulea procidentia ſedis retro agit e diuerſo rubẽs proritat cotiledon Cõdiolomata & emoroidas mire curat. Teſtium tumores acori radix decocta in uino tritaq; & illita i tertrigines negat fieri Cato abſcyntbium põticũ ſecũ habentibus.

ALii adiiciunt & pulegium quod ieiunus quis legerit ſi poſt ſe allig& inguinis dolores prohibet aut ſedat cęptos.Inguinalis quam quidã argemonion uocãt paſſim in uepribus naſcens ut proſit inguinibus.In manu tantum habenda eſt panos ſanat panaces cum melle. Plantago cum ſale. Quiq; folium perſolle radix:aut in ſtrumis Itẽ damaſonium uerbaſcum cũ ſua radice tuſum uino aſperſum folioq; inuolutũ: & ita in Cinere calefactũ iponatur. Experti affirmauere plurimũ referre ſi uirgo ipoãt nuda ieiuna ieiuno & manu ſupina tãgens dicat negat apollopeſton poſſe creſcere q

nuda uirgo restinguat. Atq; ita retrorsa manu ter dicat totiēsq; dispuant ābo. Medet & radix mandragorę ex aqua. Radicis scamoneae decoctū cum melle Syderitis cum adipe ueteri contusa. Marrubium cum axungia uetere: uel chrisippios cum ficis piguibus. Et hoc ab inuentore hab& nomen.

VEnerem in totum adimit ut diximus nymphea heraclea. Eadem semper pota ī .xl. dies insomnia quoq; ueneris a Ieiuno pota & in cibo sumpta. Illita quoq; radix genitalibus ibib& nō solum uenerē: sed affluētiam genituręq. Ob id corpus alere uocemq; dicitur. Appetentiam ueneris facit radix ex hyphio superior data potu in uiō Item quā Creminon agrion appellant ormeōs agrios cum poléta contritus.

SEd inter pauca mirabilis est orchis herba siue serapis foliis porri caule palmeo flore purpureo gemina radice testiculis simili ita ut maior siue ut aliqui dicunt. tenuior ex aqua pota excitet libidinē miōr siue mollior e lacte caprino ibibeat. Quidā folio syllę esse dicunt leuiore ac minore Caule spinoso eiusq; radice sanāt oris ulcera thoracis pituitas aluū sistūt ex uino pote.

COncicatricē uim hab& satyrion duo eius genera una longioribus foliis q̄ oleę caule. iiii. digitoꝝ flore purpureo radice gemina ad formā testiū bomis alterius annis intumescente ac residente Altera satyrion. Orchis cognominatur & foeminam esse ereditam distinguitur ī ternodiis & ramosiore frutice: radice fascinis nascitur fere iuxta mare hęc tumores & uitia partiū eaꝝ erumpentia cum polenta illita sedat uel p se trita. Superioris radix in lacte ouino data neruos ītendit Eadem ex aqua remittit. Graeci satyrion foliis lilii rubri minoribus & tribus non amplius e terra exeuntibus tradunt caule leui cubitali nudo radice gemina: cuius inferior pars & maior mares gignit supior ac miōr fęminas.

ESt & aliud genus satyrion. Eritbrecon appellāt semine uiticis maiore leui dure radicis cortice ruffo intus albū includitur sapore subdulce. Fertur in mōtuosis inueniri. Venerē etiam si omnino manu teneatur radix stimulari adeo si bibat ī uiō austero. Arietibus quoq; & hircis segnioribus in potu dari & a sarmata. Equis ob assiduum laborem pigrioribus ī coitu: quod uitium prosedamum uocant. Restringit uim eius aqua mulsa aut lactuca sumpta ī totum quidē grēci cum concitationē hanc uolunt significari satyrion appellant & sic cratecon cognominātes & teligonō: quaꝝ semē testium simile est. Tytimalli quoq; ramoꝝ medullam habentes ad uenerē proniores fieri dicuntur. Prodigiosa sunt quę circa hoc tradit. Theophrastus auctor est Alioquī grauis septuagessimo coitu durare libidinē cōtactu herbę cuiusdā: cuius nomē spetiēq; nō posuit Scyderitis adalligata uarices diluit & sine dolore prestat.

POdagrę morbus rarior solebat etiam nō modo patrū auorūq; memoria. Verū etiam nostra peregrinus & ipse. Nam si Italię fuiss& antiquitus latinum nomē ĩuenisse&. Insanabilis non est credendus quippe quoniā & in multis sponte desinit & in pluribus curatur. Medētur radices panacis cum uua passa. Succus hioscyami cū fariā uel semē scordion ex aceto hyberis uti dictum est. Verbenaca cum axungia trita. Cyclaminis radix cuius decoctū in pernionibus podagras refrigerat. Radix ex hyphio semē e psillio Cicuta cum litargiro axungia. Aizoum in primo impetu podagrę rubentis: hoc est calidae. Vtrolibet uerō conuenit Erigeron cum axungia plantaginis folia trita sale modico addito Agrimonia tusa ex melle medetur & uerbenaca illita: aut si pedes macerentur in aqua: in qua decocta sit.

ESt & lapazo similis agalidi nisi ess& ramosior ac pluribus foliis grauis odoris quę talis ē mollugo uocat similis & asperioribus foliis asperugo superioris & succus

pressi ĩ uino duobus cyatis quottidie sumitur praecipue uero liberat cũ alopoechos talasion.i.succus marinus lactucę similis: qui conciliis substernit non podagrę mõ; sed omibus articulorũ morbis impositus priusq; exarefiat. Tria autẽ eius genera latũ & alterũ longius quadã tenus rubẽs. Tertium crispis foliis quo in Creta uestes tinguntur omnia eiusdẽ usus. Nicander eam & aduersus serpentes in uino dedit. Salutare est & semẽ eius herbę quam psillion appellauimus madefactũ aqua admixtis ĩ Eminam seminis resinę colophonię coclearibus duobus turis uino laudãtur & mãdragorae folia cum polenta tusa.

TAlis uero tumẽtibus limus aquaticus cũ oleo subactus mire prodest articulis Succus ex centauria minore Idem neruis utilissimus. Itẽ centauriũ betonica neruis discurrentibus per scapulas humeris spinę lumbis pota ut iocinere. Articulis quinq; folium ĩpositum folia cum polenta uel radix recens tusa cum Cacumere siluestri uel decocta in aqua digitorũ in pedibus rimis polypodii radix articulis succus hioscyami cum axungia Amonion succus decocto. Item centuculus decocta uel muscus recens ex aqua obligatus donec inarescat. Item lappae boarię radix e uino pota cyclaminos decocta in aqua perniunculos curat omnia q; alia frigoris uitia & cotiledon cũ axũgia Folia ex batrachio epythimi succus clauos pedũ extrahit ladanũ cũ castoreo uerbeaca ex uino.

NVnc peractis malis quę mẽbratim sentiuntur dicemus de his que totis corporibus grassantur. Remedia autem hęc Cõmunia. Inuenio ante omnes potam decatheum de qua diximus. Dein panacis omnium generũ radices peculiariter longi quis morbis & semẽ interraneorũ uitiis. Ad omnes uero dolores corporis succum e scordio. Item betonicae: quae pota colorem plumbeum corporis priuatim emẽdat & gratiorem reducit.

GEranion: aliqui myrim aut myrtidon appellant. Similis est Cicutę foliis minutioribus & caule breuior rotunda saporis & odoris iucundi. Nostri sic eam tradũt. Gręci foliis paulo candidioribus q̃ maluę tenuioribus pilosis ramosa & iteruallis binum palmorũ & in his folia inter quę in cacuminibus capitula, sunt gruum Alterũ genus foliis anemones diuisuris lõgioribus radice mali modo rotunda dulci reficientibus se. Ab imbecillitate utilissima & fere talis uera est. Bibitur contra ptysi dragma in cyatis uini tribus bis in die. Itẽ contra iflationes & cruda idẽ prestat. Succus radicis auribus medetur. Epistotonis semẽ dragmis.iiii.cum pipere & myrrha potum ptysim sanat Et plãtaginis succus si bibat & ipsa decocta in cibo cum sale & oleo a somno matutino refrigerat. Eadẽ datur his quos atrophos uocant iterpositis diebus Betonica ptysis eligmate cum melle fabae magnitudine Agaricum potum duobus obolis in passo uel dauco cum centaurio maiore in uino phagadenis quod nomen sinemon esuriẽtium est & alia ulcerũ tytimalli medẽtur cum sesamis sumpti Inter mala uniuersi corporis uigiliae sunt plerisq; haec remedio monstratur panaces clymenos aristolochia & odore & peruncto capite Aizoum siue sedum si iuolutum panno nigro ignorantis puluino subiiciatur.

HEthonetera siue bonear hilaritatẽ afferunt in uino amygdaliceo folio flore roseo fruticosa longa radice: & cum siccata est uinum olẽte hęc in potu data seras quoq; mitigat cruditates quę nauseam faciũt digerit. Betonica eadẽ pota a Cęna cõcoctionẽ facit in oxymellitis cyatis tribus dragmę pondere & crapulam discutit Itẽ agaricum post cibos in aqua calida potum paralisi uetonica sanare dicitur. Itẽ hyberis ut dictũ ẽ eadem & torpentibus mẽbris prodest. Item argemonia ut dictũ est quęq; omnia sicari periclitẽt discutiẽdo.

COmitiales sanantur panacis: quam heracleõ diximus radice pota cum coagulo

uituli marini ita ut ſint panacis tres partes plantago pota. Vetonica in oxymellitis dragma: uel agarici obolis tribus folia. Quiq; folii ex aqua ſanat & arcezoſtis ſedano pota. Sanat & bacharis radix arida in puluerem contrita cyatis tribus cum Coriādro in aqua calida & centriculis trita in aceto: aut melle: aut in aqua calida. Verbenaca ex uino pota Iſopi baccę ternę cōtritę & in aqua potę diebus. xii. peucedanū cū coagulo uituli marini ęquis portionibus potum Quiq; folii cōtrita folia ex uino pota diebus. xxx. i. uetonicę farinę pondo denariorꝫ. xiii. cū aceti ſcyllitici cyato mellis attici uncia Scamonium obolis duobus cū Caſtorei dragmis. iiii.

FEbres frigidas leuiores facit agaricum potū in calida aqua tertianis ſcyderitis cum oleo. Item ladanū quod in ſegetibus naſcit' contuſum. Plantago ex aqua mulſa duabus horis āte acceſſionem pota binis dragmis uel ſuccus radicis madefactae uel tuſę: uel ipſa radix trita in aqua ferro calefacta. Quidā ternas radices in tribus cyatis aquę dedere. Eadēq; in quartanis quaterna fecerunt. Bugloſſo inareſcente ſi quis medullam e caule eximat: dicatq; ad quē liberādum febri cui id fiat & alliq; & et. vii. folia ante acceſſionem aiunt a febre liberari. Item betonicę dragmam in aquę mulſę cyatis tribus uel agaricum maxime in his febribus quae cum horrore ueniūt. Quinq; folii folia quidā terna tertianis dedere quaterna quartanis plura ęteris aliis omnibus tres obolos cum pipere ex aqua mulſa. Verbenaca quidem & iumentorꝫ febribus ī uino medetur: ſed in tertianis a tertio geniculo inciſa quaternis a quarto. Bibitur & ſemen hypperici utriuſq; & in quaternis horroribus betonicęq; farina quae omnes horrores coerc&. Item panaces adeo excalefactoria natura ut per niuē ituris bibere id pūgiq; eo praecipiant. Et ariſtolochia perfrictionibus reſiſtit: freneticos ſoranus ſanat qui contingit peucedano ex aceto capiti ifuſo angalidi ſucco e diuerſo letargicos excitari labor eſt hoc prēſtat euphorbium ut ex aceto naribus tractis peucedani ſuccus. Cōtra inſanias uetonica bibitur Carbūculos rumpit panaces ſanat betonicę farina ex aq̄ ut braſſica cum ture frequēti potu calide uel e carbone in conſpectu reſtincto fauilla digito ſublata & illita uel plantago tuſa Tytimallus caratices hydropicos ſanat panacis plantago in cibo cum prius panem ſiccum comederint ſine potu Betonica dragmis duabus in duobus cyatis uini: aut mulſi uel agaricum nel ſemen lonchitidis duabus lingulis ex aqua potū pſillion e uino Angalidis ſuccus Cotiledonis radix ex mulſo. Ebuli recentis radix excuſſa tantum nec colluta quantum duo digiti comprehendant ex uini ueteris calidi emina. Trifolii radix duabus dragmis in uino Tytimallū platiphylon cognomine ſemē hyperici quod charos appellatur. Arbe quam ebulum eſſe putant quidam radice contrita in uini cyatis tribus ſi febris abſit. uel ſemine ex uino nigro. Item uerbenaca faſciculo manus plenę decocta in aqua ad dimidias praecipue tamen chameleacte ſuccus aptissimus credit'. Eruptiones pituitasq; emēdat plātago Cyclamini radix cum melle. Ebuli folia cōtrita ueteri uino impoſita etiam boā ſanat. i. rubentes papulas pruriginem ſuccus ſtrychin illitus. Igni ſacro medetur aizoum folia trita Cicutę. Mandragorę radix ſiccatur in aſſes tres ut Cucumis primoq; ſuper muſtum ſuſpendit' mox ifumū. Dein tundit' in uino aut aceto. Prodeſt & in uino myrteo fouere mēte ſextans uini ſulphuris uncia ex aceto ſimul trita fuligo ex aceto Ignis ſacri plura ſunt genera Inter quę medium hominem ambiens qui zoſter uocat' & enecat' ſi cinxit medetur plātago cōcreta cymolia & peristeros p ſe radix pſolate.

ALiis quę ſerpunt cotiledonis radix cum mulſo aizoum ſuccus clinozoſti ex aceto. Radix pollypodii illita luxatis medent': doloremq; & tumores tollūt Semē pſilli folia plantaginis tuſa ſale modice addito uerbaſci ſemē ex uino decoctū contritū cicuta cum axungia folia ephemeri tuberibus & tumoribus illiniunt' quę etiā tū diſcuti poſſunt Morbum regium in oculis prēcipue mirari eſt tenuitatē illā denſitatemque

tunicularum felle ſubeunte hippocrates a ſeptimo die in febre mortiferum ſignũ eẽ
docuit. Nos ſcimus uixiſſe aliquos etiam ab hac deſperatione. Fit uero & circa febres
Impugnantq; centaurio maiore ut diximus poto Vetonica agarici obolis tribus ex
uini ueteris cyato. Itẽ uerbenacae folio obolis tribus ex uini calidi emina quatriduo.
Sed celerrime qnq; folii medet ſuccus tribus cyatis potus cũ ſale & melle. Cyclamini
radix dragmis tribus bibitur in loco calido & a perfrictionibus tuto. Sudores enim
felleos mouẽt. Folia tuſſillaginis ex aqua. Semẽ linozoſtis utriuſq; inſparſum poti-
oni uel cum abſcynthio: aut Cicere decoctum Iſopi baccę cũ aqua potę hyeben herba
ſi cum ſumitur cętero olere abſtineat Polytrix in uino data ſtiuchion in mulſo.

Cancri formicios & filulas & alacres & ambulationem

PAſſim & in quacunq; parte maxima incommoda naſcuntur: qui furunculi uo-
cantur mortiferũ aliquando malum conſectis corporibus. Remedio ſunt pigrocomi
folia trita cum polenta ſi nõdum caput fecerint. Diſcutiunt & folia ephedri illita. Fi-
ſtulę quoq; in omni parte ſerpunt medicorũ uitio male ſectis corporibus auxilio eſt
Centaurium minus colliriis cum melle decocto additis plantaginis ſuccus infuſus.
Quiq; folium cum ſale & melle ladanum cum caſtoreo Cotiledon cum medulla cer-
uina calefacta iponita. Verbaſci radicis medulla colliriis tenuitatem in fiſtulam addit
uel ariſtolochię radix uel ſuccus tytimalli collectiones iflamatioẽsq; ſanat Argemo-
hoc modo animorum eſſe credimus quae tali medicamento Inuenitur.

ODonchitis ĩter foeni ē genera cauliculis denſis ab eadem radice geniculatis tri-
angulis nigris in geniculis folia parua hab & longiora tamen q̄ poligonium. Semen
malis ordeo ſimile florem purpureum puſillum. Naſcitur in pratis. Decoctū cauli-
culorum eius in uino auſtero quantū manus capiat dētium dolori medetur ita ut cō-
tineatur ore

OThomia in ſyria naſcitur ſimilis erucę perforatis crebro foliis flore croci: quare
quidam anemones uocauerunt. Succus eius oculoꝝ medicamentis conuenit. Mor-
det enī leuiter & excalefacit aſtringitq; ſiccando purgat Cicatrices & nubeculas & qo
quid obſtat. Quidam tradunt lauari: atq; ita ſiccata in paſtillos digeri.

ONoma longa folia hab & fere ad tres digitos in terra iacentia tria ad ſimilitudi-
nem ancuſae ĩciſis ſine caule ſine flore ſine ſemine. Praegnans ſi edit eam aut ſuper-
grediatur abortū facere dicitur.

ONopardō cū ederit aſini crepitus reddere dicunt Trahit urinā & mēſes aluum
ſiſtit ſuppurationes & collectiones diſcutit.

OSpiriſ ramulos fert nigros tenues lentos & in his folia nigra ceu lini ſemenq;
in ramulis nigrum initio Deinde colore mutato rubeſcens ſinigmata mulie-
tribus faciunt. Ex his radicum decoctum potu ſanat arquatos. Eedem priusq̄ matu-
reſcant ſemen conciſae & ſole ſiccatae Aluum ſiſtunt. Poſt maturitatem uero colle-
ctae & in ſorbitione decoctae reumatiſmis uentris medentur: & per ſe tritę ex aqua
cęleſti bibuntur.

OXis folia terna hab & Dat ad ſtomachū diſſolutū Edunt & qui hentherocelon
habent.

POlyanthemum quã quidã batrachion appellant caustica ui exulcerat Cicatrices & ad colorem reducit eademque mutiligines concorporat.

POliganum grçci uocant: quã nos sanguinariam nõ atttollitur a terra foliis rutę similis gramine. Succus eius infusus naribus supprimit sanguinem. Et potus cum uino cuiuslib& partis profluuium excreationesq; cruentas inbib&: qui plura genera polygoni faciunt hanc marem ítelligi uolunt appellariq; multitudiẽ seminis aut dẽsitate fruticis: alii polygonon a frequentia geniculoꝝ: alii alathada: alii carchinothron alii dema: multi myrthopetalum. Nec non Inueniũtur qui hanc fęminã esse dicant: marem autẽ maiorem minusq; nigram & geniculis densiorem semine sub omnibus foliis turgescentem. Quocunq; hoc modo se habent uis eaꝝ spissare est ac refrigerare Semine aluum soluunt largius sumpto urinã ciẽt Reumatismos cohibent qui si nõ fuere non prosunt stomachi feruori folia imponuntur uefficae dolori illiniuntur & ignibus sacris. Succus & auribus prurulẽtis istillatur & oculorũ dolori per se. Dabat & in febribus ante accessiones duobus cyatis in tercianis quartanisue prçcipue. Itẽ colericis dissintericis & in solutione stomachi. Tertium genus orion uocant i mõtibus nascens harundini tenerę simile uno caule dẽsis geniculis & infractis foliis autẽ pice radicis superuacuae inefficacius q̃ superiora peculiare isciaticis. Quartum genus siluestre appellatur pene aridiori frutice radice lignosa stirpe cedri rubicundo ramis sparti binum palmoꝝ nigris geniculoꝝ ternis quaternis ue articulis huic quoq; spissandi natura sapor mali cotonei decoquitur in aqua ad tertias: aut aridi faria íspgitur & oris ulceribus & attritis partibus. Propter gingiuaꝝ uero uitia ipsa cõmanducatur Noma sistit omnia quęq; serpunt aut difficilẽ Cicatricem habẽt priuatim uero sanat a niue facta ulcera herbarii & ad anginas utuntur illa: & in capitis dolore coronam ex ea imponunt & contra epiphoras collo circundant. In tertianis quidẽ sinistra maũ euulsam adalligant Adeo contra profluuia sanguinis: nec ullam magis aridã q̃ polygonum seruant.

PAncratium aliqui sillam pusillam appellare malunt foliis albi lilii lõgioribus crassioribusq; radice bulbi magni colore ruffo Aluũ soluit succo cũ farina crui sumpta ulcera purgat hydropicis splenicis cum melle datur: alii decoquunt eã donec ea aqua dulcis fiat. Eaque effusa radicem terentes digerunt in pastillos sole siccatos: postea utuntur ad capitis ulcera & cętera quę repugnanda sunt. Itẽ ad tussim quantũ tribus digitis apprehenderit in uino dantes & ad lateris dolores aut peripleumoicis eligma dauce propter Iscbiada in uiõ bibendã & propter tormina mẽsesq; ciendos.

PEplis quam aliqui sichem: alii meconion: alii mechona aphrode uocant ex una radice tenui fruticat foliis rutę paulo latioribus semine sub foliis rotundo minus cãdido q̃ papaueris. Inter uites fere colligit̃ messibus: siccaturq; cũ fructu suo abiectis in aqua excidant hoc pacto aluus soluitur bilis ac pituita detrahitur. Media potio ẽ acetabuli mẽsura in aquę mulsę eminis tribus & cibis íspargit̃ obsoniisq; ad mollidam aluum.

PEriclemenon fruticat & ipsa ex íteruallo duo folia habens subcandida mollia. In Cacumine autem semẽ inter folia durum: & quod difficile euellatur. Nascit̃ in aruis ac sępibus conuoluens se aminiculis quibuscunq; Semen eius in umbra siccatum tonditur & in pastillos digerit̃. Inresoluti dantur in uini albi cyatis ternis tricenis diebus ad lienem: eumq; urina cruentata aut per aluum absumit: quod ítelligit̃ a.x. statim die urinam ciente folia decocta q; & quę ortopnoicis partum quoq; adiuuant secundasq; pellũt pota similitudo.

PEllicenum in segetibus diximus nasci fruticosam cauliculis foliis Ciceris semẽ in siliquis fert Corniculoꝝ mõ aduncis ternis quaternis ue quale sit nouimus

amarum stomacho utilem additur in antidota.

Olygalla palmo altitudinem petit caule summo foliis lenticulę gustu astricto quę tota lactis abundantiam facit.

Otyreton aut ut alii uocant parimon uel neuras large fruticat spinis retorrida lanugine spissa foliis paruis rotundis ramulis lōgis mollibus lentis tenuibus flore longo herbacei coloris seminis nulli usus: sed gustu acuto & odoratu Inuenitur in aquosis collibus Radices hab& duas aut tres binum cubitoꝝ in altitudinē neruosas candidas firmas. Circūfodit autūno & prēciso frutice dat succū radix gūmi similē radix mira uulneribus sanādis tradit prēcipueq; neruis uel prēcisis illita. decoctū quoq; eius cū melle potum dissolutiones neruorum & infirmitates & incisuras iuuat

Halangitis a quibusdam phalagion uocatur ab aliis leucanthemon uelut in q' busdam exemplaribus inuenio. Leucantha ramuli sunt ei nunq̄ pauciores duobus ī diuersa tendentes. Flos candidus lilio rubro similis Semine nigro lato ad lenticulae dimidię figuram multo tenuiore radice herbacei coloris huius folio uel flore uel semine auxiliant cōtra scorpionū phalangioꝝq; & serpentiū ictus. Itē contra tormina.

Hiteuma q̄lis sit describere superuacuū habeo cū sit usus eius tātū ad amatoria

Hylon a graecis uocatur herba in saxosis montibus Foemina magis herbacei coloris caule tenui radice parua Semine rotundo papaueri simile haec sui sexus facit partus. Maris autem a semine tantum differens quod ē incipiēte oliua Vtrūq; bibit in uino.

Ellandrion nascitur in palustribus folio apii. Bibitur semē eius propter calculos & uessicę incōmoda.

Haleri tyrsum hab& longum tenue ceu calamū in summo flore īclinatum semē simile sesamę & hoc calculos frangit potum ex uiō uel aceto uel cum melle & lacte. Idē & uessicę uitia sanat.

Olyrison folia hab& myrti radices multas hae tusae dant e uiō Cōtra serpentes prosunt & quadrupedibus.

Rospinaca herba uulgaris est eximii aduersus scorpiones remedii. Eadem contrita addita muria & olei emina. Anginā eximie curari tradunt. Prēterea ī quātaslib& lassitudines recreari defessos etiam cum obmutuerint si subiiciatur linguę si deuoret uomitionē sequi salutarē.

Echoma affertur ex his quae supra pontum sunt regionibus radix costo nigro similis minor & ruffior paulo sine odore calefaciens gustu & astringens. Eadē trita uini colorem reddit ad crocū inclinantē. Illita collectiones inflamationes sedat uulnera sanat. Epiphoras oculoꝝ sedat ex passo illita insignita cū melle & alia huētia ex aceto farina eius īspargitur contra cacobetes & sanguinem reuicientes dragmę pōdere in aqua dissentericis que & cęliacis si febri careāt in uino. Sin aliter ex aq̄ facilius teritur nocte antecedente madefacta. Datur & decoctum eius bibēdum duplici mēsura ad rupta contusa cōuulsis ex sublimi deuolutis. Si pectoris sint dolores additur piperis aliquid & myrrhae. Si dissolutio stomachi ex frigida aqua sumitur: sic & in tussi uetere a pruruletis excreationibus. Item epaticis spleneticis Ischiaticis ad renū uitia suspiria ortopneas arteriis exscabritias sanat ex passo tribus obolis potis trita aut decoctum eius Lichenas quoq; ex aceto impositа purgat. Bibitur contra inflationes & perfrictiones febres frigidas singultus tormīa herpetas capitis grauitates melancolicas uertigines lassitudinē dolores & cōuulsiōes.

Irca ariminum nota ē herba quā resedā uocant discutit collectiones īflamatiōes q; q curāt ea addunt hęc uerba reseda morbus reseda scis nescis ne qs hic pullus

egerit. Radices nec caput nec pedes habeant haec ter dicunt totiensq; despuunt.

SToecas in insulis tantum eiusdē nominis gignitur odorata herba Coma Isopi amara gustu menses ci& pota pectoris dolores leuat. Antidotis quoque miscetur

SOlanum graeci erixo uocant ut tradit Cornelius Celsus. huic uis exprimendi refrigerandiq;.

SMyrnion caulē hab& apii folia latioraq; maxime circa stolones multos quorū a sinu exiliunt pinguia ad terram infracta odore medicato cum quadā acrimonia Iucunda colore in luteun lāguescentibus capitibus caulium orbiculatis ut apii semie rotundo nigro: qui arescit īcipiēte aestate. Radix quoq; odorata gustu acrius mord& succosa mollis. Cortex eius foris niger Intus palidus odor myrrhę hab& qualitatem Vnde & nomen. Nascitur & ī saxosis collibus & terrenis. Vsus eius calefacere extenuare urinam & menses ci& folia & radix & semen aluum sistit. Radix collectiones & suppurationes non ueteres. Item duritias discutit illita. prodest & contra phalāgia & serpentes admixto cachri: aut pollinc: aut mellisophylo in uino pota sed pariculatī quoniā uniuersa uomitionē mou&: Qua decausa aliquando cū ruta datur. Medetur tussi & ortopneae Semen uel radix. Item thoracis: aut lienis: aut renum: aut uessicae uitiis. Radix autem ruptis conuulsis partus quoq; adiuuat & secundas pellit. Datur et ischiaticis cum cheretamo in uino. Sudorē ci& & ruptus. Ideo īflamationē stomachi discutit. Vulnera ad cicatricē perducit exprimitur & succus radicis utilis & feminis & thoracis prēcordioq; desideriis. Calefacit enim & cōcoquit & purgat. Semē pecu liariter hydropicis datur potu: quibus et succus illinitur: et malagmate cortice arido & ad obsonia utuntur cum mulso & oleo & garo maxime in elixis carnibus simul. Concoctiones facit sapore simillima piperi Eadem in colore stomacho efficax.

TElephion purtulacae est similis & caule & foliis crassis & carnosis Nascitur ī cultis & maxime inter uites. Illinitur & lentigini. At cum inaruit deteritur. Illinitur & uitiligini ternis fere mēsibus senis horis noctis aut diei postea farina ordeacea illinitur medet & uulneribus & fistulis.

TRichomanes adiantho simile est exilius modo nigriusq; foliis lenticulis dēsis amaris aduersis inter se. Decoctum eius strangurias sanat in uino albo potum addito Cumino rustico lęsum cohib&. Capillos defluentes: aut si effluxerint reparat Allopetiasq; densat tritum & in oleo illitum. Sternutamēta quoque gustatu mou&.

THoaritrū folia Coriandri hab& pinguiora paulo Caulem papaueris: nascitur ubiq; prēcipue in Campestribus: medentur ulceribus folia cum melle.

THicapsi duum generū est angustis foliis digitali longitudine & latitudine in terram uersis in Cacumine diuisis Cauliculo semipedali non sine ramis peltarum spetie semine incluso lenticulae effigie nisi q; īfringit. Vnde nomē flos albicat nascitur in semitis & sepibus. Semen asperi gustus bilem & pituitam utrunq; extrahit modus sumēdi acetabuli mensura. Prodest & isciaticis īfusum donec sanguinē extrahat menses quoque ciet: sed partus necat. Alteq; thicapsin. Aliqui persiconaps uocat latis foliis radicibus magnis & ipsum utile Isciaticoq; infusioni. Prodest & inguinibus utrunq; prēcipitur ut qui colligit dicat summere se contra īguina & cōtra omnes collectiones & cōtra uulnera. Vnaq; maū tollat.

TRachina herba qualis sit nō traditur Credo & falsum esse promissum de īcerto portentuosum ē adalligatā triduo absumere lienes.

TRagonis siue tragion nascitur in Creta tãtum Insula in maritimis. Iunipero similis & semiẽ & folio & ramis. Succus eius lacteus ĩguini spissatus uel semẽ in potione. Spicula e corpore eiicit tunditur recens & in uino Illinitur aut sicce farĩa cum melle. Eadem lactis abundantiam facit mammisque unice medetur.

ESt & alia herba tragos quam aliqui scorpion uocãt semipede alta fruticosa foliis pusillis racemis rubentibus grano tritici acuto acumine & ipsa in maritimis nascens huius ramorum .x. aut .xii. Cacumina trita ex uino pota coeliacis dysentericis sanguinẽ excreãtibus mensiũq; abũdãtiq; auxiliãt̃.

ESt & Tropogon: quem alii comem uocant caule largo foliis croci radice longa dulci sup caulẽ calice lato nigro nascit̃ ĩ aspis sine usu.

ET de herbis quidẽ memoria digna hactenus aut accepimus: aut cõperimus. In fine eax admonere non ab re indicauimus alias aliis uiriũ ętates esse longissimo tpe durat belatex ut diximus. Cameleon niger .xl. annis Cẽtauriũ nõ ultra .xii. Peucedanum & aristolochia ac uitis siluestris anno in umbra seruant̃. Et animaliũ quidem caeterox nullum aliud radices a nobis dictas attingit excepta spondille quae omnes persequitur. Genus id serpentis est. Nec illud quidem dubitatur omniũ radicũ uim effectusq; minui si fructus prius maturescãt. Itẽ seminum ante radice propter succũ incisam. Resoluitur autẽ omniũ uis consuetudine & desinunt prodesse cum opus ẽ quae quotidie in usu fuere ęq; q̃ nocere. Omnes uero herbae uehemẽtiores effectu uiribusq; sunt infrigidis locis & in aquilonis Item siccis. Sunt & gentium differẽtie non mediocres: sicut accepimus de tineis lũbricisq; Inesse ęgypti arabiae syriae Ciliciaeq; populis e diuerso genere phrygiae non omnino innasci minus id mirum q̃ in confinio atticę boetię Thebanis ĩnascuntur cum absint atheniẽsibus: quę cõtẽplatio affert nos ad animalium ipsorum naturas ĩgenitasq; bis uel certiores morborũ omniũ medicinas Rursus enim rex parens nullum animal ad hoc tantum ut pascetetur aut alia satiar& nasci uoluit. Quin artes salutares inseruit & uisceribus: quippe cum surdis etiam rebus iseruerit. Tum uero illa animae auxilia pręstantissima ex aliĩbus alia esse uoluit contemplatione ante Cuncta mirabili.

DICTAE ERANT NATVRAE OMNIVM RERUM inter caelum: ac terras nascentium. Restabant quęq; ex ipsa tellure fodiuntur si nõ herbax ac fruticum tractata remedia aufferrent transuersus ex ipsis animalibus quae sanant̃ reperta maiore medicina. Quia ergo diximus herbas & flox imagines ac pleraq; inuentu rara ac difficilia idem tacebimus quid in ipso homine prosit homini Cęteraq; genera remediox inter nos uiuentia cum pręsertim nisi carenti doloribus morbisq; uita ipsa pęna fiat. Mirne uero quin omnem insumemus operam licet fastidii periculum urgeat quando ita decretum est minore gratiae q̃ utilitatum uitę respectum habere. Quiimo externa quoque & barbaros & ritus ĩdicabimus Fides tantum auctores appell&: q̃ q̃ & ipsi consensu prope iudicii ita eligere laborauimus potiusq; curę rerum q̃ copiae istituimus. Illud admonuisse perq̃ necessarium est dictas iam a nobis naturas animalium & quę cuiuscũq; essent ĩuenta: nęq; enim minus profuere medicinas reperiendo: q̃ prosunt prębendo nunc quę in ipsis auxilientur indicari. Neque illic in totun omissa. Itaq; hęc esse quędam alia illis tamẽ

connexa Incipiemus autem ab homine ipsum sibi exqrentis imēsa statī difficultate obuia. Sanguinē quidē gladiatoꝝ bibunt ut bibentibus procul sit Comitiales morbi quod spectare facientes in eadem barena feras quoq; horror est. At hercule illi ex homine ipso sorberi efficacissimū putant calidum spirantēq; & unam ipsam animā ex osculo uulneꝝ cum quidem admoueri ora mos sit humanis: alii medullas crurū querūt & cerebꝝ infantium. Nec pauci apud grēcos singuloꝝ uiscerum mēbrorumq; etiam sapores dixere omnia persecuti usq; ad resegmina unguium quasi uero sanitas uideri possit feram ex homīe fieri: morbusq; dignum in ipā medicinę gratia hercule frustratione si non prosit Aspici humana exta nefas habetur quanto magis mandi quis ista inuenit ostenta? Tecum enim res erit euerso humani iuris mōstroꝝq; artifex qui primus ea cōdidisti. Credo ne uita obliuisceretur. Quis inuenit singula membra humana mandere? qua cōiectura inductus? quā potest medecina ista originē habuisse Quis beneficia innocentiora efficit q̄ remedia? Esto barbari externiq; ritus inuenerit etiam ne suas graeci fecere has artes? Extant cōmentationes Democriti ad alia noxii hominis & ex capite ossa plus prodesse Ad alia amici & hospitis Iam uero ui Interempti dente gigiuas in dolore scarificari Apollonius efficacissimū scripsit. Moletus oculorū suffusiones felle hominis sanari artemon caluaria interfecti: neq; Cremati propinauit. Efonte aquam noctu. Comicialibus morbis. Ex eadē suspendio iterēpti catapotias fecit contra Canis rabidi morsus Anceus atq; etiam quadrupedes sanauere contra inflationes boum pforatis cornibus iferentes ossa humana ubi homo occisus essē aut crematus siliginem que pernoctassē suum morbis dando. Procul a nobis nostrisq; litteris absint ista. Nos auxilia dicemus nō piacula sicubi lactis puerperaꝝ usus mederi sicubi saliua tactus ue corporis cęteraq; similia uitam quidē nō adeo expetendam censemus ut quoquo modo pertrahēda sit quisqs es talis aeque moriere etiam q̄ obscenus uixeris aut nefandus. Qua ppter hoc primum quisq; in remediis animi sui habeat ut ex omnibus bonis quę homini tribuit natura nullum melius eē tempestiua morte. Idque in ea optimum quod illam sibi quisq; prestare poterit.

EX homine remediorum primū maximae questionis & semper icerta: ē polleat ne aliquid uerba & incātamēta Carminum. Quod si uerū est homini acceptum fieri oportere cōueit. Sed uiriti sapientissimi cuiusque respuit fides. In uniuersum uero omibus horis credit uita nec sentit. Quippe uictimas cedi sine prēcatione nō uidet referre aut deos rite consuli prēterea alia sunt uerba impetrantis Alia depulsoris: Alia Cōmentatoris. Vidimusque certis prēcationibus obsecrasse summos magistratus. Et ne quid uerborū prētereatur: aut praeposterū dicatur descriptio prēire aliquē rursusque alium custodem dari qui attendat: alium uero prēponi qui faueri linguis iubeat. Tubicen canere ne quid aliud exaudiat utraque memoria insigni Quotiēs ipse dire obstrepētes nocuerint: quotiensue praecatio errauerit. Sic repente ex extis adimi capita uel corda: aut geminari uictima stante acciderit Ac durat imenso exemplo deiorum patris filiq; quo se deuouere carmen. Extat Tutiae uestalis incerta prēcatio: qua usa aquā tulit in cribro anno urbis Romae. dc. ix. Boario uero in foro graecum grēcamq; defossos exemplo aliarum gentium cum quibus tum res essē & etiam nostra aetas uidit Eius sacri prēcationem qua solē prēire. xv. uirum collegii magister. Si qs legat profecto uim Carminum fateantur ea omnia approbantibus octingentis. xxx. annoꝝ euentibus. Vestales nostras hodie credimus nondum egressa urbe mancipia fugitiua retinere in loco prēcationis cum si semel recipiat ea ratio & deos prēces aliquas exaudire: aut ullis moueri uerbis cōfitendū sit. De tota Cōiectatione prisci qdē nostri perpetuo talia credidere. Difficillimū que ex his etiam fulmina elici ut suo loco edocuimus. L. Piso primo ānalium auctor est Tullum hostilium regem ex Nūmę libris eodem quo illum sacrificio Iouem caelo deuocare conatum: quoniam paꝝ rite

quaedam fecisse & fulmine ictum. Multi uero magnarũ rerum fata & ostenta uerbis permutari Cum in tarpeio fodiẽtes delubro fundamẽta caput humanum Inuecissent missis ob id a se legatis Hetruriẽ celeberrimus uates Olenus Calenus praeclarum id fortunatumq; cernens iterrogationem in suam gentem transferre temptauit Scipioẽ prius determinata templi imagine i solo ante se hoc ergo dicitis Romani hic tẽplũ Iouis optimi maximi futuꝫ est. Hic caput iuenimus constantissima annalium affirmatione transituruꝫ fuisse fatum in hetruriam ni praemoniti a filio uatis legati Romani respondissent non plane hic sed romẽ inuentum caput dicimus. Iterum id accidisse tradunt cum in fastigiũ eiusdem delubri prẽparatẽ quadrigae fictiles in fornace creuissent. Et iterum simili more tentum augurium. Nec satis sunt exempli ut appareant ostentoꝫ uires & in nostra potestate esse: ac prout quaeque accepta sunt ita ualere In auguꝫ certe disciplina constat neq; diras aues: neq; ulla auspitia pertinere ad eos qui quanq; rem ingredientes obseruasse ea negauerint: quo munere diuinẽ indulgentiae maius donum nullum est. Quid nõ etiã legum ipãrum in .xii. tabulis uerba sunt. Qui fruges excantassit. Et alibi Qui malum carmẽ incantassit Verrius flaccus auctores ponit quibus credat in oppugnationibus ante omnia solitum a Romanis sacerdotibus euocari deum: cuius in tutela id oppidum essit: promittiq; illi eundem aut amplioꝛem locum apud Romanos cultum ue. durat in pontificum disciplina id sacrum. Constatque ideo ocultatum: in cuius dei tutela Roma essit ne qui hostium simili modo agerent. Defigi quidẽ diris prẽcationibus nemo nõ metuit hoc ptin& ut ouoꝫ quae exerbuerit qsque calices cocleasq; protinus frangi: aut eisdem cocleis perforari. hic Theocriti apud grẽcos catulli apud nos: proximeque uirgilii icantamẽtorum amatoria Imitatio. Multi figlinarum opera rũpi credũt tali modo. Nõ pauci autem serpentes ipsos necauere & hunc unum illis esse itellectum Contra biq; marsorum cantu etiam in nocturna quiete Iam parietes icendiorum deprecationibus cõscribuntur. neque est facile dictu externa uerba atq; ineffabilia abrogant fide ualidiusinlatine opinata Et quẽ ridicula uideri cogit animus sempq; aliquid imensum expectans ac dignum deo mouẽdo Imo uero quod numini imperẽ. Dixit homerus ꝓfluuium sanguinis uulnerato fẽmine ulixẽ inhibuisse Carmine. Theophrastus ischiaticos sanari. Cato prodidit luxatis membris carmẽ auxiliari. M. Varro podagris Cẽsarem dictatorẽ post unũ ancipitẽ uehiculi casum ferunt semper ut primũ cõsedissit Id quod plerosq; nũc facere scimus carmine ter repetito securitatem itineꝫ aucupari solitum hic & hanc in partem singulorum quoq; conscientiam coarguere. Cui enim primum anni icipientis diem laetis prẽcationibus in uicem faustum comminamur Cur publicis lustris etiã nomina uictimas ducentium prospere legimus? Cur & fascinationibus ad orationes peculiares occurrimus alii grẽcam nemesim inuocantes: Cuius ob id romẽ simulacrum in capitolio est: q̃uis latinum nomẽ non sit? Cur ad mentionem defunctoꝫ testamur memoriam eorum a nobis non solicitari? Cur ipares numeros ad omnia uehementiores credimus. Idq; in febribus dieꝫ obseruatione intelligitur? Cur ad primitias pomorum hẽc uetera esse dicimus alia noua optamus alias sternuentes salutamus? Quod etiam Tiberium Caesarem tristissimũ ut cõstat hominem in uehiculo exegisse tradunt. Et aliqua nomine quoq; salutare religiosius putant. Quin & absentes tinnutu auriũ prẽsentire sermones de se receptum est Attalus affirmat si quis dicat Scorpione uiso duo cohiberi nec uibrare ictus: & quoniam scorpio admonuit in aphryca nemo destinat aliquid nisi prẽfatus aphrycam. In cẽteris uero gentibus deos ante obtestatus ut uelint. Nam si mẽsa adsit ãnulum ponere translatium uidimus. quoniam multas etiam religiones pollere manifestum ẽ. Alius saliua post aurem digito relata solicitudinem animi ꝓpitiat. Pollicesẽ fauceamus prẽmere etiam ꝓuerbio iubemur. In adorando dextram ad osculum referimus: totũque corpus circumagimus: quod in leuum fecisse galliae religiosius credũt: fulgetras

popiſmis adorare. Conſenſus gentiũ ē incendia inter epulas nomiata aqs ſub mēſam profuſis abominamur recedente aliquo ab epulis ſimul uerri ſolum aut bibēte. Conuiuam menſam uel repoſitorium tolli iauſpicaciſſimum Iudicatur. Seruii Sulpicii principis Commētatio eſt quam ob rem menſa linquēda non ſit. Nondũ enĩ plures q̃ Conuiuę numerabātur. Nam ſternutamēto reuocari ferculum menſamue: poſtea ſi non guſtetur aliquid inter diras habetur: aut omnino inane eſſe. Hęc iſtituere illi qui omnibus negocis horisq; intereſſe credebant deos. & ideo placatos etiam uitis noſtris liquerunt. Quin & repente conticeſcere conuiuium Annotatũ eſt non niſi impari pręſentium numero fame is labor eſt ad quemcunq; eorum ptinens. Cibus etiam e maũ prolapſus reddebat̃ ubiq; p menſas uetabantq; munditiaꝝ cauſa deflate Et ſunt condita auguria quid loquenti cogitanti ue id acciderit. Inter execratiſſima ſi pontifici accidat ditis cauſa epulanti in menſa utiq; id reponi adoleriq; ad larē piatio eſt. Medicamenta prius q̃ adhibeantur in menſa forte depoſita negāt prodeſſe. Vngues reſecari nundinis Romanis tacenti atq; digito indice multoꝝ pecunię religioſũ eſt. Capillum uero contracti contra defluuia ac dolores capitis. xvii. atque. xxix. luna. Pagana lege in plerisq; Italiae praediis cauetur ne mulieres per Itinera ambulantes torqueant fuſos: aut omnino detectos ferant: quoniam aduerſetur id omnium ſpei pręcipue frugum. M. Seruilius Nouianus princeps Ciuitatis contra mętũ lippitudinis priusq̃ eam ipſe nominar&. Alius ue ei prędicer& duabus litteris graecis. p. a. chartam ſcriptam circumligatam lino ſubnectebat collo. Mutianus ter conſul eadē obſeruatione uiuentem muſcam in linteolo albo his remediis carere ipſos lippitudiē prędicātes. Carmina quędā extāt cōtra grādiēs cōtraq; morboꝝ genera Contraque abuſta: quaedam etiam ex parte: ſed in prodēdo obſtat ingens uerecundia in tanta aniōꝝ uarietate. Quapropter de his ut libitum cuique fuerit opinetur.

HOminum monſtrificas naturas & ueneficos aſpectus plenius diximus in portentis gentium & multas animalium proprietates: quae repeti ſuperuacuũ ē. Quorũdam hominum tota corpora proſunt ut ex his familiis quae ſunt terrori ſerpentibus tactu ipſos leuant percuſſos ſuctu ue tumidos: quorum e genere ſunt pſilli marſiq; & qui ophiogenes uocantur in Iuſula paro ex quadam familia legatus Exagon noie a Conſulibus romę in dolium ſerpentium coniectus experimenti cauſa circūmulcētibus linguis miraculum prębuit. Signum eius familię eſt ſi modo adhuc durat uetuis temporibus odor uirus atq; coꝝ ſudor quoq; medebat̃ nō modo ſaliua. Nam in Inſula Nili tentyrii naſcentes tāto ſunt Crocodillis terrori ut uocem quoque eorum fugiant horum omniũ geneꝝ in ſua repugnantia Interuentum quoq; mederi cōſtat ſicut aggrauari uulnera introitu coꝝ qui nũq̃ fuerint ſerpētium Caniſue dente laeſi. Item gallinaꝝ i cubitus pecorum fętus abortus uitia tātum reman& uirus ex accepto ſemen malo ut uenefici fiant uenena paſſi. Remedia eſt ablui prius manus coꝝ aq̃q; illa eos quibus medearis inſpargi. Rurſus a ſcorpione aliquando percuſſi nunq̃ poſtea a ſcabronibus ueſpis apibusue feriantur. Minus miretur hoc qui ſciat ueſtem a tineis non attingi quae fuerit in funere. Serpentes egre prętereq̃ leua manu extrahi.

PYthagorę inuentis non temere falſe impoſitiuoꝝ nominum imparem uocaliũ numeꝝ clauditates oculi ue orbitatem: ac ſimiles caſus dextris aſſignare partibus parem leuis ferunt. Difficiles partus ſtatim ſolui cum quis tectum in quo ſit grauida tranſmiſerint lapide uel miſſili. Ex his tria animalia in ſingulis actibus interfecerint hominem urſum aprum. Probabilis id facit haſta belitaris euulſa a corpore homis ſi terram non attigerit. Eoſdem enĩ illata effectus hab&. Sic & ſagittas e corpore eductas ſi terram non attingant ſubiectas cubantibus amatorium eſſe Orpheus & Archelaus ſcribunt. Quin & Comitialem morbum ſanari cibo e carne ferę occiſę eodem

ferro: quo homo interfectus sit. Quorundam partes medice sunt: sicut diximus de pyrrhi regis pollice & elide. Solebat ostendi pelopis hasta: quam eburneam affirmabant. Neuos in facie tondere religiosum habent etiam nunc multi. Omnium uero in primis ieiunam saliuam contra serpentes presidio esse docuimus. Sed & alios efficaces eius usus recognoscat uita. Despuimus Comitiales morbos: hoc est cōtagia regerimus Simili modo & fascinationes repercutimus sinistre dextreq; claudicatis occursum Veniam quoq; a diis spei alicuius audaciores petimus in sinum spuēdo etiā eadem ratione terna despuere predicatione in omni medicina mos est Atq; ita effectus adiuuare Incipientes furunculos ter presignare ieiuna saliua. Mirum dicemus: sed experimento facile. Si quē peniteat ictus eminus cominusue illati & statī expuat in mediam manum qua pcussit: leuatur illico ipercusso poena hoc sepe delumbata q̄drupede approbatur statim a tali remedio correcto animalis eius igressu Quidā uero aggrauant ictus ante Conatum saliua simili modo in manu ingesta. Credamus ergo & lichenas leprasque ieiuna illita assidue arceri. Item lippitudines matutina uelut quotidie inunctione. Carcinomata malo terre subacto Ceruicis dolores saliua ieiuni dextra manu ad dextrum pollicem relata & leua ad sinistrum si quod animal aurē intrauerit & inspuatur exire Inter amuleta est edite quenq; urine spuere similiter in calciamentis dextri pedis anteq̄ induatur. Item cum quis transeat locum: in quo aliquod periculū adierit martyron smyrneus q de simplicibus effectibus scripsit rūpi scolopendras marinas sputo tradit. Item rubetas aliasq; ranas. Ophylius serpentes si quis in byatum eax expuat salpe Torporem sedari quocūq; mēbro istupente si quis i sinum expuat: aut si superior palpebra saliua tangat. Nos hec credatur rite extranei intetuentu: aut si spectetur dormiens infans a nutrice terna expui: q̄q̄ religione mutatur & fascinus Imperatorax quoq; nō solum ifantium custos: qui deus inter sacra romana a uestalibus colitur & Currus triumphantium sub his pendens defendit medicus inuidię iub&q; eosdem recipere simul medicina linguae ut sit exorata a tergo fortuna glorię carnifex. Morsus hominis inter asperrima quoq; numeratur Medētur sordes ex auribus: ac ne quis miretur & scorpionum ictibus serpentiumq; statī ipo/ site melius & percussi auribus prosunt Ita & re diuina sanari. Serpentium uero ictū contusi dentis humaī farina. Capillus puero qui primū decisus est podagre impetus dicitur leuare circumligatus & in thorum impubium positus. Viroax quoque capillus Canis morsibus medetur ex aceto: & capitum uulneribus ex oleo: aut uino. Si credimus ac reuulsae cruci quartanis combustus utique capillus carcinomati puer/ iqui primus ceciderit dens ut terrā non attingat iclusus in armillam & assidue in brachio habitus muliebrum locoax dolores probib&. Pollex in pede preligatus proximo digito tumores inguinū sedat. In manu dextera duo medii lino leniter colligati distillationes atque lippitudines arcent. Quin & eiectus capillus calculoso alligatus qui supra pubem leuare ceteros dicitur ac iocineris etiam dolores & celeritatē partus facere Addit id granus efficatiorem ad hoc esse ferro exemptum. Partus accelerat hic mos ex quo quae cōceperit si cinctu suo soluto fęminā cinxerit. Dein soluerit. Adiecta praecatione se cinxisse eandem & solutuax atque abiecit. Sanguinē ipsius hominis ex quacunq; parte emisso efficacissime anguinam illini tradunt orpheus & archelaus. Item ora Comitiali morbo lapsorū exurgeri enim protinus. Quidam si pollices pedum pungantur eque guttae referantur in faciem: aut si uirgo dextro pollice attigat hac coniectura censentes uirgines carnes edendas Eschines athenienſis excremē/ torum Cinere anginis medebatur & tonsilis uuisque & carcinomatis hoc medicamē tum uocabat botrion. Multa genera morboax primo coitu soluunt̄ primoq; fęiārum mense. Aut si id non contingat longinqua fiunt maximeque Comitiales Quin & a serpente ac scorpione percussos coitu leuari produnt Verum foeminas uenere ea lędi Oculorum uitia fieri negant: nec lippiri eos qui eū pedes lauant aqua inde ter oculos

tangat. Immatura morte raptorũ manũ strumas parotidas guttã tactu sanari affirmãt. Quidam uero cuiuscunq; defuncti dumtaxat sui sexus leua manũ auersa & ligno fulgure icto reiectis post terga manibus demorderi aliquid & ad dẽtẽ qui doleat admouere remedio esse prodũt. Sunt qui præcipiant dentem suffiri dẽte hominis sui sexus & eum qui Cannus uocet insepulto exemptum adalligari. Terram ex caluaria siluatum esse palpebras tradunt. Herba uero si qua ibi genita cõmanducata dẽtes cadere ulcera non serpere ex osse hominis circumscripta: alii e tribus puteis pari mẽsura aqs misceri & prolibant nouo fictili. Reliquam dant in tertianis accessu febriũ bibendũ. Item in quartanis fragmẽtum claui e cruce inuolutũ lana collo subnectunt aut spartum e cruce illiberateq; condunt cauerna quam sol nõ attingat. Magoz hæc Cõmẽta sunt ut Cotem qua ferramenta sepe exacuta sint subiecta ignari cerucalibus de beneficio defletentes euocare indicium ut ipse dicat quid sibi datum sit & ubi & quo tpe auctorem tamen non nominate. Fulmine utiq; percusso circum actũ in uulnus hoinẽ laqui protinus constat. Ignibus medẽtur aliqui liceum tele detractum alligãtes nouenis septenisue nodis ad singulos nominantes uiduam aliquam atq; ita inguinalligante liceo & clauum aliudue quod quis calzauerit alligatũ ipsos iubent gerere ne fo[illegible] uulnus. Verrucas a uolenta xx luna in limitibus supina ipsam iuuẽtes ultra caput manibus ponectis & quicquid apprehendẽt eo fricantes. Clauum corporis cui cadit stella si quis destrigat uel cito sanari aiunt cardinibus hostiorum aceto affixus. Lunam fronti illitum capitis dolorem sedari. Item laqueum suspẽdio fuerit uiuidatur temporibus si quid e pisce hæserit faucibus demissis in aquam frigidam pedibus cadere. Si uero ex alis ossibus ipositis capiti ex eodem uase officialis. Si pais habeat ex eadẽ in utranq; aurem addito pane. Quin & sordes hominis in magnis fecere remediis. Quæstuorum gymnasia græcorũ quippe ea strigimenta mollium calefaciũt [illegible] & oleo medicinam tacientibus uulnus illorum cõtractis [illegible] fit & mentes erent sedis inflamationes & condilomata lemina. Item [illegible] luxati articulorũ nodos efficacior ad eadẽ strigmenta a balneis ideo mel [illegible] suppositorius medicamentis. Nam illa quæ fuit cerocomate permixta omnia mendos quoq; mollitũ calefaciũt dicuntũ efficacius. sed ad cætera minus ualet. [illegible] quæ sordes inuitatis contra scorpionum ictus singulas [illegible] aduersum iactorũ clamat. Rursus in feminis quas infantium [illegible] ipso contra sterilitatem subdi cõsent. Meconium uocãt imo etiã [illegible] partes. Et illæ quoq; sordes excoleb[illegible] eloriam non habere dicunt. [illegible] ulceribus fenum pueriorumq; & deliquamatis ambustisue [illegible]. Et [illegible] omitti conuenit ab animo hominis pendentis medicinas abstinere a cibo nimium aut potu. Alias uino titum aut carne alias balneis cum quid eorũ postulẽ minude in præsentissimis balcatur remediis.

HIs remediis annumeratur exercitatio. Intentio uocis. Vngue fricari cũ ratione [illegible] fricatio [illegible] mollit. Multa admitit corpus augẽt modica. In primis uero [illegible] ibulatio gestatio & ea pluribus modis. Aeqatio stoacho & coxis utilissima pysi [illegible] logis [illegible] uebis locos mutatio. Itẽ somno sibi medere aut lectulo aut tara uo [illegible]. Supinis oculis oculis cõdiuẽt. At pnr tussibus i latera aduersum distillatio [illegible]. Aristoteles & Fabianus plurimũ somniari circa uernũ & autũnũ tradũt. magisq; [illegible] cubitare prono nihil. Theophrastus celerius concoqui dexteri lateris iqcoitu [illegible] a supinis solum quoque remedior maximum ab ipso sibi præstari potest [illegible] linearum thrigilium; uehemẽtia perfundere caput aqua calida ante balneum [illegible] postea frigida salubertimum intelligit. Item præsumere & cibos in [illegible] frigidam eiusdemq; potu somnos antecedere. Et si liceat iterumpere. Notandum nullum aliud animal præter hominem calidos potus loqui. Ideoq; non esse

naturales Mero ante ſomnos colluere. Ora propter halitus frigida aqua matutinis ſpari numero ad cauēdos dētiū dolores.

ITem poſca oculos contra lippitudines certa experimēta ſunt ſicuti totius corpis ualitudini in uarietate uictus inobſeruata Hippocrates tradit nō prandentium celerius ſeneſcere exta. Verum id remediis cecinit non epulis quippe multo utiliſsiā eſt temperantia in cibis. L. Lucullus hanc de per ſe pręfecturā ſeruo dederat. Vltiōq; probrum minus in cibis triumphali ſede utebatur: uel ī capitolio epulāti pudēda res ſeruo ſuo facilius parere q̄ ſibi.

STernutamēta pęnam & grauedinem emendant & ſi quis muto nares ut tradūt oſculo attingat ſternutamēta & ſingultum ob hoc Varro ſuad& palmam altera manu ſcalpere pleriq; annulum e ſiniſtra in longiſsimū dextrae digitum tranſferre aut in aq̄ feruenti manus immergere. Theophraſtus ſenes laborioſius ſternuere dicit Venerem dānauit Democritus ut in qua homo alius exilir& ex homine Et hercule raritas eius utilor. Athletę tamē torpētes reſtituuntur uenere uox reuocat cum e cā dida declinat in fuſcam. Medetur & lumbor dolori oculor hebetationi mētecaptis ac melancolicis Adſidere grauidis uel cum remedia alicui adhibeāt digitis pectiātī inter ſe amplexis ueneficium eſt. Idq; compertum tradunt Alcmena herculem pariente poſuiſſe potius circa unum ambo ue genua item poplites alternis genibus īponi Ideo hęc in Conciliis ducū poteſtatū ue fieri uetuere maiores uelut omnē actū īpedientia. Vetuere & ſaccis uotisue ſimili modo intereſſe. Capita autem operiri aſpectu magrātuum non ueneationis cauſa iuſſere: ſed ut Varro auctor eſt ualitudinis quo firmiora conſuetudine ea fierent Cum quid oculo inciderit alterum comprimit pdē Cum aqua dextrę auriculae ſiniſtro pede exultari Capite in dextrum humerum deuexo inuicem e diuerſa aure. Si tuſſis concit& ſaliuam in fronte ab alio afflari ſi iaceat una uerticem morſu alternis ſuſpendi. In ceruicis dolore poplites fricare aut ceruicem ī poplitum pedes in humo deponi ſi nerui in his cruribusue tēdant ī lectulo ſi leua parte id accidat ſiniſtrę plantę pollicem dextra manu apprehēdi. Item e diuerſo extremitates corporis uelleribus perſtringi contra horrores corporis Sanguinem uenarium in modicum lino uel papyro principia genitalium fęmur medium ad cohibenda urinę profluuia. In ſtomachi ſolutione pedes pręſſare aut manus in feruentē aquam dimitti. Iam ſermoni parci multis de cauſis ſalutare eſt Triennio moecenatem melliſium accepimus ſilentium ſibi imperauiſſe a conuulſione reddito ſanguine. Nam euerſos ſcandentesque ac iacentes ſi quid ingruat contraque ictus ſpiritum cohibere ſingularis pręſidii eſt. Quod inuentum eſt eſſe animalis docuimus clauum ferreum defigere in quo loco primū caput defixerit corruens morbo Comitiali abſolutorium eius mali dicitur Contra renum aut lumborum ueſſicęq; cruciatus ī balnearum ſoliis pronos urinam reddere Mitigatorium habetur ac uulnera nodo herculis pręligare. Mirum quantum ocior medicina eſt atque etiam quotidiano cinctus tali nodo uim quandam habere dicitur utilem. Quippe cum hercules eū prodiderit numer quoq; quaternarium Demetrius condito uolumine: ex qua re quaterni cyati ſextarii ue non eſſet potandi. Contra lippitudines retro aures fricare prodeſt & lachrymoſis oculis frontem. Augurū ē ex homine ipſo non timēdi mortem q̄ diu oculor pupillę imaginē reddant.

MAgna & urinę non ratio ſolum: ſed etiam religio apud auctores inueīt digeſta in genera ſpadonum quoq; ad fęcunditates beneficia Verum ex his quę referre fas ſit Impubium puerorum contra ſaliuas aſpidum quas pythiadas uocant: quoniā uenena in oculos hominum expuant. Contra oculor albugines obſcuritates cicatrices argema palpebras & cum erui farina contra aduſtiones Contra aurium pituitam uermiculosq; ſi decoquat ad dimidias partes cum porro capitato nouo fictili Vaporatio quoq; ea mēſes foemiār ci& ſalpa fou& illa cum oculos infirmitatis cauſa illini

ſol& uſta cũ oui albugine efficacius ſtrucco cameli binis horis hac & atramẽti lituræ abluuntur. Virilis podagris medetur argumẽto fullonũ quos ideo tẽtari & morbo negant. Veteri miſcetur Cinis oſtreorũ aduerſus eruptiones in corpore infantium & omnia ulcera manãtia. Ea exeſis ãbuſtis ſedis uitiis rogadiiſ & ſcorpionũ ictibus illimẽ Obſtetricum nobilitas non alio ſucco efficacius curari pronuntiauit corporũ pruritu nitro addito Vlcera capitum prurigines nomas præcipue genitaliũ ſua cuiq; autem quod fas ſit dixiſſe maxime prodeſt confeſtim per ſe Canis morſu hecbinorũq; ſpinis inhærentibus & in ſpongia lanisue impoſita: aut aduerſus rabidi Canis morſus Cinere ex ea ſubacto contra ſerpentium ictus. Nam cõtra ſcolopendras mirũ prodit uertice tacto urinę ſiue gutta liberari ꝓtinus læſos. Auguria ualitudinis ex ea tradũtur. Si mane candida deinde ruffa ſit Illo modo coquere hoc coxiſſe ſignificatur Mala ſigna rubræ pexima nigræ mala bulantis craſſę in aqua quod ſubſidit album eſt ſignificat circa articulos aut uiſcera dolorem Iminere Eadem uiridis morbũ uiſcerũ pallida bilis Rubens ſanguinis mala & in qua ueluti furfures atq; nubeculę apparẽt. Diluta quoque alba uitioſa eſt mortifera uero craſſa graui odore & in pueris tenuis ac diluta. Magi uetant eius cauſa contra ſolem lunãq; nudari: aut umbram cuiuſq; ab ipſa reſpargi. Heſiodus iuxta obſtantia reddi ſuad& ne deũ aliquẽ nudatio offendat Oſtanes cõtra mala medicamẽta omnia ꝓmiſit auxiliari matutinis horis ſuã cuiq; iſtillatam ĩ pedẽ.

QVae ex mulierũ corporibus tradunt ad portentorũ miracula accedunt ut ſileãs diuiſo mẽbrati ĩ ſcelera abortus mẽſiũ piacula quoq; alia nõ obſtetrices modo: uerum & ipſe meretrices prodidere. Capilli ſi cremẽtur ſerpentes odore fugari. Eodẽ odore uuluae morbo ſtrangulatas reſpirare cinere eo quidẽ ſi in teſta ſint cremati uel cum ſpuma argenti ſcabritias oculorũ ad prurigines emẽdari. Itẽ uerrucas & ĩfantiũ ulcera cum melle capitis quoq; uulnera & omnibus ulceribus ſimul addito melle & ture. Peranos podagras cum adipe ſuillo ſacrum ignem ſanguinem ſiſti illico & in formicationes corporũ. De lactis uſu conuenit eſſe dulcissimum mollissimũq; & in longa febre cęliacisq; utilissimum: maxime eius quę iam ĩfantem remouerit & ĩ malachia ſtomachi in febribus roſionibus efficaciſſimũ experiunt. Itẽ mammarũ collecti onibus cum ture oculo ab ictu cruore effuſo & in dolore aut epiphoras immulgeatur plurimũ prodeſt magisq; cũ melle & naricisi ſucco ut turis pollinem ſuperq; in omni uſu efficacius eſſe eius quę marem enixa ſit. Multoq; efficaciſſimũ eius quę geminos peperit mares. Et ſi uino ipſa cibisq; acrioribus abſtineat mixto praeterea ouorum candido liquore madidaq; lana frontibus impoſitum fluctiones oculorum ſuſpendit. Nam ſi rara ſaliua ſua oculum iſparſerit. præcipuum eſt remedium & cõtra morſum eundem bibitur iſtillaturq; eum qui ſimul matris filiaeq; lacte inunctus ſit liberari oculorum moetu in totam uitam affirmant. Aurium quoque uitiis medetur modice admixto oleo: aut ſi ab ictu dolent anſerino adipe tepefactum. Si odor grauior ſit ut plerunq; fit longis uitiis diluto melle lana includit Et contra morbũ regiũ ĩ oculis relictum inſtillat cum elaterio peculiariter ual& potum contra uenena quę data ſunt cum marino lepore peſte mutata ut Ariſtoteles tradit & contra inſaniã quę facta ſit hioſcyami potu podagris quoq; iubent illum cũ Cicuta & adipe anſerino qualiter etiam uuluarum doloribus imponit Aluum etiã ſiſtit potum ut Rabirius ſcribit & menſes ciẽ. Eius uero quę fęminã enixa ſit ad uitia tãtum ſananda pręual& Pulmonum quoq; icõmoda lacte mulieris ſanãtur: cui admiſceat ĩpubis pueri urina & mel atticum. Omnia ſingulorũ cocleaꝝ mẽſura Marmora quoq; auriũ eiici inuẽio eiuſque marem peperit lacte guſtato canes rabioſos fieri negant. Mulieris quoq; Ieiunę ſaliuam potantẽ diiudicat oculis cruentatis & ſi contra epiphoras feruentes anguli oculorũ ſubinde madeficent Efficacius ſi cibo uinoque abſtinuerit pridie ea. Inuenio & faſcia mulieris alligato capite dolores minui poſt haec nullus eſt modus.

IAm primum abigi grandines turbinesq; cõtra fulgura ipſas menſe eo nudatas ſic auerti uiolentiam cęli i nauigando quidẽ tempeſtates etiã ſine mẽſtruis. Ex ipſis uero menſibus monſtrificis alia uti loco ſuo indicauimus dira & infanda uaticinãt̃ e quibus dixiſſe non pudeat. Si in defectu lunę ſolis ue congruat illam irremediabilẽ Non minus & in ſilẽte luna coitus ſuos maribus exitiales eſſe atq; peſtiferos purpuram quoq; ab his eo tempore pollui. Tanto uim eſſe maiorem. Quocũq; autem alio menſtruo ſi nudatę ſegetem ambiant erucas ac uermiculos ſcabronesq; ac noxia alia decidere Metrodorus Sepſius in cappadocia Inuentum prodit ob id multitudinem cantaridum illas ire per media arua receptis ſuper clunes ueſtibus. Alibi ſeruatur ut nudis pedibus eant capillo cinctuq; diſſoluto cauendum ne id oriente ſole faciãt. Sementia enĩ arefcere. Item nouella uitis eius tactu in ppetuum lędit̃: rutam & hęderã res medicatiſſimas illico mori ut ad noxam res medicatiſſima trãſferat̃. Multa diximus de hac uiolentia. Sed prętер hoc certũ tactis aliuariis apes fugere: linaq; coquãt̃ nigreſcere: aciem in cultris tonſorum hebetari. Aes contactum graue uirus odoris accipere & eruginem magis ſi decreſcente luna id accidat: equas ſi ſint grauidę tactas abortum pati: quin & aſpectu q̃uis omnino procul uiſas ſi purgatio illa poſt uirginitatem prima ſit aut in uirgine ętatis ſpontanea ut bitumẽ inaſcens ſola hęc uis ſponte ſuperarit & filum uelut ueſtis contactę diſpergi edocuimus. Nec igne quidẽ uincit̃ quo cuncta. Cinisq; etiã ille ſi quis aſpergat eum lauandis ueſtibus purpuras mutat Florem coloribus adimit Ne ipſis quidẽ fęminis malo ſuo immunibus abortũ facit illitus: aut ſi omnino prędnans ſupergrediat̃ Quę lais & depatis intra ſe contraria p̃didere abortiuis carbone ac radice braſſicae uel muricae: uel tamaricis in eo ſanguine extincto. Item aſinas non concipere tot annis quot grana ordei contacta ederint. Quę que alia nuncupauere monſtrifica: aut inter ſe pugnantia Cum hęc foecunditatẽ fieri iiſdem modis: quibus illa ſterilitatem pronuntiauit melius eſt non credere. Bitus diracbinus hebetari aſpectu ſpecularem nitorem tradit iiſdem auerſa rurſus cõtuẽtibus omnemq; talem uim reſolui ſi mullum piſcem habeant ſecum.

MVlti uero ineſſe remedia tanto malo aiunt podagras illini ſtrumas & parotidas panos ſacros ignes furũculos epiphoras tactu eay; mulieу; leniri lais & ſalpae Canũ rabioſorum morſus & tertianas quartanasq; febres mẽſtruo in lana arietis nigri argẽteo brachiali icluſo Diothimus thebanus ueſtis omnino ita infectę portiuncula uel pelliceo brachiali inſerto Sotria obſtetrix tertianis quartanisq; efficaciſſimũ dixit plãtas egris ſubterlini: multoq; efficacius ab ipſa muliere etiam ignoranti. Sic & Comitiales excitari Icatidas medicus quartanas coitu finiri icipiẽtibus dumtaxat mẽſtruis ſpopondit. Inter omnes uero Conuenit ſi aqua potuſque formidet̃ a Canis morſu ſuppoſita tantum calici lana mẽſtruo tincta ſtatim mętũ eum diſcuti uidelic& pręua lente lymphatia illa gręcoy; cũ rabiem Canum eius guſtatu icipere dixerimus Cinere eo Iumentorum omnium ulcera ſanari certum eſt addita Caminorum farina & cera. Maculas autem eici & tineas non niſi eiuſdem urina abſolui Cinerem per ſe roſaceo mixtum foeminay; prędipue capitis ſedare dolores illitum fronti. Aſperrimãq; uim profluuii eius eſſe primis annis uirginitate reſoluta. Id quoq; conuenit quo nihil eqdem libentius crediderim tactis omniũ mẽſtruo poſtibus irritas fieri magorũ artes Generis uaniſſimi ut extimare licet. Ponam enim uel permodeſtiſſimũ e promiſſis eorum. Ex homie ſi quidem recidua unguium e pedibus manibusq; cera permixta: ita ut dicatur tertianę uel quotidianę uel quartanę febri remedium quęri Ante ſolis ortum alienę Ianuę affigi Iubent ad remedia i his morbis quãta uanitate ſi falſum eſt quãta & noxa ſi trãſferant morbos i Innocentiores. Ex his omnium digitoy; recidua unguium ad Cauernas formicarum adigi uolunt: eamque quę prima ceperit trahere

correptā ſubnecti collo & ita diſcuti morbū. Hęc ſunt quę retuliſſe fas ſit: ac pleriſq; non niſi honore dictis reliqua deteſtabilia ĩfanda ut feſtin& oratio ab homĩe fugere In cęteris claritatis animaliū aut operum ſequamur.

ELephantis ſanguis prȩcipue maris fluitiones omnes quos reumatiſmos uocāt ſiſtit. Ramentis eboris cum melle attico: Vt aiūt nubeculę in facie ſcobe paronichia tolluntur proboſcidis tactu Capitis dolor leuatur efficacius ſi eſternuat probes cydis tactu capitis dolor leuat. Dextra parſ proboſcidis cū lamina rubrica adalligata ĩpetus libidinū ſtimulat ſanguineis & ſcyntheticis eis prodeſt Iecurq; comitialibus morbis

LEonis adeps cum roſaceo Cutem in facie cuſtodit a uitiis candoremq; ſeruat & ſanat aduſta: quibus arti deorū tumores. Magorū uanitates perūctis adipe faciliorē gratiam apud reges populos ue promittunt: prȩcipue tamē eo pingui quod ſit inter ſupercilia ubi eſſe nullum poteſt ſimilia dentis maximi a dextra parte uilliq; e roſtro inferi promiſſa ſunt. Fel aqua addita claritatē oculis inūctis acuit: & cū adipe eiuſdē Comitiales morbos diſcutit leui guſtu: & ut protinus qui ſumpſere curſu id digerūt Cor in cibo ſumptum quartanis medetur adeps cum roſaceo quottidianis febribus perunctos eo Beſtiae frigiunt. Reſiſtere etiam inſidiis uidentur.

CAmeli cerebꝫ arefactum potumq; ex aceto Comitialibus morbis aiūt mederi. Item fel cum melle potum hoc & anginae Cauda arefacta ſolui aluum. Fimi Cinere criſpari capillum cum oleo. Et dyſſintericis prodeſt illitus Cinis potusq; quātū tribus digitis capiat. etiam Comitialibus morbis Vrinā fullonibus utiliſſimam eē tradunt Itēq; ulceribus manantibus. Barbaros eam ſeruare qnquēnio & eminis potam ciere aluum Setas e cauda contortas & ſiniſtro brachio alligatas quartanis mederi.

ſanies caeteris uitiis uellerum eius uel ſordidorum cinis ex aqua. Seuum ex omẽto pecudis prẽcipue a renibus admixto cinere punicis ex ſale lana ſuccida ex aq̃ frigida. Carnes pecudis combuſtae ex aqua mulſa ungularum cinis dentis caballini contuſi & farina inſperſa.

Eſtibus uero farina ex oſſibus canini capitis ſine carne tuſis ſi decidat teſtium alter ſpumam coclearum illitam ĩ remedio eſſe tradunt. Tetris ibi ulceribus & manantibus auxiliantur canini capitis recentes cineres. Cocleae paruae latę contritae ex aceto ſenectus anguium ex aceto uel cinis eius. Mel in quo apes ſint mortuę cũ reſina cocleę nudę quas in aphryca gigni dixiũs tritae cũ turis pollĩ & ouorũ albo. xxx. die reſoluunt. Aliqui pro ture bulbum admiſcent hydro coeliacis ſtellioẽs mire prodeſſe dicuntur capite in terraneis ademptis. Reliquum corpus inaſſatum in cibo Id ſaepius datur ſicut ad urinę ĩcontinentiam. Caninum adipem cum alumĩ ſciſſo fabae magnitudine cocleas aphrycanas cum ſua carne & teſta crematas poto cinere anſerum trium linguas inaſſatas in cibo huius rei auctor eſt Anaxilaus panos aperit ſeuum pecudum cum ſale toſto murinum fimũ admixto turis polline & ſandaraca impoſita diſcutit lacertae cinis & ipſa diuiſa impoſita. Item multipeda contrita admixta reſina terebyntina ex parte tercia quidam & ſinopidem admiſcent. Cocleę cõtuſae & per ſe cinis inanium coclearum cerae mixtus diſcuſſoriã uim habent. Fimũ columbarum per ſeſe uel cum farina ordeacea aut auenacea illitũ. Cantharides mixtę calce panos ſcalpelli uice auferunt. Inguinum tumorem cocleę minutae cum melle illitae leniunt uarices ne naſcãt̃ lacertę ſanguĩe pueris crura ieiunis a ieiuno illiniũt̃

PO dagras lenit eſippum cum lacte mulieris & ceruſa fimun pecudum quod liqdũ reddũt pulmones pecudũ fel arietis cum ſeuo muris diſſecti ĩpoſitis. Sanguis muſtelae cum plantagine illitus & uiuae combuſtę cinis ex aceto & roſaceo ſi pẽna illiniatur: aut ſi cera & roſaceum admiſceatur fel caninum ita ne manu attĩgatur ſed penna illiniatur. Fimum gallinarum uermium terrenorum cinis cum melle ita ut tertio die ſoluantur. Alii ex aqua illinire malunt: alii ipſos aceto menſura cum mellis cyatis tribus pedibus ante roſaceo peruunctis. Cocleę latę potę tollere dicuntur pedũ & articulorum dolores. Bibuntur autem binae in uino tritę ęedemq; illiniũtur cũ hexines herbę ſucco. Quidam ex aceto contriuiſſe contenti ſant ſale. Quidam cum uipera cremata in olla noua ſępius ſumpta aiunt podagra liberari utile eſſe & adipe uiperino pedes perungi & de miluo affirmant ſi inueterato tritoq; quantum tres digiti capiant bibatur ex aqua: aut ſi pedes ſanguinem cum urtica uel pennis eorũ cũ primo naſcentur tritis cum urtica quin & fimus eorum articularibus doloribus illit̃ Item cinis muſtelae aut coclearum aut cum amilo uel draganto incuſſos articulos aranei telę cõmodiſſime curant. Sunt qui cinere earum uti malunt ſicut fimi colũbĩ cinere cum polenta & uino albo. Articulis luxatis prẽſentaneum eſt ſeuum pecudis cum cinere & capillo mulierum pernionibus quoq; imponitur ſeuum pecudum cũ alumie capitis cinis aut fimi murini quod ſi putrida ſint ulcera ad cicatricẽ perducũt uel grillorum crematorum fauilla ex oleo. Item muris ſiluatici cum melle uermiũ quoq; terrenorum cum oleo uetere & cocleae quę nude inueniuntur Vlcera omnia pedum ſanat cinis earum quę uiuę combuſtę ſint. Fimi gallinacei cinis exulceratioẽs columbi fimi ex oleo attritus calciamentorum ueteris ſoleae cinis anguinus pulmo & arietis ſanant dẽtis caballini contritis farina priuati ſubleuat lacertae uiridis ſãguis ſubtritus & hominum & iumentorum pedes ſublitus ſanat. Clauos pedum urina muli mulaeue cum luto ſuo illita fimum ouiũ iecur lacertae uiridis uel ſãguis floco imponitur. Vermes terreni ex oleo ſtellionis caput in uiticis pari modo tritum ex oleo fimum columbinum decoctum ex aceto. Verrucarum omnium generum urina canis recens cum ſuo ſucco illita fimi canini cinis cum cera fimum ouium ſanguis

recens murinus illitus uel ipse mus diuulsus herinacei fel caput uel sanguis lacertę uel cinis totius membrana senectutis anguium fimum gallinaceum cũ oleo ac nitro cantharides cum uua taminia intrita exedunt. Sed ita erosas aliis quę ad persananda ulcera demonstrauimus curari oportet.

NVnc reuertemur ad ea quę totis corporibus medenda sunt. Fel canis nigri masculi amuletum esse magi dicunt domus totius suffitae eo purificatae ue cõtra mala omnia medicamenta. Item sanguine canis respersis parietibus genitaliq; eius sub limine tanuę defosso. Minus mirentur hi qui sciunt foedissimum animalium q̃tum magnificent. Ricinũ quoniam uni nullus sit exitus saginae: nec finis alia q̃ morte diutius in fame uiuentibus septenis ita diebus durasse tradunt. At in sotietate paucioribus debiscere hunc ex aure sinistra omnes dolores sedare adalligatum funditũ in augurio uitalium habent. Nam si egerint eiq; respondeat qui intulerit ac pedibus stanti interrogantiq; de morbo spem uitae certam esse moriturum nihil respondere Adiiciunt ut euellatur ex Aure Laeua Canis: cui non sit alius quam niger color Nigidius fugere tota die Canes conspectum eius qui exire id animal euellerit scriptum relinquit. Rursus magi tradunt lymphatos sanguinis talpae asperfu resci pisere. Eos uero qui a nocturis dis faunisq; agitentur draconis lingua & oculis & felle intestinisq; in uino & oleo decoctis ac sub diuo noctu refrigeratis peruncti onibus remedio esse tradit Nicander amphysibena serpente mortua adalligata uel pelle tãtum eius arbori quę cedatur adalligata non algere cedentes. Itaq; sola serpentium frigori se committit. Prima omnium procedens & ante cuculi cantũ. Aliud ē cuculo miraculum quo quis loco primum audiat alitem illam si dexter pes circumscribat̃ ac uestigium id effodiatur non gigni publices ubicunq; spargatur. Paralysim cauẽtibus pinguia glirium decoctarum & soricum utilissima tradunt esse millipedas ut in anguina diximus potas ptysim sentientibus lacertam uiridem decoctam in uini sextariis tribus ad cyatum unum singulis coclearibus sumptis per dies donec cõualescant. Coclearum cinerem potum in uino.

Omitialibus morbis efippum cum myrrhę momento & uini cyatis duobus dilutum magnitudine nucis auellanae a balneo potum. Testiculos arietinos iueteratos tritosq; dimidio denarii pondere in aqua: uel lactis asinini emina interdicitur uini potus quinis diebus ãte & postea magnifice laudatur & sanguis pecudũ potus Item fel cum melle praecipue agninum catulus lactens sumptus abscisso capite pedibusq; ex uino & myrrha. Lien mulae potus in oxymelite cyatis tribus stellionis transmarini cinis potus in aceto Tunicula stellionis q̃ eodem modo ut anguis exuit pota. Quidam & ipsum harundine exenterratum iueteratumq; bibendum dederũt Alii in cibo in ligneis uerubus iassatum. Operępretium ē scire quomodo prępiat̃ cum exuitur membrana hyberna alias deuoranti eam: quoniã nullũ aial fraudulẽtius inuidere homini tradunt. Idem stellionum nomen ei tradunt Immaledictũ trãslatũ obseruant cubile eius aestatibus. Est autem in locis hostiorum fenestrarumq; aut cameris sepulcris ue ibi uere incipiente fixis harundinibus testas opponunt quassas quarum augustiis etiam gaud& eo facilius exuens circundatũ corpore: sed derelicto non potest remeare. Nihil ei in remedio in comitialibus morbis prę fertur. Prodest & cerebrum mustelę inueteratum potumque & iecur eius testiculi quoq; aut uẽtriclus inueteratus cum coriandro ut diximus. Item cinis Siluestris uero tota in cibo sũpta Eadem omnia ex uipera prędicantur lacerta uiridis cum condimentis quę fastidium abstergant ablatis pedibus & capite coclearum cinis addito semine lini & urticae cũ melle unctu sanant. Magis plac& draconis cauda in pelle dorcadis alligata ceruinis neruis uel lapilli e uentre harundinum pullorum sinistro lacerto. Annexi dicuntur

enim excusso pullo lapillum dare. Quod si pullus his detur in cibo q̃ primũ peperit cum quis primum tentatus sit liberatur eo malo postea medetur hirundinũ sanguis cum ture: uel cor recens deuoratum. Quin & nido earum lapillus impositus recreare dicitur confestim adalligatus in perpetuum tueri prędicatur & iecur milui deuoratũ & senectus serpẽtium. Iecur uulturis tritum cum suo sanguine ter septenis diebus potum cor pulli uulturini adalligatum: sed & ipsum uulturem in cibo dari iubent & quidem satiatum humano cadauere. Quidam pectus eius bibendum censent & in cerino calice aut testes gallinacei ex aqua & lacte antecedente. v. dierum abstinentia uini ob id inueteratos fuere & qui. xxi. muscas ruffas & quidẽ mortuas ĩ potu darrẽt ĩfirmioribus pauciores.

MOrbo resistunt regio sordes aurium: aut mammarum pecudis denarii pondere cum myrrhe momento & uini cyatis duobus. Canini capitis cinis in mulso. Multipeda in uini emina. Vermes terreni in aceto cum mulso & myrrha. Gallina si sit luteis pedibus prius aqua purificatis. Deinde collutis uino quod bibatur cerebꝫ perdicis aut aquilae ĩuini cyatis tribus. Canis plumarum aut interraneorum palũbis in mulso ad coclearia tria passerum cinis sarmentis crematorum coclearibus duobus in aqua mulsa. Auis icterus uocatur a colore quę si spectetur sanari id malum tradũt & auem mori hanc puto latine uocari galgulum.

FReneticis prodesse uidetur pulmo pecudum calidus circa caput alligatus. Nam muris cerebrum dari potui ex aqua aut cinere mustelae uel etiam inueteratas carnes hirinacei quis possit furenti etiam si certa sit medicina. Bubonis quidẽ oculorum cinerem inter ea quibus prodigiose uitam ludificantur acceperim pręcipueque febrium medicinam placidis eorum renuntiat. Nanque in. xii. signa digessere ea sole transmeante iterumq; luna quod totum ad dicendum paucis exẽplaribus docebo. Siquidem crematis tritisq; cum oleo perungi iubent egros cum gemios trãseat sol cristis & auribus & unguibus gallinaceorum si luna radiis barbisq; eorũ. Si uirginem alteruter hordei granis: Si sagittarium uespertilionis alis. Si leonem luna tamaricis fronde ut dicunt satiuae. Si aquarium e buxo carbonibus tritis. Ex istis cõfessa aut certe uerisimilia ponemus sicut letargum olfactariis excitari. Interea fortassis mustellae testiculis inueterati aut iocinere usto. His quoq; pulmonem pecudis calidum circa caput adalligari putant utilem

IN quartanis medicina clinice propemodum nihil poll&: quãobrem plura eorũ remedia ponemus primumque ea quę adalligari iubent puluerem in quo si accipiter uolutauerit lino rutilo in linteolo canis nigri dentem longissimum pseudospẽ uocant Vespam quę singularis uolitat. Hanc sinistra apprẽhensam subnectunt alii uero quam quis eo anno uiderit primã. Viperae caput abscissum in linteolo uel cor uiuentis exemptum Muris rostrellum auriculasq; summas roseo panno ipsumque dimittunt lacertae uiuae dextrum oculum effossum mox cum capite suo deciso in pellicula caprina. Scarabeus qui pillulas uoluit propter hunc aegypti magna pars scarabeos inter numina colit curiosa appionis interprẽtationẽ qua colligit solis opeꝫ similitudinem huic animal esse ad excusandos gentis suę ritus. Sed & alium alligãt magi cui sunt cornicula inflexa sinistra manu collecta. Tertiũ qui uocat̃ fullo albis guttis dissectum. Vtraq; lacerto adalligant caetera sinistro cor anguium sinistra maũ exemptum uiuentis scorpionis caudae. iiii. articulos cum aculeo panno nigro ita ut nec scorpionem dimissum: nec eum qui alligauerit uideat eger triduo post tertium circuitum id condat Erucam in linteolo ter lino circundant totidem nodis ad siglos dicente quare faciat qui medebitur limacem in pellicula uel. iiii. limacum capita prẽcisa harundine. Multipeda lana inuoluta uermiculos ex quibus tabani fiunt ante q̃

pennas germinent. Alios e spinosis frutetis lanuginosos quidam ex illis quaternos inclusos iuglandis nucis putamine. Adalligant cocleas quę nudae inueniuntur stellioem iclusũ capsulis subiiciunt capiti & sub decessu febris: emittunt. Deuorari aũt iubent cor mergi marini sine ferro exemptum inueteratũq; conteri & in calida aq̃bili cum melle. Alii fimum dragma una ĩ lactis caprini uel ouili uel passo cyatis tribus ante accessiones. Sunt qui totas censeant deuorandas Aspidis cutem pondere sexta parte denarii cum piperis pari modo partborum gentes in remedio quartanę bibunt chrisippus philosophus tradit phrygamon adalligatũ remedio esse quartanis. Quod esse animal neq; ille descriplit nec nos inuenimus qui nouisset demonstrãdũ tamen fuit a tam graui auctore dictum si ciuusq̃ cura efficacior esset ad inquirendũ cornicis carnes esse & nidum illinire in longissimis morbis putant utilissimum.

IT in tertianis fiat potestas experiẽdi: quoniam miseria copia spei deiecta animo aranei quem lycon uocant tela cum ipso splene toto resinae ceraeque imposita uriusq; temporibus & fronti prosit: aut ipse calamo adalligatus qualiter & aliis febribus prodesse traditur. Item lacerta uiridis adalligata uiua ĩ eo uase quod capiat. Quo genere & recidiuas frequenter abigi affirmant. Hydropicis isopum ex uino addita myrrha modice potui datur nucis auellanae magnitudine. Aliqui addunt & ãsellinum adipem ex uiuo myrteo Sordes ab uberibus ouium eundem effectũ habẽt Item carnes inueteratae herinacei sumptae uomitus quoq; canum illitus uentri aq̃trahere promittit.

IGni sacro medetur isopum cum pyligio & rosaceo hircini sanguis uermes terreni ex aceto illiti grillus contritus in manibus. quo genere prestat ut qui id fecerit anteq̃ incipiat uitrum toto ãno eo careat. Oportet autem cum ferro cũ terra cauerne suae tolli Adeps anseris uiperae caput aridum ac seruatum & combustum: deinde ex aceto impositum Senectus serpentium ex aqua illita a balneo cum bitumine & seuo agnino.

CArbunculus fimo columbino deletur per se illito uel cum lini semine & aceto mulso. Item apibis quę in melle sint immortuae impositis polentaq; imposita insperſa si inuerendis cetaerisq; ibi ulceribus occurrit & melle esippum cum plũbi squamis. Item fimũpecudum ĩcipientibus carbunculis.

IVbera & quecunq; molliri opus sit efficacissimum anserino adipe curantur ic ẽ praestat & gruum adeps furunculus mederi dicitur & araneus priusq̃ nominet ipsitus & tertio die solutus Mus araneus pendens enecatus sicut terram nec postea attingat ter circulatus furunculo totiens expuente medente & cui medebitur & gallinaceo fimo quod est ruffum maxime recens illirum ex aceto uentriculus Ciconiae ex uino decoctus muscae impari numero infricatae digito medico sordes ex pecudũ auriculis seuum ouium uetus cum cĩere capilli mulierum seuum arietis cum cinere punicis & salis pari pondere.

AMbustis capitis canini cinis. Item glirium oleo fimum ouium cum cera commixtum & cinis coclearum quoq; sic ut nec cicatrix quidem appareat. Item adeps uiperinus fimi columbini cinis ex oleo illitus.

NEruorum nodis capitis uiperini cinis ex oleo Cyprio terreni uermes cũ melle illiti & dolores tollit. Item apis mortua adalligata. Adeps uulturinus cũ uentre arefactus contritusq; cum adipe suillo inueteratus cinis e capite bubonis ĩ mulso potus cum lilii radice si magis credimus in contractione neruorũ. Caro palumbina ĩ cibis

prodest & inueterata hirinacei pars. Item mustelae cinis serpentium senectus ĩ pelle taurina adalligata spasmos fieri prohibẗ. Opisthotonos milui recur aridũ tribus obolis in aquę mulsae cyatis tribus potũ. Rediuiuas & quę in digito nascũt̃ nitergia tollunt Canini capitis cinis aut ulua decocta in oleo super illito butiro ouillo cũ melle. Item foliculus cuiuslib& animalis fellis unguinum escabritiam Cantharides cũ pice tertio die solutę aut locustę cum seuo hircino pecudum seuum Aliqui miscent uiscum ita ut tertio die soluant.

SAnguinem sistit e naribus seuum ex omento pecudum illitum. Item coagulũ ex aqua maxime agninum subditum uel infusum etiam si alia non prosint adeps ãserinus cum butiro pari pondere pastillis ingestis cinis coclearum terrenarum: sed ipsae extractae tectis e naribus sanguinem fluentem sistunt. Cocleae contritae frõti illitae aranei telae suppositae. Gallinacei cerebellum uel sanguis profluuia e cerebro Item columbinus ob id seruatus concretusq;. Si uero ex uulnere immodice fluat fimi caballini cum putaminibus ouorum cinis crematus & impositus mire sistit & ulceribus medetur isopum cum ordei cinere & erugine aequis partibus ad carcinomata ac serpentia quoq; ualet. Erodit ulcerum margines carnesq; excrescentes ad ęqualitatem redigit & explet quoq; ad cicatricem perducit. Magna uis & in cinere pecudum fimi ad carcinomata addito uitro aut cinere ex ossibus foeminum agninorũ prępcipue in his ulceribus quę cicatricem non trahunt. Magna & pulmonibus praecipue arietum excrescentes carnes in ulceribus ad aequalitatem efficacissimẗ perducũt Fimo quoq; ipso ouium sub testa calefacto & subiecto tumor uulnerum sedatur. Fistulae purgantur sanantur q;. Item epinictidas. Summa uero uis in canini capitis cinere excrescentia omnia spodii uice erodit & persanat. Item murino fimo erodunt̃ Item mustelae fimi cinere duritias in adulto ulcerum & carcinomata persequitur. Multipeda. Item trita admixta resina therebyntina & sinopide. Eadem utilissima sũt in his ulceribus quę uermibus periclitantur.

QVin & uermium ipsorum genera mirandos usus habent. Cosses qui in ligno nascuntur sanant ulcera omnia. Nomas uero combusti cum pari pondere anesi & ex oleo illiti. Vulnera recentia cõglutinant terreni adeo ut neruos quoq; abscissos illitis solidari inter septimum diem persuasum sit. Itaq; in melle seruandos censent. Cinis eorum margines ulcerum duriores absumit cum pice liquida uel sinipulo & melle Quidam arefactis in sole ad uulnera ex aceto utuntur Nec soluunt nisi biduo intermisso. Eadem ratio terrenarũ coclearum est: quę tonsae & impositae recentia uulnera conglutinant & nomas sistunt. Herpes quoq; animal a grecis uocatur quo prępcipue sanantur ea quaecunq; serpunt. Cocleae quoq; prosunt cum testis suis tonsae. Cum myrrha quidem & ture etiam praecisos neruos sanare dicuntur. Draconis quoque adeps siccatus ĩ sole magnopere prodest. Item gallinacei cerebrum recentibus plãgis sale uiperino ĩ cibo sumpto tradunt & ulcera tractabiliora fieri & celerius sanari Antonius quidem medicus cum incidiss& ulcera uiperas edendas dabat miraq; celeritate psanabat. Trixalidũ cinis margiẽs ulcerũ duros aufert cũ melle Itẽ fimi colũbini cũ arsenico & melle & quę erodẽda sũt. Buboĩs cerebro cũ adipe ãserinõ mire uulẽra dicũt̃ glutiãri quę uocãt̃ cacobetę. Cinis fęminũ arietis cũ lacte muliebri diligẗer prius elutus liteolus sanat ullula auis cocta ĩ oleo cui liq̃to miscet̃ butiro ouillũ & mel

ATulcerum labra duriora apes ĩ melle emortuae molliunt & elephantiasim sanguis & cinis mustelae uberum uulnera atque iubices pellibus ouium recentibus impositis obliterantur articulorum fracturis cinis fęminũ pecudis peculiariter medet̃ efficatius cum cera idem medicamentum fit ex maxillis simul ustis cornuq; ceruino

& cera mollita rosaceo ossibus fractis caninum cirebrum linteolo illito superpositū
lanis subide suffundāt uere.xiiii.diebus solibat nec tardius cinis siluestris muris cū
melle aut cum uermibus terrenis qui etiam ossa extrahit cicatrices ad colorem redu
cit pecudum pulmo praecipue ex ariete seuum ex uitro lacertae uiridis cinis uerna
tio anguium ex uino decocto. Fimum columbinum ex melle. Item uitiligiēs albas
ex uino uitiliginem & cantharides cum rutae foliorum duabus partibus in sole do
nec formic& cutis tollerandę sunt postea fouere oleoq; perungere necessarium iterū
que illinire idq; pluribus facere cauentes exulcerationem alteram. Ad easdem uitili
gines & muscas illini iubent cum radice lappatoria. Gallinarum fimum candidum
seruatum in oleo uetere cornea pyxide. Vespertilionum sanguinem fel birinacei ex
aqua. Scabiem uero bubonis cerebrum cum afonitro: sed āte omnia sanguis caninus
Sedant pruritum coeleę minutae latae contritae illitae harundines & tela queque alia
exbenda sunt corpori euocat mus dissectus impositus prēcipue uero lacerta dissecta
& uel caput eius tantum contusum cum sale impositum coleę ex his quę gregatim
folia sectantur contusae impositęq; cum testis & hęq; maduntur exēpte testis sed cū
leporis coagulo efficacissime. Ossa anguium eundem cum coagulo cuiuscunq; qua
drupedis itra tertiū diē approbant effectum.

Laudantur & cantharides tritae cum farina hordeacea ī mulieribus malis. Mē
branę a partu ouium proficiunt sicut in capris rettulimus. Fimum quoq; pecudum
eosdem usus hab& locustarum suffitu strauguriae maxime mulierum iuuant. Gal
linaceorum testes subinde si a conceptu edat mulier mares in utero fieri dicunt. ptus
conceptos hystricum cinis potus continet maturat caninum lac depotnm euocat
membrana e secūdis si terram non attingerit lumbis perturientium lactis fimum
murinum aqua pluuiali dilutum mammas mulierū a partu tumentes reficit. Cinis
heriāceorum cum oleo perunctorum custodit partus contra abortus facilius emitūt.
qui adipem anserinum cum aquae cyatis duobus sorbuere aut exuticulo mustelino
per genitale effluentes aquas. Vermes terreni illiti in ceruices & scapulas ne nerui
doleant praestant grauidis secundas pellūt in passo poti. Iidem per sese impositi mā
marum suspirationes concoquunt Aperiunt extrahuntq; & ad cicatricem perducūt
lac deuocant cum mulso. Inueniuntur & in gramine uermiculi qui adalligati collo
continent partum. Detrahuntur autem una sub partu alias eniti nō patiunt. cauēdū
etiam ne in terrā ponantur conceptus quoq; causa dantur in potu quini aut septeni.
Coleę ī cibo sūptę accellerant. Item conceptum impositae cum croco. Eędē ex amilo
& tragacantha illitę profluuia sistunt prosunt & purgationibus in cibo sumptae &
uuluā auersā corrigūt cum medulla ceruina ita ut uini coleae denarii pondus addat.
& ciperi inflationes quoque uuluarum discutiunt exemptae testis tritaeq; cū rosaceo
Ad hęc astipaleicae maxime eliguntur. Alio modo aphrycane binę tritae cum fęno
grēco quod tribus digitis capiatur additis mellis cochlearibus.iii.illimiūt. aluo prius
Vino superuncto. Sunt & minutę longaeq; candide passim coleae oberrantes. Hae
arefactae sole in tegulis tonsaeq; in farina miscentur lomento ęquis portionibus can
doremq; & liuorem corpori afferunt scabendi desideria tollunt minutae & latae cum
polenta. Viperam mulier si transcenderit abortum facit. Item amphisibenā mortuā
duntaxat. Nam uiuam habentes ī pyxide impune transeunt etiam si mortua sit atq;
asseruata partus faciles prestat uel mortua mirum si non asseruatam transcēderit gra
uida inoxiū fieri si protius trascēdat āguis iueterari suffitus mēstrua adiuuāt āguiū se
nectus adalligata lūbis faciliores ptus facit protius a puerperio remouēda dāt & i uīo
bibēdā cū ture aliter sūpta abortū facit. Baculus quo anguirana excussa sit parturiētes
adiuuat. Trixallidum cinis illitus cum melle purgationes. Item araneus qui filū de
ducit ex alto capi debet maū caua tritusq; admoueri. Quod si redeuntem preuiderit

inbib& idem purgationes lapis etbites i aquilę repertus nido custodit partus contra omnes a bortuum insidias pēna uulturina subiecta pedibus adiuuat parturientes. Ouum corui grauidis cauendum constat:quoniam transgressus abortus per os fit Fimum accipitris in mulso potum uidetur foecundas facere uuluarum duricias collectiones adeps anserinus at ciconię mollit.Mammas a partu custodit adeps anseris cum rosaceo & araneo phryges & lycaones manus puerperio uexatis inuenerūt otidū adipem utilem esse & his quę uulua strangulentur & blactas illiniunt.Ouorū pdicis putaminum cinis cadime mixtus & cerae stantes mammas seruant putant & ter circundatas ouo perdicis non inclinari & si sorbeantur foecunditatem facere lactis quoq; copiam cum anserino adipe perunctis mammis dolores minuere. Moles uteri rumpere scabiem uuluarum sedare si cum cinere trito illiniatur. Vespertilionū sanguis psylotri uim hab& sed alis puerperarum illitus satis non proficit nisi erugo uel cicutae semen postea inducatur.Sic enim aut in totum tolluntur pili aut nō excedunt lanuginem.Idem & cerebro eorum perfici putant.Est autem duplex rubēs itaq; & candidum.Aliqui sanguinem & iecur eius admiscent. Quidam in tribus eminis olei discoquunt uiperam exemptis ossibus psylotri uice utūtur euulsi prius pilis quos renasci nolunt.Fel herinacei psylotrum est utiq; mixto cerebro uespertilionis & lacte caprino.Itē per se cinis cum lacte canis primi partus euulsis pilis quos renasci nolunt uel nondum natis perunctis partibus aliis non sufficiunt.Idē eucire traditur sanguine ricini euulsi cani.Itē byrūdinino sāguīe uel felle.

OVis formicarum supercilia denigrari cum muscis tritis tradunt. Si uero oculi nigri nascentium placeant soricem praegnanti edendum capilli ne canescant uermiū terrenorū cinere praestari admixto oleo putāt infantibus q lacte concreto uexāt' prędidium est agnitium coagulum ex aqua potum:aut si potum uinum coagulato lacte acciderit discutitur coagulo ex aceto dato.Ad dentionem cerebrum pecoris utilissimum est.Ossibus in canino fimo inuentis adustio infantium quę uocatur syri asis adalligatis emendatur.Ramex infantium lacertę uiridis admotae dormiētibus morsu postea harundini illigatae suspenduntur in fumo traduntq; eum pariter expirante sanari infantem.Coclearum saliua illita infantium oculis palpebras corrigit gignitq; ramicosis coclearum cinis cum ture ex oui albo succo illitus per dies. xxx. medetur inueniuntur in corniculis coclearū harenacei duritiae.Hae dentionē facilē praestant adalligatae.Coclearum inanium cinis admixtus cerae procidentium iterata eorum partes extremas probib&.Oport& autem cineri misceri saniem pūctis eiusdē cerebrum uiperae illigatum pelliculae dentiones adiuuat. Idem ualent & grādissi dentes serpentium.Fimum corui lana adalligatum infantium tussi medetur. Vix ē serio complecti quaedam non omittenda tamen quia sunt prodita ramici infantium lacerta mederi iubent marem hanc praendi id intelligi si cauda unam cauernam habeat.Id agendum aut per aurum & argentum & ostrum mordeat uitium tunc in calice illigatur in fumo ponitur.Vrina infantiū cohibętur muribus elixis in cibo datis Scarabeorum cornua grandia denticulata adalligata in his amuleti naturam obtinēt Bouis capiti lapillum inesse tradunt quem ab eo si necem timeat inopinatis praeciso capite exēptus adalligatusq; mire prodeē dentitioni.Itē cerebrum eiusdem ad eundē usum adalligari iubent & limacis lapillum siue osticulum inuenitur in dorso.Magnifice iuuat & ouis ecrebrum gigiuisillitum sicut aures adeps anserinus cum ocimi succo impositus sunt uermiculi in spinosis herbis asperi lanugiōsi hos adalligatos protinus mederi tradunt infantibus si quid ex cibo haereat.Somnos alicit esippum cum myrrhae momento i uini cyatis duobus dilutum uel cū adipe anserino & uiō myrtice .Auis cuculus leporina pelle adalligatus Ardiolae rostrum in pelle asinina fronti adalligatum putant & per se rostrum eiusdem effectus esse uino collutum e

diuerso sonmos arc& uespertilionis caput aridum adalligatum in urina uiridi lacerti necata uenerem eius qui fecit inbib&. Nam iter amatoria esse magi dicunt. Inbibēt & fimum coclę columbinum cum oleo & uino potum pulmonis uulterini dexterę partes uenerem concitant aliter uiridis adalligatae gruis pelle. Item si lutea ex ouis columbarum admixta adeps suillus pondere denarii ex melle sorbeantur passeres in cibo uel oua eorum. Gallinacei dexter testis arietina adalligatus pelle ibicum cinis cū adipe anseris & bircino perunctis si conceptus partus contineri. Contra inbiberi uenerē pugnatoris galli testiculis anseriō adipe illitis adalligatisq; pelle arietina tradūt Item cuiuscunq; galli gallinacei si cum sanguine subiiciatur cogunt concipere inuitas Seta & cauda mulae si iunctis euellantur inter se colligatae in coitu qui in urinā cāis suam ingesserit dicitur ad uenerem pigrior fieri. Mirum & de stellionis cinere si uerum est liniamento inuolutum in sinistra manu uenerem stimulare. Si transferatur in dextram inbibere. Item uespertilionis sanguinem collectum flocco suppositūq; capiti mulierum libidinem mouere aut anseris linguam in cibo uel potione sumptā ptyrias mactati corporis pota & mēbiana senectutis anguiū triduo ptboirie mactati corporis pota membrana senectus anguium triduo necat. Serum exemptum caseo potum cum exiguo sale. Caseos si cerebrum mustelae addatur coagulo necant corrū pi uetustate aut muribus attingi. Eiusdem mustelae cinis si detur in offa gallinaceis pullis & columbinis tutos esse a mustelis. Iumētorum urinae tormina uespertilioē adalligata finiuntur. Verminatio circumlata equis palumbi mirum dictu palumbus emissus moritur iumentumq; liberatur confestim. Ebriosis oua noctuae per triduū data in uino tedium eius addunt. Ebrietatem arc& pecudum assus pulmo prę sūptus hirundinis rostri cinis cum myrrha tritus & uino quod bibitur insperſus securos praestabit a temulentia inuenit hoc orus assyriorū rex. Prēter hęc sunt notabilia aialiū ad hoc uolumen pertinentium Grompbenam auem in sardinia narrant grui similē ignotam iam etiam sardis ut existimo. In eadem prouintia est ophion cerui tantum pilo similis nec alibi nascens. Iidem auctores nominauere syrulugum quod nec q̄le est& animal: nec ubi nasceretur tradiderunt. Fuisse quidē non dubito & cū medicine ex eo sunt demonstratae. M. Cicero tradit animalia binturos uocari qui uites ī cāpania rodant.

Reliqua mirabilia ex his quę diximus non latrari a cane membranam ex secūdis canis habentem aut leporis fimum uel pilos tenentem. In culicum genere muliones non amplius quā uno die uiuere eosq; qui arborei pici rostrū habeant & mella eximant ab apibus non attingi porcos sequi eos a quibus cerebrum cerui acceperit ī offa puluerem in quo semula uolutauerit corpori insperſum mitigare ardores amoris Sorices fugari si unus castratu. emittatur anguina pelle & sale & farre cum serpillo contritis una coniectisq; in uino in fauces boum uua maturescente toto anno eos uallere. uel si hirundinū pulli tres tribus offis dentur Puluere uestigio anguiū collecto sparsas apes in aluearia reuerti Arietis dextro teste praeligato oues tantum gigni. Nō lassare in ullo labore qui neruos ex alis & cruribus gruis habeant. Mulas non calcitrare cum uinum biberint. Vngulas tantum mularum repertas neq; ullam aliam materiam quę non perrodatur a ueneno stygis aquae cum id dudū Alexandro magno antipater mitteret memoria dignum est magna aristotelis infamia excogitatum Nunc ad aquatilia praeuertemur.

QVATILIVM SEQVVNTVR IN MEDICI beneficia opifice natura ĩ illis quidem cessante & p undas fluctusq; ac reciprocos aestus amniumq; rapidos cursus improbas exhaerente uires nusquam potentia maiore si uerum fateri uolumus. Quippe hoc elementum caeteris omnibus imperat. Terras deuorant aquae flamas necant Scandunt in sublime & celum quoque sibi uendicant ac nubium obtentu uitalem spiritũ strangulant: quę causa fulmen elidit ipso secum discordante mundo. Quid esse mirabilius potest aquis in caelo stantibus. At illę ceu pax sint in tantum peruenire altitudinem rapiunt eo secum piscium examina. Saepe etiã subuehunt lapides portãtes aliena põdera eędẽ cadẽtes omnium terrae nascentium causa fiũt. Prorsus mirabili natura si quis uelit reputare unde fruges gignantur arbores fruticesq; uiuant in caelum migrare aquas animãq; etiam herbis uitalem inde deferre uicta confessione omnes quoq; terrae uires aãtũ beneficia. Quapropter ante omnia ipsarum potentiae exempla ponemus. Cunctis enim quis mortalium enumerare queat.

EMicant benigne passimq; in pluribus terris alibi frigidae. Alibi calidae. Alibi inunctę sicut Tarbellis aquitania gente & in pyrreneis montibus tenui interuallo discretae. Alibi tepidae gelidęq;. Alibi auxilia morborum profitentes & e cunctis aĩa libus hominum tantum eam erumpentes augent numerum deorum nominibus uariis urbesq; condunt sicut puteolos in campania Statiellas ĩ liguria Sextias in narbonensi prouintia. Nusquã tamen largius q̃ in baiano sinu nec pluribus auxiliandi generibus. Aliae sulphuris aliae aluminis aliae salis aliae uitri aliae bituminis. Non nulle etiam acida salsa ue mixtura uapore ipso aliquae prosunt tantaq; eis est uis ut balnea calefaciant ac frigidam etiam in solis feruore cogant quę in baiano possidiãe uocantur nomine accepto a claudii caesaris liberto. Obsonia quoq; percoquunt uaporant & in mari ipso quae licinii crassi fuere mediosq; inter fluctus existit aliquid ualitudini salutare. Iam generatim neruis prosunt pedibus ue aut coxendicibus. Aliae luxatis fractis ue inaniunt aluos sanant uulnera capiti auribus priuatim medentur. Oculis uero Ciceroniana dignum uilla est ab auerno lacu puteolos tendentibus ĩ posita littori celebrata porticu. Ac nemore quam uocabat. Marcus. Cicero academiam ab exemplo athenarum ibi compositis uoluminibus eiusdem nominis in qua & monumenta sibi instaurauerat ceu uero non & in toto terrarum orbe fecisse huius in parte prima exiguo post obitum ipsius antistio uetere possidente eruperunt fontes calidi perquam salubres oculis celebrati Carmine laureae Tullii qui fiunt e libertis eius ut protinus noscatur etiam ministrorum haustus ex illa maiestate ingenii ponam enim ipsum Carmẽ ubiq; & nõ ibi tãtũ legi.

Quod tua romanae uindex clarissime linguę
Silua loco melius surgere iussa uiret
Atq; academię celebratã nomiẽ uillã
Nunc repat cultus sub potiore uetus
Hic etiam apparent lymphę nõ ãte reptę
Languida quae infuso lumina rore leuant
Nimirum locus ipse sui Ciceronis bonori
Hoc tradit hoc fontes cũ patefecit ope
Vt quoniam totum legit sine fine per orbẽ

Sunt plures oculis quę medeantur aquae. In eadem campaniae regione sinuessanae aquę sterilitatem foeminarum & uirorum uesaniam abolere produntur. In enaria

ſula calculoſis medetur & quę uocatur acidula ab taneo ſicidio.iiii.m.p.hęc frigida
Item inſtabiano quę dimidia uocatur & in uenafrano ex fōte acidulo.idemq; conti-
git in uelino lacu potantibus. Item ī ſyriae fonte iuxta Taurum montem auctor eſt
M.Varro & in phrygio flumine gallo callimacus.Sed ibi ī potando neceſſarius mo
dus ne lymphatos agat.Quod & ī aethiopia accidere his qui e fonte rubro biberint
Theſias ſcribit.Iuxta romā albulae aque.Vulneribus medētur gelidae hae:ſed cutil-
lae ī ſabinio gelidiſſime ſuctu quędā corpa inuadunt ut prope morſus uideri poſſit
Aptiſſimae ſtoācho neruis uniuerſo corpori Theſpiarū fons conceptus mulieribus
repręſentat.Item ī arcadia flumē elatum cuſtodit autem efflatum linus fons in cadē
arcadia abortus fieri non patitur e diuerſo in pyrrha flumen.quod afrondiſium uo-
catur ſteriles facit lacu oppio utiligines tolli Varro auctore ē titium quēdam prętura
functum marmoreī ſigni faciem habuiſſe,ppter id uitium.Cidnus cilitię amnis po-
dagras medet ſicut appar& ī epiſtola Caſſii parmenſis ad.M.Antonium:contra a-
quarum culpa introezene omnium pedes uitia ſentiunt. Tongri ciuitas gallię fontē
hab& inſignem pluribus bullis ſtillantē ferruginei ſaporis:quod ipſum nō niſi in
fine potus intelligit.Purgat hic corpora tertianas febres diſcutit calculorumq; uitia
Eadem aqua igne turbida fit:admoto ad poſtremū rubeſcit:leucogei fontes iter pu-
teolos & neapolim oculis & uulneribus medent Cicero in admirandis poſuit reatis
tantū paludibus ungulas iumentorum induraī Eudicus in eſtia eutice fontes duos
tradit eſſe Ceronem ex quo bibētes oues nigras fieri.Mellenā ex quo albas ex utroq;
autem uarias.Theophraſtus turis crateri candorē facere Sibarim nigritiam bobus ac
pecoribus quin & homines ſentire differētiam eā.Nam & qui ſibarim bibant nigri-
ores ē durioresq; & criſpo capillo. Qui ecrati candidiores molioresque ac porrecta
coma.Itē in macedonia qui uelint ſibi candida naſci ad balmonem ducere quę nigra
aut fuſca ad axium.Idem omnia fuſca naſci quibuſdā in locis dicit & fruges quoque
ſicut in meſſapis acui leucis arcadię quodam fonte mures terreſtres uiuere & cōuer-
ſari.Eritris alius amnis pilos gignit in corporibus in boetia.Atrophoniū deū iuxta
flumen ericinum duodus fontibus.Alter meōriā alter obliuionē affert inde noibus
inuētis in Cicilia apud oppidum uiſcum riuus fluit unus ex quo bibētiū ſubtiliores
fieri ſenſus. Varro tradit in eā inſulā fontē eſſe quo bebetes fiant.Zame in aphryca
ex quo canoras uoces:uinum tedio uenire his qui ex clitorio lacu biberint. At Eu-
doxus & Theopōpus inebriari fontibus his quos diximus aſſerunt.Mutianus ādię
fonte liberi patris ſtatutis diebus ſeptenis eius diei uinum fluere ſi auferantur e con-
ſpectu tēpli ſapore in aquam trāſeūte.Polyclitus explere olei uicē cilicię fontē hoc idā
Theophraſtus facere tradit in ęthiopia eiuſdem nominis fontē lycos.Inſidię fontem
potentem eſſe cuius aqua ut lucerna ardeat .Idem & batanis traditur Theopōpus ī
ſcotiis lacū eē qui uulneribus medetur.Iuba in trogoditis lacum inſanum malefica
ui appellatū ter die fieri amarum ſalſumq; ac deinde dulcē:totiens & noctu ſcatetem
albis ſerpentibus uicenum cubitorū.Idē in arabia fontem exilire tanta ui ut nulla mo
ra pōdus ipactum reſpuat. Theophraſtus maxię fontem in phrygia ad celenarum
oppidum ſaxa egerere nō procul ab eo duo fontes ſunt Cilon & gilō ab effcū gręcoꝝ
nominum dicti. Cizice fons cupidinis uocat:ex quo potātes amore deponere mu-
tianus credit.Canone ē fons calidus citra ſummum feruorem qui uio addito triduo
calorem potioīs cuſtodit in uaſis. Sunt & qui ī actiaci in germania fontes calidi trās
rhenum.quoꝝ hauſtus triduo feru&.Circa margiēs uero pumicē faciūt aquę.Quod
ſi fide carere ex his aliqua arbitrat diſcat in nulla parte naturę maiora eſſe miracula q̄
q̄ inter initia operis abunde multa rettulimus.Echeſias tradit ſyderim uocari ſtagnū
in nidis in quo nihil innat& ſed omnia mergant.Coelius apud nos in auerno etiā
folia ſub ſydere uarro aues quae euolauerint emori.E contra in aſtice lacu a puſcidiāo
omnia fluitant nihil immergitur.Item in ſicilia fonte phythia ut Appion tradit &

in medorum lacu puteoq; saturni neptunni fons lynceq; transire sol& in loca uicini portendens aliquid. Mirũq; qui cum piscibus trãsit responsa ab his putant incolae cibo quem rapiunt annuentes. Si uero euentum negẽt caudis abigũt. Amnis oleas in bithynia brietium alluit hoc est templo & deo nomẽ cuius in gurgite periuri negantis pati uelut flama urente. In cantabria fontes tamaritiq; in auguriis habẽt. Tres sunt octonis pedibus distantes in unum alueum coeunt uasto singuli amnes siccãt duodecies diebus aliquando uicies citra suspitioẽm ullã aquę. Cum sit illis uicinus fons sine intermissione largus. Mirũ est nõ profluere eos aspicere uolentibus sicut proxime lartio licinio ligato post prętura post. vii. dies accidit. In iudea riuus sabbatis omibus siccatur e diuerso miracula alia Dyraptesias in armenia scribit eẽ fontẽ ex quo nigros pisces illico morte afferre in cibis: quod & circa danubii exortũ audiui donec ueniatur ad fõtem alueo appositum ubi finit id genus piscium. Ideoq; ibi caput eius amnis intelligit fama hoc idem & in lydia in stagno nympharum tradit in achaia ad pheneum aqua profluit e saxis stix appellata quę illico necat ut diximus sed esse pisces puos ĩ ea tradit Theophrstatus lętales ipõs quod nõ ĩ alio genere mortiferorũ fontium necare aquas. Theopompus & ĩ thracia apud chycos dicit lycos ĩ leontinis tertio die quam quis biberit. Varro ad socratẽ fontem cuius sit latitudo. iii. pedum sole oriente eum exũdare feruẽti similem: auesq; quę gustauerit iuxta mortuas iacere. Nãq; & hęc insidiosa cõditio est quod quędam etiam blandiũtur aspectu ut ad nouacrim arcadiq;. Omnino enim nulla deteriẽt qualitate hãc putant nimio frigore esse noxiam utpote cũ pfluẽs ipsa lapidescat. Aliter circa thessalica tempe uisus qui omibus terrori est tradũtq; etiã aes ac ferr erodi illa aq̃ pfluit ut idicauimus breui spatio mirũq; siliqua siluestris amplecti radicibus fontem eum dicit semper eundo florens purpura & quędam sui generis herba ĩ labris fontis uir&. In macedoia non procul ab euripidis poetae sepulchro duo riui confluũt: alter saluberrimi potus: alter mortiferi. In perpenis fons est qui quacũq; rigat lapideam facit terram. Item calidae aquę in euboea eadem prona qua cadit riuus saxa ĩ altitudinem crescũt. In colossis flumẽ est ĩ quo lateres coniecti lapidei extrahunt. In scyretico metallo arbores quęcunq; flumine alluunt saxeq; fiũt cum ramis distillãtes quoq; guttę lapideę durescũt ĩ antris corriciis Deo nanuoze ĩ macedonia pendẽtes in ipsis cameris. At ĩ corinthio cum cecidere in quibusdam speluncis utroq; modo columnasq; faciũt ut in phausia cheronẽsi rhodo ĩ antro magno etiã discolori aspectu & hactenus cõtẽti simus exẽplis

Verit inter medicos cuius generis aquę sint utilissimę stagnantes pigrasque merito damnant utiliores quę profluunt existimãtes. Cursu enim percussuq; ipõ extenuari atq; proficere eoq; miror Cisternarũ ab aliqbus maxiẽ probari. Sed hi rationẽ afferunt quoniam leuissiã sit imbrum quę subire potuerit ac pendere in aere ideo & niues prędferunt niuibusq; etiam glatiem uelut ad ifinitum coacta subtilitate leuiora enim hęc esse & glatiem multo leuiorem aqua. Horum sententiam refellere interest uitae In primis enim leuitas illi deprębendi aliter q̃ sensu uix potest. Nullo pene momento ponderis aquis iter se distantibus nec leuitatis in pluuia aqua argumentum ẽ subisse eam in cęlum cum etiam lapides subire appareat cadentesq; ificiat balitu terrę quo fit ut pluuię aquę sordium ĩesse plurimum sentiatur citissimeq; ideo calefiat aq̃ pluuia ne niuem quidem glaciẽq; subtilissimum elementi eius uideri miror appoĩta grandinum argumento e quibus pestilentissimum potum esse conueit. Nec uero pauci inter eas e contrario ex gelu ac niuibus in saluberrimos potus prędicant: quoniam exactum sit inde quod tenuissimum fuerit. Minui certe liquorem omnem cõgelatione deprębenditur & rore nimio scabiem fieri pruina uredinem cognatis & niuis causis pluuias quidem aquas celerrime putrescere conuenit minimeq; durare ĩ nauigatione. Epigines autem aquam quę septies putrefacta purgata sit phib& ãplius

nō putrescere. Nam cisternas etiā medici cōfitētur inutiles aluo duritiē facientis etiā limi non aliis īesse plus aut aīalium quę faciūt tediū confitentes: nec statim amniū utilissimas esse sicuti nec torrentium eē utiles lacusq; plurimos salubres. Quęnā igit̄ & cuius generis aptissime aliq; alibi id parthoꝝ reges ex coaspbe & euleo tātū bibunt Hę quamuis in longinquo comitantur illos. sed hoꝝ placere potum nō qa sint ānes appar&: quoniam neq; e tygri neq; euphrate neq; e multis aliis bibunt.

LImus aquaꝝ uitium est. Si tamē idem amnis anguillis scateat salubritatis īdicium habetur sicut frigoris tineas ī fonte gigni. Ante omia damnātur amarę & quę sorbent̄ statim implent quod euenit ī trogodena. Nam uitiosas atque salmadicas in desertis rubrum mare petentes addita polenta utiles intra duas horas faciunt ipsarum uescuntur polenta. Damnantur in primis quae fonte cenumfaciunt quaeque malum colorem bibentibus. Refert & si uasa atra inficiunt aut si legumina tarde percoquunt siliquate leuiter terram relinquunt decoctęque crassis obdueunt uasa crustis. Est etiamnum uitium non foetide modo. Verum omnino quicquam recipientis iucundum sit illud lic& gratumq; & ut sępe ad uiciniam lactis accedēs aq̄ salubrē aeri quāsimillimam eē oport&. Vnus in toto orbe tiadit̄ fons aquę iucundae olentis in messopotamia ea burra fabulę rationem afferunt: quoniam ea uino perfusa sit. De cętero aquarum salubriū odor ue nullus eē deb&. Quidam statera iudicat de salubritate frustrāte diligentia quando perraꝝ est ut leuior sit aliqua. Certior subtilitas inter pares meliorē esse quę calefiat refrigeretur q; celerius quin & haustam uasis ne manus pendeant depositisq; in unum tepescere affirmant. Ex quo nam ergo genere maxime ꝓbabilis cōting&. Puteis nimiꝝ ut in oppidis constare uideo: sed his qbus & exercitationis ratio crebro haustu conting& & alia tenuitas colāte terra. Salubritati hęc satis sunt frigori & opacitas necessaria & quę cęlū uideāt super omnia obseruatio una. Eadē & ad pennitatē pertinēt ut illa uadat exili uena nō e lateribus Nam ut tactu gelida sit etiā arte contigit si etiam expraessa ī altum aut e sublimi deiecta uerberatum corripiat aera in natando quidē spiritū cōtinētibus frigidior sentit̄ eadem. Neronis pricipis inuentum est decoquere aquam ultroq; demissam in niueis refrigerare. Item uoluptas frigoris cōtingit sine uitiis niuis. Omnem utiq; decoctā utiliorē eē cōueit. Itē calefacta magis refrigerari subtilissiō iuēto.

VItiosę aquae remedium est si decoquat̄ ad dimidias partes. Aqua frigida īgesta sistit̄ sanguis aestus in balneis arcetur si quis ore teneat quę sunt haustu frigidissime nō perinde & tactu esse alternāte hoc bono multi familiari exemplo. Colligunt clarissiā aq̄ꝝ omium in toto orbe frigoris salubritatis palma pręconio urbis martia est. Item reliqua deum munera urbi tributa uocabat̄ hęc quondam auseia. Fons autē ipē pyconia. Orit̄ in ultimis montibus pellignoꝝ trāsit marsos & fucinum lacū Romā non dubie petens. Mox in specu mensa in tyburtina sese aperit perductam primus eam in urbem ducere auspicatus est Ancus martius unus e regibus Postea quintus. Martius rex prętura. Rursusq; restituit. M. Agrippa. Idem & uirginē adduxit ab octaui lapidis diuerticulo duo milia p. prenestina uia. Iuxta est berculaneus riuus quē refugiens uirginis nomen obtinuit. Hoꝝ amniū cōpatione differentia supra deprehendit̄ cum quantum uirgo tactu prestat tātum prest& Martia haustu q̄q̄ utriusq; iam pridem urbi periit uoluptas ambitione auaritiaq; in uillas ac suburbana detorquentibus publicam salutem.

NOn ab re sit querendi aquas iunxisse causas reperiūt̄ in conuallibus maxime & quodam conuexitatis cardine aut montium radicibus. Multi septētrionales ubique partes aquosas existimauere: qua in re uarietatem naturae apparuisse Conueni& In

hyrcanis montibus a meridiano latere non pluit. Ideo siluigeri ab aquilonis tantum sunt parte. At olympus ossa parnasus & apenninus alpes undiq; uestiunt amnibus que perfunduntur. Aliqui ab austro sic & in creta alibi montes. Nihil ergo in his p/ petuę obseruationis iudicabit. Aquarum sunt notę unicus aut harundo aut herba de qua dictum est. Multumq; alicui loco pectore incubans rana. Salix enim erratica & alnus aut inxtex aut harundo aut hedera sponte pueniunt & cõriuatiõe aquę pluuię in locũ humiliorẽ e superioribus defluẽtis augurio fallaci. Certior multo nebulosa exalatione ante ortum solis longius intuentibus quod ex edito quidam speculantur proni terram merito attígẽte. Est & peculiaris existimatio partis nota tantum quam feruentissimo aestu sequũt dieiq; boris ardentissimis qualis ex quoq; loco repcussus splendeat: Nam si terra sitiente humidior est ille indubitata spes pmittit. Sed tanta oculoꝝ itentione opus est ut indolescant quod fugiẽtes ad alia experimẽta decurrũt loco in altitudinẽ pedum. v. defosso aliisq; e figulino opere crudis: aut peruncta pelui aerea cooperta lucernaq; ardente cõcamerata fiõdibus deinde terra. Si figulinũ huidũ ruptum ue aut si mere sudor uel lucerna sine defectu olei restincta aut etiã uellus lanę madidum reperiat nõ dubie aquas pmittũt. Quidam & igni prius excoquũt locũ tantum efficatiore uasoꝝ argumento. Terra uero ipa pmittit candidantibus maculis aut tota glauci coloris. In nigra enĩ scaturigines nõ fere sunt perennes figuralis creta semper adimit speties nec amplius fodiunt puteũ coria terę obseruantes ut a nigra descendat ordo supradictus Aqua semp dulcis ĩ argillosa terra frigidior intosta naq; & hoc probat. Dulces enĩ leuissimasq; facit & colando cõtin& sordes Sabulũ exiles limosasq; promittit. Glarea incertas uenas: sed boni saporis. Sabulũ masculum & harena carbũculosa certas stabilesq; & salubres. Rubra saxa optimas sperque certissimę Radices montium saxosę & silex hoc amplius rigẽtes. Oport& autẽ fodiẽtibus humidiores assidue respõdere glebas faciliusq; ferramenta descendere depręssis puteis Sulphurata uel aluminosa occurrẽtia putearios necant. Experimẽtũ huius periculi ẽ demissa ardens lucerna si extíguit. Tũc secundum puteum dextra ac sinistra fodiũt estuaria quę grauiorem illum halitum recipiant. Fit & sine his uitiis altitudine ipsa grauior aer q̃ emendãt assiduo linteoꝝ iactu euentillando cum ad quam uentum est sine harena totus surgit ne uere obstruãt. Quędam uenę aquę uere statĩ incipiente frigidiores sunt quarum nõ in altum origo est hybernis enim cõstat imbribus quę/ dam Canis ortu sicut ĩ macedonia ĩ pella utrunq; ante oppidum ĩcipiente estate frigida est palustris. Deide maximo estu in altioribus oppidis rig& hoc & ĩ chio euenit simili ratione portus & oppidi athenis enea crinos nimbosa estate frigidior est quã puteus in iouis orto at ille siccitatibus rig&.

MAxime autem putei circa autumnum in ipsa estate deficiunt omẽsq; quatriduo eo subsidunt. Iam uero multi hyeme tota ut circa olympũ naturę primũ aqs redeũti/ bus. In sicilia quidem circa massanam & melas hyeme in totum marescũt fontes es/ tate exundãt amnesq; faciunt appollonię ĩ ponto fõs iuxta mare estate tantũ supfluit & maxime caĩs ortu partius si frigidior sit estas quędã terę imbribus succiores fiunt uelut in Narniensi agro quod admirandis suis inseruit. M. Cicero siccitate lutũ fieri prodens imbre puluerem omnis aqua hyeme dulcior est estate autem minus autũ/ noq; minime minus per siccitates. Neq; equalis amnium plerunq; gustus est magna aluei differentia quippe tales sunt aquę qualis terra per quam fluunt quales ue her/ barum quas lauant succi. Ergo iidem amnes parte aliqua reperiũt insalubres. Mutãt saporem & ifluentes riui ut boristhenem uictiq; dilluuntur. Aliqui uero in imbre mutant ter. Accidit & ĩ bosphoro ut salsi deciderent necarentq; frumenta totiens & nili rigua pluuię amara fecere magna pestilẽtia egypti. Nascũt fontes decisis plerũq; siluis quos arboꝝ alimenta consumebãt sicut in berino obsidente gallos cassandro

cum ualli gratia siluas cecidissent plerũq; uero damnosi torrẽtes corruantur detracta collibus silua cõtinere nimbos ac digerere consueta & coli moueriq; terram callumq; summę cutis solui aquaꝝ interest. Proditur certe ĩ creta expugnato oppido quod uocabat arcadia cessasse fontes amnesq; qui in eo situ multi erant. Rursus post. vi. ãnos emersisse utique quę cepissent partes coli·

Terrę quoque motus profundunt sorbentq; aquas sicut circa foenũ arcadię quies accidisse constat sicut & in Corisco monte amnis erupit postq̃ coeptus ẽ coli illa mutatione miraculi causa nullum euidẽs appar& calidas factas frigidas alias nõ mutato sapore & in caria ubi neptunni tẽplũ est amnis qui fuerat ante dulcis mutato sapore ĩ salem. Est & illa miraculi plena aretusa Syracusis fimũ redolere polympia ueriq; simile: quoniam alpheus in ea ĩsula sub mari permeet. Rhodioꝝ fons in cheronesso nouo anno purgamẽta egerit mutat & aquarum colores sic babylonię lacus estate rubras habet diebus. xi. & boristhenes estatis tẽporibus ceruleus fert. q̃q̃ õniũ aquarum tenuissimus ideoq; innatas hyppani ĩ quo & illud mirabile austris flatibus superiorem hyppani fieri. Sed tenuitatis argumentũ & aliud est quod nullũ halitum nõ modo nebulam emittit: qui uolunt diligẽtes circa hęc uideri dicũt aq̃s grauiores post brumã fieri.

Caeterũ a fonte duci fictilibus tubis utilissimum est crassitudine binũ cubitoꝝ comissuris pyxdiacis ita ut supior itret calce uiua ex oleo leuigatis libramẽtũ aquę in pedes sitilici minimũ erit. Si cuniculo ueni& ibinos actus lumia eẽ debebũt cetenos q̃ surgere ĩ sublime opus fuerit plumbo ueniat subit altitudine exortus sui si longiore tractu ueni& subeat crebro descendatq; ne libramentaq; ne pereat fistula denũ pedum longitudinis esse legitimum est & si quinarię erũt sexagenae pondo pondere Si octonarię centena uicena. Ac deinde ad has portiones denarii appellatione cuius lamine latitudo anteq̃ curuet digitorum. x. est dimidioq; eius quinaria ĩ omi ãfractu collis quinarii fieri ubi dometur impetus necessarium ẽ. Itẽ castella prout res exig& Homerum calidoꝝ fontium mentionem nõ fecisse demiror cum aliqn lauari calida frequenter inducer& uidelic& quia medicina tunc non erat. Hęc quę nũc aq̃rũ profugio utitur. Est autem utilis sulpburata neruis aluminata paralyticis aut simili modo solutis. Bituminata aut nitrosa qualis cutilia est bibendo. Aquę purgatioĩbus plerique in gloriam ducunt plurimis horis perpeti calorẽ earũ quod est imicissimũ Nanq; paulo diutius quã balneis uti oport& ac postea frigida dulcedinẽ nec sine oleo discẽdentis quod uulgus alienum arbitratur. Iccirco nõ alibi corporibus magis obnoxiis quippe & uastitate odoris capita replentur & frigore ĩfestant sudãtia reliqua corpoꝝ pte mersa. Similis error qdã q̃ plurimo potu gloriãt. Vidiq; iã turgidos bibendo in tantum ut anuli ĩtegerẽtur cute cũ redi nõ possi& hausta multitudo aquae Nec hoc ergo fieri cõueit sine crebro salis gustu. Vtũt & cęno fontium ipõꝝ utiliter sed ita si illitum sole iarescat nec uero omes quę sunt calidę medicatas esse credendũ sicut in segesta Sicilię larissa troade magnesia mellolypparia nec decolor spes aeris argenti ue ut multi existimauere medicaminum argumẽtum est quãdo nihil eorum in patauinis fontibus ne odoris quidem differẽtia aliq̃ deprehẽdit medendi modus Idem & ĩ marinis erit que calefiũt ad neruoꝝ dolores Ferruminata ad fracturas ossa que contusa. Item corpora siccanda qua de causa frigido mari utũtur. Prętera est alius usus multiplex pricipalis uero nauigandi ptisi affectis ut diximus aut sanguinẽ excreantibus sicut proxime anneum gallionem fecisse post cõsulatum meminimus. Neq; enim ęgyptus propter se petitur: sed propter longiqtatẽ nauigandi quin & uomitiones ipsę instabili uolutatioẽ cõmotę pluribus morbis capitis oculorũ pectoris ue medentur: omnibusq; propter quę elleborum bibitur. Aquam uero maris per se

efficatiorem discutiendis cauendisq; tumoribus putant medici si illa decoquatur hordeacea farina ad parotidas emplastris etiam maxie albis & malignatis miscent. prodest & infusa crebro ictu bibitur quamuis non sine iniuria stomachi ad purganda corpora bilemq; atrā aut sanguinem concretum reddendum alterutra parte. Quidā & in quartanis dedere eam bibendam & in tenesinis articularibusq; morbis asseruatā i hac uetustate uirus deponente aliqui decoctam. Omnes ex alto haustam nullaque dulcium mixtura corruptam in quo usu precedere uomitum uolunt. Tunc quoque acetum aut uinum ex aqua miscent qui puram dedere raphanos supmandi ex mulso aceto iubent ut ad uomitiones reuocent clysteribus quoq; marinam infundunt tepefactam. Testium quidem tumorem fouendo nil aliud preferunt. Item pernionum uitio ante ulcera. Simili modo pruritibus psoris & lichenum curationi lendesq; & tetra capitis aialia hac curant & liuentia reducit eadem ad colorem in quibus curationibus post marinā aceto calido fouere plurimum prodest. Quī & ad ictus uenēatos salutaris itelligitur ut & phalangiorum & scorpionum & ptiade & aspide respersis Calida autē i bis assumitur: Suffitur eadem cum aceto capitis doloribus. Tormina quoq; & coleras calida infusa clysteribus sedant. Difficilius perfrigescūt marina calefacta mammas rigentes precordia matiemq; corporis piscinę maris corrigunt auriū grauitatem capitis dolores cum aceto feruentium uapor. Rubiginem ferro marinae celerrime exerunt: pecorum quoq; scabiem sanant lanasq; emolliunt. Nec ignoro hęc meditertaneis superuacua uideri posse uez & hęc cura, puidit inuēta ratione quas sibi quisq; aquam maris facer & illud in ea ratione mirumq; si plus q̄ sextarius salis in. iiii. aquę sextariis mergatur uinci aquam salemq; non liquari. Cętero sextarius cum. iiii. aquę sextariis salsissimi maris uim & naturam impl&. Moderatissimum autē putant supradictam aquę mensuram octonis cyatis salis temperari: quoniam ista & neruos calefaciat & corpus nō exasperat. Inueterat quod uocat thalassomeli ęquis portioibus maris mellis imbribus ex alto & ad hunc usum fictiliq; uase & picato condunt Prodest ad purgationes. maxime sine stomachi uexatione & sapore grato & odore hydromeli quoq; & ex imbre puro cum melle temperabat quodam quod daret appetentibus uinum egris ueluti innocentiore potu damnatum iam multis ānis iisdē uitiis quibus uinum nec eisdem utilitatibus: quia sępe nauigantes defectu aquę dulcis laborant hęc quoque subsidia demōstrabimus. Expāsa circa nauim uellera madescūt accepto alitu maris: quibus dulcis humor exprimit. Iidem demisse reticulis in mari concauę cera pilę uel uasa inania obturata dulcem itra se colligūt hūorem. Nam in terra marina aq̄ argilla percolata dulcescit. Luxataq; corpora hominum & q̄drupedū natando in cuiuslib& generis aquam facillime i artus redeunt. Est & in metu peregrinātiū ut temptent ualitudinem aquę ignotę. Hoc cauent a balneis egressi statī frigidam suspectam bauriēdo muscus qui i aqua fuerit podagra illitus prodest. Itē oleo admixto talorum dolori tumoriq;. Spuma aquę affrictu uerrucas tollit nec nō harena littoris maris precipue tenuis & sole candens i medicia est. Siccādis corpibus hydropicoz coopertis aut rhemātismos sentientiū. Et hactenus de aquis nunc de aquatilibus. Ordiemur autem in reliqs a pricipalibus eoz quę sūt sal ac spōgia.

SAl omnis aut fit aut gignit. Vtrūq; pluribus modis: sed causa gemina coacto humore uel siccato. Siccat i lacu terrētino estiuis solibus totūq; stagnū i sale abit. Modicum alioquin altitudiē genua nō excedens. Item in sicilia in lacum qui Cocantus uocat & alio iuxta gelam hoz extremitates tantum inarescūt sicuti i phrygia cappadotia aspendi ubi largius coqt & usq; ad mediū lacum. Aliud etiam in eo mirabile quod tantūdem noctu subuenit quantum die auferas. Omnis est sal minutus atq; nō gleba aliud genus ex aquis maris sponte gignitur. Spuma in extremis littoribus ac scopulis relicta. Hic enim rore densatur & est acrior qui in scopulis inuenitur. Sunt

etiãnũ naturales differentiae tres. Namq; in bactris duo lacus uasti. Alter ad scythas uersus. Alter & dacos sale exestuãt sicut ad cythium in cypro & circa memphim extrahunt e lacu: deinde sole siccant. Sic & summa fluminum desant' in sale in amne reliquo ueluti sub gelu fluẽte ut apud caspias portas quę salis flumina appellantur. Item circa mardos & armenios. Preterea & apud bactros amnis octus exoppositis mõtibus defert salis ramẽta. Sunt et i aphryca lacus et quidẽ turbidi salem ferentes. Ferunt quidem et calidi fontes sicut pegasei. Et hactenus habent se genera ex aquis spõte prouenientia: sunt & montes natiui salis ut Indis. Oromenus i quo lapidicinę modo cedit' renascens. Maiusq; regium uectigal ex eo est q̃ ex auro atq; margaritis Effoditur e terra & palam est huõre desato in cappadotia. Ibi quidem cedit' specularium lapidum modo pondus magnum glebis quas micas uulgus appellat. Carris arabiq oppido muros domosq; inassis salis faciũt aq̃ ferruminates.

INuenit & iuxta pellusiũ ptholomęus rex cum castra facer&: quo exẽplo postea inter ęgyptum & arabiam etiam squalentibus locis ceptus est iuenire detractis hareis qualiter et per aphryce sitientibus ad hammonis oraculum quidẽ crescens cũ luna noctibus. Nam qui remaẽt tractus nobilitat' ammoniaco et ipõ qa sub arenis his iuenit' appellato. Similis est colore alumini quod sebiston uocant lõgis glebis neq; perlucidis ingratus sapore: sed medicinię utilis probat' q̃ maxime perspicuus rectis scissuris insigne de quo proditur quod leuissimus intra specus suos in lucẽ uniuersam prolatus uix credibile pondere ingrauescat. Causa euidens cuniculoꝝ spiritu madido ad id sic adiuuante molliẽtes ut adiuuent aquę adulterat' siculo quẽ cocaicũ appellauimus: nec nõ cypriũ mire simili. In hispania quoq; citeriore egeleaste cedit' glebis pene translucẽtibus. Cui iã pridem palma plerisq; medicis. Inter omnia salis genera perhibet'. Omnis locus i quo repit' sal sterilis est nihilq; gignit & i totũ spõte nascens.

INter hęc sunt facticii uaria genera uulgaris plurimisq; in salinis mari affuso non sine aquę dulcis riguis: sed imbre maxie iuuãte: ac super omia sole multo no aliter inarescens. Aphryca circa uticam constituit aceruos salis ad collium speciẽ qui ubi sole lunaq; iduruere nullo huõre liquescũt. Vix etiam ferro ledunt'. Fit tamẽ & in creta sine riguis in salinas mare ifundentibus & circa aegyptum ipso mare influente in solum ut credo nilo succosum. Fit & e puteis in salinas ingestus prima densatio babylonię in bitumen liquidum cogit' oleo simile: quo & in lucernis utũt' hoc detracto subest sal & in cappadotia puteis ac tõte quẽ i salinas igerũt. In caonia excoquunt aquã e fonte refrigerãdoq; salem faciũt inartem nec cãdidum. Callię ger manięq; ardẽtibus lignis aq̃ salsam ifundũt hispaię quadã sui parte e puteis hauriunt muriam appellantes & illi qdem & lignum referre arbitrãtur. Quercus optia & quę per se Cinere sincero uĩ salis reddat alibi corilus laudatur ita ifuso liquore salso carbo in salem uertitur. Quicunq; ligno cõficit' sal niger est. Apud theophrastum iuenio ũbros barũdinis & iunci cinerẽ decoquere aqua solitos donec exiguũ supeẽ & hũoris Quin & e muria salsamentoꝝ recoqt'. Iteꝝq; consumpto liquore ad naturam suã redit Vulgo omnis iucundissimus Marinoꝝ maxime laudat' cyprius asalamie de stagnis Taretinis ac phrygiis qui tateus uocat'. Hi duo oculis utiles. E cappadocia qui in laterculis affert' cutis nitorẽ dicitur facere magis tamen extendit is quem situm appellauimus. Itaq; apertum uentrem eo cum mellantro illiniunt. Salsissimus sal qui siccissimus suauissimus omnium Taretinus atq; cãdidissimus & de caetero fragilis qui maxime candidus. Pluuia dulcessit omis suauiorẽ tamen faciũt rores: sed copiosum aquilonis flatus austro nõ nascitur. Flos salis nõ fit nisi aquilonibus i igne nec crepitat nec exilit Trageseus neque acantius ab oppido appellatus nec ullus est spuma aut ramento aut tenuis Agrigentinus ignitum patiens ex aqua exilit.

SVnt & colorum differentię rub& memphi. Ruffus eſt circa oxum centurpis purpureus circa gelam ĩ eadem ſicilia tãti ſplendoris imaginẽ recipiat. In cappadocia croceus effoditur tranſlucidus & odoratiſſimus Ad medicinę uſus antiq tarẽtinum maxime laudabant. Ad hęc quęcunq; e marinis ex genere eo prącipue ſpumeũ iumẽtorum uero & boum oculis tragaſeũ & beticum ad obſonium & cibum utilior qsqs facile liqueſcit. Item humidior minorem enim amaritudinem habent ut atticus & Euboicus ſeruandis carnibus aptior acer & ſiccus ut megaricus. Conditᵗ etiã odoribus additis & pulmentarii uicẽ implet excitans auiditatem inuitãsq; ĩ omibus cibis itaq; ut ſit peculiaris ex eo intellectus inter innumera cõdimenta ita eſt in madendo quęſitus garo. Quin & pecudes armentaq; & iumẽta maxime ſale ſollicitãt ad paſtũ multo largiores lacte multo q; gratiore etiam ĩ caſeo datę. Ergo hercule uita humaior ſine ſale nõ quit degere adeo q; neceſſarium elementum eſt ut trãſierit ĩtellectus ad uoluptates. Animi quoq; nimia ſales appellantᵗ õnisq; uitę lepos & ſumma hilaritas laborũq; requies nõ alio magis uocabulo conſtat. Honoribus etiam militięq; ĩterponitur: ſalariis inde dictis magna apud antiquos auctoritate ſicut appar& ex nomie ſalarie uię: quoniam illa ſalem in ſabinos portari cõſueuerat. Ancus martius rex ſalis modios in cõgiario dedit populis & ſalinas primus inſtituit. Varro etiã pulmẽtarii uice uſos ueteres auctor eſt & ſalem cum pane hęſitaſſe ut puerbio appar& maxime tamen in ſacris ĩtelligitur auctoritas quãdo nulla cõficiũtᵗ ſine mola ſalſa.

SAlinaꝫ ſinceritas ſumma fecit differẽtiam ſuam quãdo fauillã ſalis quę leuiſſia ẽ ex eo & candidiſſima appellatᵗ & flos ſalis ĩ totũ diuerſa res humidiorisq; naturę & croceĩ coloris aut ruffi ueluti rubigo ſalis odore quoq; ĩgrato ceu gari diſſentiẽs a ſale nõ modo a ſpuma. Aegyptus iuenit uideturq; nilo efferri & fontibus cũ quibuſdam innatant. Optimum ex eo quod olei quandam pinguedinẽ reddit. Eſt etiã ĩ ſale pinguitudo quod miremur. Adulteratᵗ autem tiguiturq; rubrica: aut plerunq; teſta trita qui fucus aqua deprębẽditur dilluẽte factitium colorem cũ uerus ille nõ niſi oleo reſoluatur & unguẽtarii propter colorẽ eo maxime utãtᵗ. Canitia in uaſis ſumma eſt. Media uero pars humidior ut diximus floris natura aſpera excalefactoria ſtomacho inutilis ſudorem ci& aluũ ſoluit ĩ uino & aqua acopicis & zineticis utilis detrahit et ex palpebris pilos efficaciſſime feces cõcutiũtur ut color croci redeat. Praeterea haec etiamnum appellatur ĩ ſalinis ſalſugo ab aliis ſalſilago tota liqda marina aq̃ ſalſiore ui diſtans.

VIdi aliud etiamnũ liquoris exquiſiti genus: quod garõ uocauere ĩteſtinis piſciũ cęteriſq; abiciẽda eſſent ſale maceratis ut ſit illa putreſcẽtium ſanies. Hoc olim efficiebatur ex piſce quẽ grąci garon uocabant capite eius uſto ſuffitu extrahi ſecũdas mõſtrantes nũc e ſcombro piſce laudatiſſimum in finibus carthaginis ſpathariq; cęteris ſotioꝫ id appellatᵗ ſingulis milibus nummum permutantibus cõgios fere biõs nec liquor ullus pene prętio ẽ cepit nobilitatus etiã gẽtibus ſcombros ex mauritania beticęq; & carteia ex oceano intrantibus capiũt. Ad nihil aliud utile ẽ laudãtur & clazomene garo pompeiiq; & leptis ſicut muria antipolis aut turia. Iam uero & dalmata eius uitium eſt & alex imperfecta nec colata fex. Cępit tamen & priuatim ex inutili piſciculo minimoq; apiuam noſtri aphyen grąci uocant quoniam is piſciculus e pluuia naſcitur. Foroniienſes piſces ex quo faciũt lupum appellant tranſit deinde in luxuriam creueruntq; genera ad infinitum ſicuti garum ĩ colorem mulſi ueteris adeoque dilutam ſuauitatem ut bibi poſſit: aliud uero ad caſtimoniarum ſuperſtitionem etiam ſacris in deis dicatũ: quod fit e piſcibus ſquama carentibus. Sic alex peruenit ad oſtreas echinus urticas maris mulloꝫ iocinera innumeriſq; generibus ad ſaporẽ gulę cępit ſal tabeſcere. Hęc obiter ĩdicata ſint deſyderiis

uitę & ipsa tamen non nulli usus in medendo. Namq; & alece scabies pecoris sanat̃ infusa per cuten incisam & contra Canis morsus draconis ue marini prodest. In linteolis autem cõceptis imponit̃ & garo ambusta recẽtia sanant̃ si quis infundat ac nõ nomin& gaꝫ. Contra canum quoq; morsus prodest maxiẽq; crocodylli & ulceribus quę serpũt aut sordibus quoq; oris & aurium ulceribus aut doloribus mirifice pdest. Muria quoq; siue illa salsugo spissat mordetextenuat siccat dissintericis etiam utilis est etiam si noma itestina corripit. Ischyaticis coeliacis ueteribus ifundit̃ fotu quoq; apud mediterraneos aquae marinae uicem praestat.

SAlis natura est per se igne & inimica ignibus fugiens eos õnia erodens. Corpa uero astrigẽs siccans alligans. Defuncta autem a putrescẽdo ita uendicãs ut duret ea per sęcula. In medẽdo uero mordẽs adurens repugnans extenuans dissoluẽs. Stomacho tantum iutilis prętereq̃ ad excitãdam auiditatem aduersus serpẽtium morsus cũ origãomelle Isopo cõtra cerasten cũ origão & cera aut pice aut melle. Auxiliatur cõtra scolopẽdras ex aceto potus. Aduersus scorpionum ictus cum equa pte lini seminis ex aceto uel oleo illitus. Aduersus scrabones uero uel uespas similiter ex aceto ad eterochranas capitisquę ulcera & pustulas papulasue & incipientes uerrucas cum seuo uitulino. Itẽ oculorum remediis ad excrescentes ibi carnes totiusq; corporis pterigia Sed in oculis peculiariter. Ob id collirius emplastrisq; additur. Ad hęc maxime pbat̃ Cateus aut Caunites. Ex ictu uero suffusis cruore oculis sugallitisue cum myrrhae pari pondere ac melle aut isopo ex aqua calida: aut q; foueantur salsugine. Ad haec hispaniensis eligit̃ contraq; suffusiones oculoꝫ cum lacte in coticulis teritur priuatj sugillatioibus ĩ linteolo inuoluit̃ crebroq; ex aqua seruẽti impositus. Vlceribus oris manantibus in linteolo gingiuaꝫ tumori ifricatus & cõtra scabritiẽ linguae fractus cõminutusq; aiũt dentes nõ erodi neq; putrescere si qs quotidie mane ieiunus salẽ contineat sub lingua donec liquescat. Lepras idem & furũculos & lychenas psoras emendat cum passa uua exempto eius ligno & seuo bubulo & origano ac fermento uel pane maxime Thebaicus. Ad hęc & pruritus eligitur tõsilis & uuis cum melle prodest quicunq; ad anginas hoc amplius cum oleo & aceto. Eodem tempore extra fauces illitus cum pice liquida emollit & aluum in uino mixtus innoxię & tinearũ genera pellit in uino potus. Aestus balnearum cõualescentes ut tollerari possit liguę subditus prestat. Neruoꝫ dolorẽ maxiẽ circa hũeros et renes ĩ saccis aq̃ seruẽti crebro madefactus leuat colũ tormĩaq; coxaꝫ dolores potus & ĩ isdẽ saccis ĩpositus cãdẽs Podagras cum farina ex melle & oleo tritus ibi maxime usurpanda obseruatione q̃ totis corpibus nihil eẽ utilius sale & sole dixit. Itẽ cornea uidemus corpora piscitoꝫ Sed hoc pręcipuum dicat̃ in podagris tollit & clauos pedum. Item perniones ambustis ex oleo imponit̃ aut commanducatur postulasq; reprimit. Ignibus uero sacris ulceribusq;quę serpunt ex aceto aut isopo carcinomatis cum uua taminia phagadeis ulceꝫ uel tritus cum farina ordei superimposita linteolo madente uino morbo regio laborantes donec sudent ad ignem. Contra pruritus quos sentiũt ex oleo et aceto ifricatus iuuat & fatigatos ex oleo multi & hydropicos sale curauere feruoresq; febrium cum oleo perunxere & tussim ueterẽ lictu eius discussere clysteribus infudere ischiaticis ulceribus excrescentibus & putrescentibus imposuere crocodillorũ morsibus ex aceto in linteolis ita ut bactuarentur ãte ictum ulcera. Bibitur & contra opium ex aceto mulso luxatis imponitur cum farina & melle. Item ex tuberatronibus dentiũ dolori cũ aceto fotus & illitus cũ resina pdest. Ad omnia spuma salis iucũdior utiliorq; sed quicunque sal acopis addit̃ ad excalefactiones. Item Zinegmaticis ad extendendam cutem leuandamq; Pecoꝫ quoque scabiem et boũ illitus tollit datus ligẽdus et oculis iumẽtoꝫ ĩspuitur. Et hęc de sale dicta sint.

NOn est differenda & uitri natura non multum a sale distans & eo diligentius dicendam quia palam est & medicos qui de eo scripserũt ignorasse naturã nec quẽq̃ Theophrasto diligentius tradidisse exiguum fit apud medos canescẽtibus siccitate cõuallibus quod uocant almiraga. Minus etiam in thracia iuxta philippos sordidũ terra: quod appellant agrium nam quercu cremata nunq̃ multũ factitatum est etiam pridem in totum emissum. Aquę uero uitrose pluribus reperiũtur sed sine uiribus densandi optimum copiosumq; in elitis macedonię quod uocant calestricum cãdidũ puꝫq; proximum sali lacus est uitrosus exiliẽte e medio dulci fonticulo ibi fit uitrũ circa canis ortum nouenis diebus totidemq; cessat ac rursum innatat & deide cessat quo appar& soli naturam esse quę gignat quoniam compertũ est nec soles proficere quieq̃ cum cess& nec imbres. Mirum ẽ illud scatebra fonticuli semper emicãte lacũ nec augere nec effluere. His autem diebus quibus gignit̃ si fuere imbres salsius uitꝫ faciunt. Aquilones deterius quia ualidius commouẽt limum & hoc quidem nascit̃ in ęgypto autem conficitur multo abundantius sed deterius. Nam fuscum lapidosũ que est. Fit pene eodem modo quo sal nisi quod salinis mare ĩfundit̃ nihilum autẽ uitrariis accedente nilo siccãtur excedente mad& succo uitri. xl. diebus cõtinuis non ut in macedonia statis. Si autẽ imbres affuerit minus a flumie addũt statimq; ut dẽsari est cęptum rapitur ne resoluatur in uitrariis. Sic quoq; olei natura iteruenit ad scabiem animalium utilis. Ipsum autẽ cõditũ in aceruis durant. Muꝫ in lacu asanio & qbusdam circa calcida fontibus summas aquas dulces eẽ potari iteriores uitrosas In uitro optimum quod tenuissimum & ideo spuma melior. Ad aliqua tamẽ sordidũ tanq̃ ad inficiendas purpuras tincturasq; ones. Magnus uitro usus qui dicet̃ suo loco uitrarię egregia ęgypti. Nam circa naucratim & memphim tãtũ solebant eẽ circa memphim deteriores Nam & lapidescit ibi in aceruis multiq; sunt cuniculi ea de causa saxei. Faciũt ex his uasa nec non & frequenti liquatũ cum sulphure coquẽtes in carbonibus ad ea quę inueterari uolũt illo uitro utũt̃. Sũt ibi uitrarię ĩ qbus ruffũ exit a colore terię spuma uitri quę maxime laudat̃. Antiqui negabãt fieri nisi cũ ros cecidiss& prẽgnantibus uitrariis sed nondum pariẽtibus. Itaq; non fieri incitatis & si cadẽt. Alii aceruorum fermento gigni existimauere.

PRoxima ętas medicoꝫ aphronitium tradit in Asia colligi in spelũcis moribus distillans. Specus eos colligas uocant deinde siccant sole. Optimum putant̃ lydiũ probatio ut sit minime ponderosum & maxime friabile colore pene purpureo hoc ĩ pastillis affert̃ ęgyptiũ ĩ uasis picatis ne liquescat. Vasa quoq; ea sole iarescẽtia pficiũt̃

VItri ꝓbatio ut sit tenuissimũ & q̃ maxiẽ spõgiosũ fistulosũq;. Adulterat̃ ĩ ęgypto calce deprẽhẽditur gustu sincerꝫ enim resoluitur adulteratũ pungit calce aspersum reddit odorem uehementer uritur ĩ testa opertum ne exult& alias igni nõ exilit uitꝫ nihilq; gignit aut alit cum in salinis herbę gignãt̃ & in mari tot animalia tãtũ algae sed maiorẽ esse acrimoniam uitri appar& nõ hoc tãtum argumento sed in illo quod uitrarię calciamenta protinus cõsumũt alias salubres oculorumq; claritati utiles uitrariis nõ hippiunt ulcera illata eo celerrime sanant̃ ibi facta tarde ci& & sudorẽ cum oleo perunctis corpusq; emollit in pane salis uice utuntur. Calistreo ad raphanos ęgyptio teneriores eos facit: sed obsonia alba & deteriora oleta uiridiora in medicina autem calefacit extenuat mord& spissat siccat exulcerat utile his quę euocanda sit aut discutienda & leuius mordenda atq; extenuanda sicut in papulis pustulisq;. Quidam in hoc usu accensum uino austero restringunt atq; ita trito in balneis utũt̃ sine oleo sudores nimios inhib& cum iride aridi iniecto oleo uiridi extenuat & cicatrices oculorum & scabritias genarum cum fico illitum aut decoctum ĩ passo ad dimidias ptes

Item cōtra argenias oculorum ungues decoctum cum passo in mali punici calice. Adiuuat uitrum claritatem uisus cum melle iūctum: prodest dentium dolori ex uino si cum pipere colluant. Item cum porro decoctum nigrescētes dētes crematum dē tifricio ad colorē reducit capitis animalia & lendes necat cum samia terra illinitū ex oleo auribus purulentibus uino liquatum infunditur. Sordes eiusdē partis erodit ex aceto. Sonitus & tinnitus discutit siccum additum. Vitiligines albascum creta cymolia ex æquo pondere ex aceto in sole illitum emendat furunculos admixtum resinę extrahit aut cum uua alba passa nucleis eius simul tritis testium inflamationi occurrit. Itē eruptionibus pituite ī toto corpore cum axungia contraq; canis morsus addita & resina initis cum aceto illinitur. Sic & serpentium morsibus phagadenis et ulceribus quę serpunt aut putrescunt cum calce ex aceto. Hydropicis cum fico tusū datur illiniturq; discutit & tormina si decoctum bibatur pondere dracme cum ruta uel aneto uel cumino. Reficit lassitudines cum oleo & aceto perunctorum & contra algores horroresq; pdest manibus pedibusq; cōfricatus cum oleo. Cōprimit & pruritus suffusum felle maxime cum aceto insudatum. Succurrit & uenenis fungorum ex posca potum aut si bupręstis ex pasta sint ex aqua uomitionesq; euocat his qui sanguinem tauri biberint cum lasere datur. In facie quoque exulcerationes sanat cū melle & lacte bubulo. Ambustis tostum donec nigrescat tritumq; illiniūt. Infūdit urceis & renum dolori aut rigori corpoꝝ neruoꝝq; doloribus paralysi in lingua cum pane imponitur suspiriosis ī ptisana sumitur tussim ueterem sanat flore mixto galbano resinę therebyntinae pari pondere omnium. Ita ut fabe magnitudo deuoretur coquitur dilutum. Postea cum pice liquida sorbendum in anguina datur flos eius cū oleo cyprio & articuloꝝ doloribus in sole iucundus ē. Regium quoq; morbum extenuat. In potione uini inflationes discutit. Sāguinis profluuium sistit e naribus ex feruēti aqua uapore naribus rapto. Pruriginem alumine permixto tollit. Alarū uirus ex aq̄ quotidiano fotu ulcera ex pituita nata cera permixtū quo genere neruis quoq; prodest. Coeliacis infunditur perungi ante accessiones frigidas uitro & oleo multi pręcepere. Sic & aduersus lepras lentiginesq; podagras in balneis uti folia uitri plūt atrophis epistotonicis tetanicis. Sal & uitꝝ sulphuri cōcoctū ī lapidē uertit.

SPongiarum genera diximus in naturis aquatilium marinoꝝ. Quidam ita distīguūt alias ex his mares tenui fistula spissioresq; perforbentes & quę figūt in delicis aliquādo & purpura alias fęminas maioribus fistulis ac perpetuis. Maribus duriores quas appellant tragos tenuissimis fistulis ac perpetuis ęque densissimis candidę cura fiunt & mollissimis recentes per ęstatem tincte salis spuma. Ad lunam & pruinas sternūt iuersae: hoc est qua parte adhęsere ut cādorem bibāt. Animal esse docuimus cruore inhęrēte. Aliqui narrant & auditu regi eas contrahiq; ad sonum exprimentes abundantiam humoris nec auelli petris posse. Ideo abscindi ac saniem emittere. Qui & eas quę ab aquilone sunt genitae pręferūt cęteris nec usquā diutius durare spiritū medici affirmāt sic & pdeē corporibus qa suū nostro misceāt & ideo magis recētes magisq; buīdas: sed minus in calida aq̄ minus unctas: aut unctis corporibus ipositas & spissas minus adhęrescere. Mollissimum genus earum peniculis oculoꝝ tumores leuant. Sed ante ex mulso impositi. Item abstergendę lippitudini utilissimę ad quae tenuissiōs mollissimosq; eē oportē. Imponunt & spōgię ipsę epipboris ex posca & aceto calido ad capitis dolores de cętero recentes discutiunt mitigāt molliunt. Veteres cōglutinant uulnera. Vulsus eaꝝ ad abstergenda fouenda aperienda a fotu dum aliud imponatur ulcera quoq; humilia & senilia impositę siccant. Fracturę & uulnera spōgius utilissimę fouent. Sanguis rapitur in secando ut curatio perspici possit & ipsae uulneꝝ inflamationibus iponunt. Nūc siccę nūc ex aceto ispersę nūc uino nūc ex aq̄ frigida. Ex aqua uero celesti impositę secta recētia nō patiunt itumescere. Imponūt

& ítegris partibus ſed fluctione oculta laborátibus quę diſcutiēda ſit & his quae apo/ ſtemata uocant perunctis. Itē articularius uel aceto ſalſo madide uel ex poſca ſi fuerit impetus ex aqua eadem callo e ſalſa. Aut contra ſcorpionum ictus ex aceto í uulneꝝ curatione & ſuccidę lanę uicem implent: nūc ex uino & oleo ex eadem differentia quod lanę emolliunt ſpongię cohercent rapiuntq; uitia ulceꝝ. Circumligantur & hy/ dropicis uel ex aqua tepida poſcaue utcūq; blandiri opus eſt opiriue aut ſiccare cutē íponuntur & his morbis quos uaporari oporteat feruēti aq̄ pfuſa expręſſaq; iter duas tabulas ſic & ſtomacho impoſitę. Proſunt & in febri cōtra nimios ardores. Sed ſple/ neticis ex poſca ignibus ſacris ex aceto efficaciores quam aliud imponi oport & ſic ut ſanas quoq; partes ſpatioſe operiant. Sanguinis pfluuium ſiſtūt ex aceto aut frigida liuorem ab ictu recētem ex aq̄ calida ſalſa ſępius mutata tollunt; teſtium dolorem tumoremq; ex poſca. Ad canum morſus utiliter cōciſę imponūtur ex aceto aut frigida aut melle ſubinde & humectandę aphrycanę cinis cum porri ſectiui ſucco ſanguinē reniciētibus hauſtu ſalis & frigida pdeſt. Idem cinis uel cū oleo uel aceto frōti illitus tertianas tollit priuatim aphrycanę ex poſca tumorem diſcutiūt. Omium autē cinis cum pice cremataꝝ ſanguinem ſiſtūt uulnerū. Aliqui raras tantum ad hoc cum pice urunt & oculoꝝ cauſa comburuntur in cruda olla figulini operis plurimū proficiente eo cinere cōtra ſcabritias genaꝝ excreſcētesq; carnes & quicquid opus ſit ibi diſtiguere ſpiſſare explere utilius í eo uſu lauare Cinerem pręſtant & ſtriligium uicem linteoꝝ que affectis corporibus & cōtra ſolem apte ptegūt capita. Medici iſcitia ad duo noia eas redegere aphrycanas: quaꝝ firmius ſit robur. Rhodiacasq; ad fouendū molliores Nūc autem molliſſime circa muros antipheli urbis reperiuntur. Trogus auctor ē circa lyciam penicillos molliſſimos naſci in alto unde alate ſint ſpōgię. Polybius superę/ gros ſuſpenſos qetiores facere noctes. Nunc pręuertemur ad marina aíalia & aq̄tilia.

VENTVM EST AD SVMMAM NATVRE EXemploꝝ per rerum ordinem et ipſum ſua ſpōte occurrit immenſum potētię occultę documentum ut prſus neq; aliud ultra queri debeat: nec par aut ſimile poſſit inueíri ipſa ſe uincente natura & qdem numeroſis modis. Quid enim uiolentius mari uētisue turbinibus ac pcellis quo maiori hominum ingenio nulla ſui parte adiuta q̄ uelis remisq;. Addatur his & reciproci aeſtus ínarrabilis uis. Verſumq; totum mare in flumen.

TAmen omnia hęc pariterq; eodē ípellentia unus ac puus admodum piſciculus echinus appellatus í ſe ten & uētos hic & ſeuiāt procellę í/ perat furori tātasq; uires cōpeſcit & cogit ſtare nauigia quod nō uicula ulla nō ānchorę pōdere irreuocabili iactare infrenat impetus & domat mūdi rabiē nullo ſuo labore nō renitēdo aut alio modo q̄ adhęrēdo hęc tantillo eſt ſatis contra tot ípetus ut uetet ire nauigia. Sed armatę claſſes imponūt ſibi turrium propugnacula ut in mari quoq; pugnet uelut e muris. Heu uanitas huāna cū roſtra illa aere ferroq; ad ictus armata ſemipedalis ibibere poſſit ac tenere deuicta piſciculus fert Actiaco mare tenuiſſe pretoriam nauim Antonii properātis circuire & exhortari ſuos donec trāſir & in aliā Ideoq; cęſariana claſſis ípetu maiore ptiūs uenit. Tenuit & noſtra meōria. C. pricipis aſtura antium renauigātis ut res eſt etiam auſpicalis. Siquidem nouiſſime in urbē tū reuerſus ille Imperator ſuis tęlis cōfoſſus ē: nec lōga fuit illius morę admiratio ſtatī cauſa intellecta cū e tota claſſe quinqueremis ſola nō profecerit & exiliētibus ptinus

qui id quererent circa nauim inuenere adherentem gubernaculo ostenderuntq; Cato indignanti hoc fuisse quod se reuocar& quadringentorumq; remigum obsequio cõtra se intercedere quo stabat peculiariter miratum quomodo adherens tenuisset& nec idẽ peller& in nauigium receptus qui tunc postea quam uidere eũ limaci magne simile esse dicunt. Nos plurimum opiniones posuimus in natura aquatilium cum de eo diceremus: nec dubitamus idem ualere omia genera cũ celebri & cõsecrato etiã exẽplo apud gnidiam uenerem. Conchas quoq; eiusdem potẽtię credi necesse sit. E nostris quidẽ latinis remoram appellauere eam mirumq; quę e grecis. Alii lubricos partus atq; procidẽtes cõtineri ad maturitatẽ adalligato eo ut diximus prodiderũt. Alii salẽ asseruatum adalligatumq; grauidis partum soluere. Ob id alio nomine odmolutem appellauere. Quocũq; modo ita se habeant quis ab hoc tenendi nauigia exemplo de illa potentia naturę atq; effectu in remediis spõte nascentium rerum dubit&: quod nunc & sine exemplo per se satis est&.

EX eodem mari turpedo etiam ꝓcul e longinquo uel si hausta uirgaue attigat quãuis prẽualidos lacertos torpescere quãlib& ad cursũ ueloces alligari pedes ꝓdit quod si necesse fateri habemus hoc exemplo eẽ uim aliquam: quę odore tãtũ & q̃dã aura sui corporis afficiat mẽbra quid non de remediorũ omniũ momẽtis sperãdũ ẽ

NOn sunt minus mira quę e lepore marino traduntur. Venenum est aliis i potu aut in cibo datus aliis etiam uis. Siquidem grauide si omnino aspexerint fęminam ex eo genere duntaxat statim nauseante redũdatione stomachi uitium fatẽt ac deide abortum faciũt. Remedio est mas ob id iduratus sale ut in brachialibus habeat. Eadem res in mari & tactu quidem noc&. Vescit eo unũ tãtũ aialiũ ut nõ intereat mulus piscis & tenerescit tantum & ingratior uiliorq; fit homines qbus in pastu ẽ piscẽ olent. Hoc primo argumrto uenesicium id deprehenditur. Cętero moriunt totidẽ diebus quod uixerit lepus incertiq; tẽporis ueneficum id esse auctor est licinius macer. In india affirmant non capi uiuentem inuicemq; ibi hominem illi pro ueneno eẽ ac uelut digito omnino in mari tactam mori esse tamen multo ampliorem sicut reliqua animalia. Iuba in his uoluminibus quę scripsit ad. C. Cęsarem augusti filium de arabia tradit uitulos ternas eminas capere & bos sexcentorum pedum longitudis & trecentorum lx. latitudinis in flumen arabiae itrasse pinguiq; eius mercatores negotiato & omnium piscium adipe. Camelos perungi in eo situ ut asilos ab his fugent odore.

MIbi uidentur mira & quę ouidius prodidit pisciũ ĩgenia in eo uolumine quod balieuticum cõscribitur. Scarum inclusum nassis nõ frõte erumpere nec ĩfestis uiminibus caput inserere. Sed auersum caudae ictibus crebris lassare fores atque retrorsum ita erumpere quem luctatum eius si forte alius Scarus extrinsecus uideat apprehensa mordicus cauda adiuuare nisus erumpẽtis. Lupum piscem rete circundatum arenas arare cauda atq; ita conditum transire rete. Murenam maculas appetere ipas cõsciẽtia teretis aclubrici tergi tũ multiplici flexu laxare donec euadat. Polypũ hamos appetere brachiisq; cõplecti nõ morsu nec prius dimittere q̃ esca circũroserit aut harũdine leuatum extra aquam. Scit & mugil inesse in esca hamũ insidiasq; non ignorat auditas tamen tanta est ut cauda uerberando excutiat cibos minus in prouidendo lupus solertię hab&: sed magnum robur in pęnitendo. Nam ut hęserit i hão tumultuoso discursu laxat uulẽra donec excidãt isidię. Murenę ãplius q̃ deuorãt hamum admouent dentibus lina atq; ita erodunt. Phitias id tradit. Idem infixa hão inuertere se quoniam sit in dorso cultellata ei spina eaq; lina prę secare Licinius macer murenas tantum fęminini sexus esse tradit & concipere serpentibus ut diximus ob id sibilo a piscatoribus tãq̃ serpẽtibus euocari & capi pinguescere iactatu fustis

non interimi easdem ferula protinus animam habere in cauda certum est eaque ita celerrime exaniari a capitis ictu difficulter. Nouacula pisce quę adacta sunt ferr̃ olēt durissimum esse piscium constat qui orcbis uocet̃ rotundus & sine squamis totusq; capite cōstat. Miluago quotiens cernatur extra aquam uolitans tempestates mutari Trebius niger auctor est. Xiphiam id est gladium rostro mucronato esse ab hoc naues perfossas mergi in oceano ad locum mauritanię qui cocta uocetur non procul a lixo flumine. Id lolligines euolare ex aqua tradit tāta multitudine ut nauigia demergant.

E Manu uescuntur pisces in plurimis quidem Cęsaris uillis: seq; ueteres prodidere in stagnis non in piscinis admirari in belore Sicilię castello non procul. Siracusis. Item in labra indi iouis forte anguillas & hę ī aures additas gerunt. Similiter ī Chio iuxta senū delubr̃. In messopotamię quoq; fonte chabura de quo dixiūs pisce. Nam in lycia miris in fonte apollinis quē curium appellant ter fistula uocati ueniūt ad augurium. Diripere eos carnes abiectas lętum est cōsultātibus caudis abigere dir̃ hierapoli syrię ī lacu ueneris edituorum uocibus parēt uocati exornati auro ueniunt adulantes scalpuntur ora hiantia maibus inserendis praestant. In stabiano campanię ad herculis petram Melauuri in mari panem abiectum rapiunt. Ibidē ad nullum cibum in quo hamus sit accedūt. Nec illa in nouissimis mira amaros esse pisces. Ad pelem īsulam & ad helazomenas cōtra scopulum sicilię ac leptim aphrycae & Euboeam & Durachiū rursus ita salsos ut possint salsamēta existiari circa Zephalaniam paron & ampelon & delipetras in portu eiusdē insule dulces: quam differētiā pabulo cōstare non est dubium. Apion piscium maximum esse tradit porcum quē lacedemonii scagoriscū uocāt grummire eum capiatur esse uero illa natura accidētia quod magis miremur esse locis quibusdam apposito occurrit exemplo: siquidem salsamenta omnium generum ī Italia beneuēti recentia cōstāt.

P Isces marinos in usu fuisse protinus condita Roma auctor est Cassius emina cuius uerba de ea re subiiciam. Numa constituit ut pisces qui squamosi non essēt ne pollucerent patrionia ad cōuentus & cōuiuia publica & priuata cęnaeq; ad puluinaria facilius comparent̃ ni qui ad polluctū emerēt prętio minus peerēt eaq; pręmercarēt̃

Q Vantum apud nos indicis margaritis pretium est: de quibus suo loco satis diximus tantum apud indos coralliis. Namq; ista persuasione gētium cōstāt. Gignit̃ qdem & in rubro mari sed nigrius. Item in persico. Vocat̃ lace laudatissimum in gallico sinu circa orcbades insulas & ī siculo circa ęlia ac drepanum. Nascit̃ & apud grauiscas & ante neapolim campanię maximeq; rubens: sed molle & ideo utilissimū eritbris forma est ei fruticis color uiridis. Baccę eius candidae sub aqua ac molles exemptę cōfestim durantur & rubescunt: qua corona satiua spetie atq; magnitudīe aiūt tractu protinus lapidescere si uiuat. Itaq; occupari euelliq; retibus aut acri ferramēto pręcidi hac de causa chiralium uocitatum interpręatur. Probatissimum q̃ maxime rub& & q̃ ramosissimum nec scabrosum aut lapideum uel rursus inane aut cōcauū Auctoritas baccarū eius nō minus indor̃ uiris quoq; prętiosa est q̃ fęminis nostris uniones indici: Aruspices eor̃ uates q; in primis religiosum id gestamē a mollēdis periculis arbitrāt̃. Itaque decore ac religione gaudēt priusq̃ hoc notescer& galli gladios scuta galeas adornabāt. Eo nunc tanta penuria est uendibili merce ut perquam raro cernatur in suo orbe. Surculi infanti adalligati tutelam habere credunt̃ Contraq; torminum ac uessicę & calculorum mala in puluerem igne redacti potiq; cum aqua auxiliātur. Simili modo ex uino poti aut si febris sit ex aqua somnū afferūt ignibus diu repugnant: sed eodem medicamine sępius poto tradunt lienem quoq; absumi sanguinem reiicientibusue excreantibusue medētur. Cinis eorum medetur ori miscet̃

oculorum medicamētis: ſpiſſat enī ac refrigerat ulcerū caua expl&. Cicatrices exteūat quod ad repugnantiam rerum attin&: quam grēci antipathian uocant.

NIbil eſt uenenatius uſq̄ quam in mari paſtinaca utpote cum radio eius arbores necari dixerimus. Hanc tamen perſequit galeos. Idem & alios quidē piſces ſed paſtinacas pręcipue ſicut in terra ſerpentes muſtela. Tanta eſt auiditas ipius ueneni. Percuſſis uero ab ea medentur & hi quidem: ſed & mulus ac laſſer ſpectabilis naturę potētia. In his quoq; qbus & in terris uictus ē.

SIc & fibris quos caſtores uocāt. Teſtes eoꝝ amputari ab ipſis cū capiunt negat Sextius diligētiſſimus medicinę qnimo paruos eſſe ſubſtructoſq; & adherētes ſpinę nec adimi ſine uita animalis poſſe. Adulterari autem renibus eiuſdem qui ſit grādes cum ueri teſtes parui admodum reperiantur. Pręterea nec ueſſicas quidem eē cū ſint geminę quod nullum animalium in his foliculis iueniri liquorem & aſſeruari ſale. Itaq; inter probationes falſi eē foliculos geminos ex uno nexu dependentes quod ipſum corrumpi fraude coniciētium gummi cum ſanguine aut ammoniaci quoniā ammoniaci coloris eſſe debeat circundati liquore ueluti mellis cerofi odore grauis guſtu amaro & acris friabiles efficaciſſimi e ponto galathię mox aphricę. Sternutamenta olfatu mouēt. Somnum cōciliant cum roſaceo & peucidano peruncto capite & per ſe poti in aq̄ ob id freneticis utiles. Idē letargicos odoris ſuffitu excitāt uuluarum exanimationes uel ſubditu & mēſes ſecūdas ciēt duabus dragmis ex aq̄ cū pullegio ex aqua potis. Medentur & uertigini opiſtotomis tremulis ſpaſmaticis neruoꝝ uitiis Iſchiaticis ſtomaticis paralyticis peruncti omibus uel triti ad craſſitudinem mellis cum ſemine uiticis ex aceto aut roſaceo. Sic & cōtra comitiales ſūpti Poti uero cōtra inflationes tormina uenena differētia tātum cōtra genera eſt mixturę quippe aduerſus ſcorpiones ex uino bibūt. Aduerſus phalangia & araneas ex muſſo ita ut uomitiones reddātur aut retineant cum ruta aduerſus calchidas cum myrtice Aduerſus ceraſten & pręſteras cum panacea aut ruta. Aduerſus cęteros ſerpētes cum uino dari binas dragmas ſatis eſt eoꝝ quę adiciātur ſingulas Auxiliatur priuati cōtra uiſcum ex aceto aduerſus aconitum ex lacte aut aqua aduerſus elleborum album ex aqua muſſa utroque medentur & dentibus infuſi cum oleo tritis i aurem a cuius pte doleāt aurium doloribus melius ſi cum meconio. Claritatem uiſus faciūt cū melle attico inunctis cohibēt ſingultus ex aceto. Vrina quoq; fibri reſiſtit uenenis & ob id i ātidota addit. Aſſeruat autē optie i ſua ueſſica ut aliq exiſtimāt.

GEminus ſimiliter uictus in aquis terraq; teſtitudinum. Effectusq; par in bonore habendo uel propter excellens in uſu pretiū figuręq; proprietatē. Sunt ergo teſtudinum genera Terreſtres marinę lutarię & quę in dulci aq̄ uiuunt has quidā e grēcis emidas appellāt Terreſtrium carnes. Suffitioibus proprie magicisq; artibus refutādis & cōtra uenena ſalutares pdunt plurimę in aphryca. Hę ibi āputato capite pedibusq; pro antidoto dari dicūt & iure in cibo ſumpto & ſtrumas diſcutere lienes tollere. Itē comitiales morbos ſanguis claritatem uiſus facit. Suffuſionesq; oculorum & contra ſerpētiū omium & araneoꝝ & ſimiliū ac ranarum uenena auxiliatur ſanguie ſeruato i farina pillulis factis & cum opus ſit in uino datis felle teſtudinum cum attico melle glaucomata iungi pdeſt ſcorpionum plagae inſtillari tegumenti Cinis uino & oleo ſubactus pedum rimas ulceraq; ſanat. Squamę a ſumma parte deraſe & in potu datę uenerē cohibent. Eo magis hoc mirum quoniā totius tegumenti farina accendere traditur libidinem. Vrina eaꝝ aliter q̄ i ueſſica diſſectarū inueniri poſſe non arbitror & interea eſſe hoc quoq; quę portento ſe magis demonſtrat aduerſus aſpidis ictus ſingulare efficatior tamē ut aiūt cimicibus admixtis oua durata illiniūtur ſtrumis &

ulceribus frigore aut ambustione factis. Sorbētur in stomachi doloribus.

MArinarum carnes admixtae ranaꝫ carnibus cōtra salamandras pręclare auxiliāt̃ Neque est testudine aliud salamandrae aduersius sanguine. Allopeciaꝫ inanitas & prurigo omniaq; capitis ulcera curātur. Inarescere eum oport& lenteq; ablui. Instillat̃ & dolori auriū cum lacte mulieꝫ. Aduersus morbos comitiales manditur cū pollīe frumenti. Miscet̃ autē sanguinis eminis tribus aceti emina uino addito bis & cum ordeacea farina aceto quoq; admixto ut sit quod deuoretur fabę magnitudine & haec singula & matutina & uespera dantur. Dein post aliquot dies uespera comitialibus istillatur ore deductis his qui modice corripiātur. Spasmo cum castoreo clystere īfūditur quod si dentes ter anno colluant̃ testudinum sanguīe immunes a dolore fiūt & anhelitus discutit quasq; orthopnoeas uocant ad has i polēta datur. Fel testudinū claritatem oculoꝫ facit Cicatrices extenuat. Tonsillas sedat & angina & omnia oris uitia priuatim nomas. Item ardentium testium naribus illitum comitiales erigit attollitq;. Idem cū uernatione anguiū aceto admixto unice prurulentis auribus pdest Quidam bubulum fel admiscent decoctarumq; carniū testudinis succo addita aeque uernatione anguium. sed uino testudinem excoquunt. Oculorum quoq; uitia omia Fel inuentum cum melle emendat suffusiones etiam marinae. Fel cum fluuiatilis sanguine & lacte mulierum capillus inficitur. Fel & cōtra salamandras uel succum decoctę bibisse satis.

TEstudinum est tertium genus in ceno & paludibus uiuētium latitudo his in dorso pectoris similis nec cōnexo curuata calice nigrata uisu. Ex hac quoq; tamen aliqua cōtingunt auxilia. Tres nāq; in succēsa sarmenta cōiectę & diuidētibus se tegumentis rapiūtur tam euulsę carnes earum coquūtur in aquę congio sale modice adiecto Ita decoctarū ad tertias partes succus paralysin & articularios morbos sentiētibus bibitur. Detrahit fel idē pituitas sanguinēq; uitiatum. Sistitur ab eo remedio aluus aquę frigidę potu.

EX quarto genere testudinum quę sunt in amnibus diuulsaꝫ pinguia cum aizo herba tusa admixto unguēto & semine lilii āte accessiones perūgāt̃ egri pręter caput. Mox conuoluti calidam aq̄ bibant quartanis liberari dicūt̃ hanc testudinē. xv luna capi oportere ut plus pīguiū reperiatur. Verum ęgrū. xvi luna perūgi. Ex eodē genere testudinum sanguis istillatus crebro capitis dolores sedat. Item strumas sūt qui testudinum sanguinē cultro aereo supinaꝫ capitibus pręcisis excipi nouo fictili iubeant̃ ignē sacrū cuiuscūq; generis sanguine illitum. Itē capitis ulcera manantia et uerrucas. Itē pmittunt testudinū omium fimo panos discuti & hic& icredibile dictu sit aliq tradūt tarde ire nauigia testudinis pedem dextrū uehētia.

HInc deinde in morbos digeremus aq̄tilia non quia ignoramus gratiorē uniuersitatem animaliū maiorisq; miraculi: sed utilius est uitę cōtributa habere remedia Cū aliud pśit. Aliud alibi facilius iueniatur. Venenatum mel diximus ubi nasceret̃ Auxilio est piscis aurata in cibo uel si ex melle sincero fastidium cruditasue quae sit grauissima accidat. Testudinem circūcisis pedibus capite cauda decocta antidotum esse auctor est pelops scincum qui appelles qui esset scincus diximus. Saepius uero quantum beneficium in mēstruis mulieꝫ. Cōtra ea oia auxiliat̃ ut diximus Mullus item cōtra pastinacam & scorpiones terrestres marinos & dracones phalangia illitus sumptusue i cibo eiusdem recentis e capite cinis contra omnia uenena priuati cōtra fungos. Mala medicamenta inferri negant posse aut certe nocere stella marina uulpino sanguine illita & affixa linum superiori aut clauo ęreo ianuę. Draconis marini scorpionumque ictus carnibus earum impositis. Item aranearum morsus sanātur. In summa contra omnia uenena uel potu uel ictu uel morsu noxia succus earum

e iure decoctarum efficacissimus habetur. Sunt & seruatis piscibus medicinę salsamentorumq; cibus ꝓdest a serpente percussis & cōtra bestiarum ictus mero subinde hausto ita ut ad uesperā cibus uomitiō e reddat̃ peculiariter a calcide ceraste aut quas sepas uocant aut helope dypsade percussis contra scorpiōēs largius sumi: sed nō euomi salsamenta prodest ita ut sitis tolleret̃ & imponere eadem plagis conuenit contra crocodillorꝫ quidem morsus non aliud prēsentius habetur priuatim contra prēsteris morsum sarda ꝓdest. Imponūtur salsamenta & cōtra morsum canis rabiosi uel si nō sint ferro ustę plagę corporaq; clysteribus exinanita hoc per se sufficit & cōtra draconē marinum ex aceto imponunt̃. Idem & cibo effectus. Draco quidē marinus ad spinę suę qua ferit uenenum ipē impositus uel cerebro toto ꝓdest.

RAnarum marinarum ex uino aut aceto decoctarꝫ succus cōtra uenena bibitur et cōtra ranę rubetę uenenum & contra salamandras e fluuiatibus si carnes edant̃ iusue decoctarum sorbeatur. Prosunt & cōtra leporem marinum & cōtra serpentes supradictas & cōtra scorpiones ex uino. Democritus quidē tradit quod si qs extrahat ranę Viuenti liguā nulla alia corporis pte adherente ipsaque demissa in aquam imponat supra cordis palpitationem mulieris dormientis quęcūq; interogaueris uera respōsuram. Addunt etiānum alia magi quę si uera sunt multo utiliores uitę existimatur ranę q̄ leges. Nāq; harundine transfixa natura per os si surculus ī mēstruis defrigat̃ a marito adulterorum tedium fieri carnibus earum uel hamo additis prēcipue purpuras certum est allici. Iecur ranę geminum eē dicunt abiciq; formicis oportere eam partē quā appetant cōtra omnia uenena esse pro antidoto sunt quę in uepribus tātū uiuunt. Ob id rubetarum nomine ut diximus quas grēci phrynos uocāt grauissime cunctarum geminis ueluti cornibus plene ueneficiorꝫ. Mira de his certatim tradunt auctores. Illatis in populum silentium fieri. Osiculo quod sit in dextro latere in aquā feruentem deiecto refrigerari uas ne postea feruere nisi exempto id iueniri abiecta rana formicis carnibusq; erosis singula in oleum addi & eē ī sinistro latere quo deiecto feruere uideantur apocinon uocari. Canum impetus eo cohiberi Amorem cōcitari & iurgia addito in potionē uenerē adalligatū stimulare rursus a dextro latere refrigerari feruentia hoc & quartanas sanari adalligato in pellicula agnina recēti alias que febres amorem inhiberi ea. Item his ramis lien cōtra uenena quae fiant ex ipsis auxiliatur Iecur etiam efficatius.

ESt colubus ī aqua uiuens huius adipem & fel habentes qui crocodillos uenēt̃ mire adiuuari dicūtur nihil cōtra belua audēte efficatius etiānū si herba pota mogitō misceat.

CAncri fluuiatiles triti potiq; recētes ex aqua seu cinere asseruato contra uenena omnia prosunt priuatim cōtra scorpionum ictus cum lacte asinino uel si nō sit caprino uel quocūq; addi & uinum oportet̃. Necāt eos triti cum ocymo admoti: eadē uis cōtra uenenatorum omnium morsus priuatim scialē & angues & contra leporē marinum & ranam rubetam. Cinis eorꝫ seruatus prodest pauori ꝓdest periclitātibus ex canis rabiosi morsibus. Quidam adiiciunt gentianam & dant in uino aut si iā pauor occupauerit pastillos uino subactos deuorandos ita prēcipiunt. x. uero cancris cum ocimi manipulo adalligatis. Omnes qui ibi sunt scorpiones ad eum locum cuturos magi dicunt & cum ocimo ipsos cineremue eorum pcussis imponūt. Minus in omnibus his marini prosunt Trasillus auctor est nihil ęque asseruari serpentibus q̄ cancros percussos sues hoc pabulo sibi mederi cum sol sit in cancro torqueri serpētes ictibus scorpionum carnes fluuiatilium coclearū resistunt crudę uel coctę. Quidam ob id salsas asseruāt imponunt & ipsis plagis.

COracini pisces nilo quidem peculiares sunt: sed nos hęc omnibus terris demõstrabimus. Carnes eorũ aduersus scorpioẽs ualẽt ĩposite ĩter uenena sunt piscũ porci marini spinę in dorso cruciatu magno laesorum remedio est limus ex reliquo piscium eorum corpore. Canis rabidi morsu potum expauescẽtibus faciẽ perungunt adipe uituli marini efficacius si medulla hiene & oleum e lentisco & cera misceatur. Murenę morsus ipãrum capitis cinere sanãt.

AT pstinaca cõtra suum ictum remedio ẽ. Cinere suo ex aceto illito: uel alterius cibi causa extrahi deb& e dorso eius quicquid croco simile est caputq; totum & hanc autem & omnia testacea modice collui in cibis quia saporis gratia parit e lepore marino uneficium restringunt poti hyppocampi. Cõtra dorichinum echini maxime prosunt & his qui succum carpbati biberint pręcipue iure sumpto.

ET cancri marini decocti ius contra dorichinum efficax habetur peculiariter uero cõtra leporis marini uenena & ostrea aduersãt. Idem nec potest uideri satis dictũ esse de his cum palma mensarũ diuitum tribuatur illis. Gaudent dulcibus aqs & ubi plurimi influunt amnes. Ideo pellagia parua & rara sunt. Gignũtur tamen & in petrosis carentibusq; aquarum dulcium aduentu sicut circa grinum & marinã. Grandescunt sideris quidem ratione maxime ut in natura aquatilium diximus: sed priuati circa inicia estatis multo lacte pręgnantia atq; ibi sol penetret ĩ uada hęc uidet causa quare minora in alio loco reperiũtur opacitas cohib& incremẽtum & tristitia minus appetũt cibos uariant coloribus ruffa hispanię fusca in illyrico nigra & carne & testa Circeis pręcipua uero habẽtur in quacũq; gẽte spissa nec saliua sua lubrica crassitudie potius spectanda quam latitudine nec in luto capta neq; in harenosis sed solido uado spondilo breui atq; non carnoso nec fibris luciõsa: ac tota ĩ aluo. Addunt pitiores notam ãbiẽte purpureo crine fibras eoque argumẽto generosa interpręta tur callibię pharatra appellantes. Gaudent & peregrinatiõe trãsferriq; ĩ ignotas aq̃s. Sic brũdusiana in auerno compasta & suum retinere succum & alucrino adoptare creduntur.

HAec sunt dicta de corpore dicemus de nationibus ne fraudent gloria sua littora sed dicemus aliena lingua quęq; partissima huius cẽsura in nostro ęuo fuit. Sũt ergo mutiani uerba quę subiiciam Cizicena maiora lucrinis dulciora britannicis suauiora edullis acriora echisis pleniora lycensibus sicciora coriphatenis teneriora histricis cãdidiora Circensibus. Sed his dulciora neque teneriora ulla esse compertum est. In indico mari alexandri rerum auctores pedalia inueniri prodidere necnon inter nos nepotis cuiusdam nomen clatora tridacria appellauit tãtę amplitudinis intelligi cupiens ut ter mordenda essent. Dos eorum medica hac ĩ loco dicet. Stomachũ unice reficiunt fastidiis medentur addiditq; luxuriam frigus obrutis niue summa mõtiũ & maris ima miscens emolliunt aluum leniter eademq; decocta cum mulso tenesio qui fit exulceratione liberant uesicarum ulcera quoque repurgant. In conchis suis cocta uti clausa uenerint inire distillatioibus, psunt teste ostrearum cinis uuam sedat & tonsillas admixto melle. Eodem modo parotidas panos mammarumque duritias capitum ulcera ex aqua cutemque mulierum extendit Inspargitur et ambustis & dentifritio placet. Pruritibus quoque et eruptionibus pituitae ex aceto medetur Crudę si tundantur strumas sanant et perniones pedum. Purpurę quoq; contra uenena prosunt.

ET alga maris theriacem esse Nicander tradit plura ei genera uti diximus lõgo folio et latiore rubente alia uel crispo laudatissima quę in creta insula iuxta terrã in petris nascit tingendis etiam lanis ita colorem alligans ut elui postea non possit e uio iubet eã dari. Allopetias replet hyppocãpinus cinis uitro et adipe suillo mixtus

aut ſincerus ex aceto. Preparat autem ſepiarum cruſte farina medicamentis cutem et muris marini cinis cum oleo. Item echini cũ carnibus ſuis cremati cinis fel ſcorpionis marini. Ranarum quoq; trium ſi uiue in olla cõcremẽt cinis cum melle melius cum pice liquida. Capillum denigrant ſanguiſuge que in uino nigro diebus .xl. cõputruere. Alii in aceti ſextariis duobus ſanguiſugarum ſextarium in uaſe plumbeo iubẽt putreſcere totidem diebus. Mox illini in ſole Sornatius tantã uĩ hanc tradidit ut niſi oleum ore contineant qui tingunt dentes quoq; eorum denigrari dicat capitis ulceribus muricum uel purpurae teſte cinis cum melle utiliter illinitur. Cõchiliorũ uel ſi non urantur farina ex aqua doloribus Cauſtoreum cum peucedano & roſaceo omium piſcium fluuiatilium marinorumque adipes liquefacti oleo admixto melle oculorum claritati plurimum cõferũt. Item caſtoreũ cũ melle.

GAllionum fel cicatrices ſanat et carnes oculorum ſuperuacuas conſumit. Nulli hoc piſcium copioſius ut exiſtimauit menander quoque in comediis. Idem piſcis & uranoſcopos uocat ab oculo quẽ in capite habet & coracini fel excitat uiſũ & marini ſcorpionis ruffi cum oleo uetere aut melle attico incipientes ſuffuſiones diſcutit iungi ter oport& ĩtermiſſis diebus eadẽ ratio albugines oculoꝝ tollit. Mulorũ cibo aciem oculorum hebetari tradunt. Lepus marinus ipſe quidem uenenatus eſt ſed cinis eius in palpebris pilos inutiles euulſos cohib&. Ad hunc uſum utiliſſimi minimi. Item petunculi ſalſi triti cũ cedua ranis quas diphitas et calamitas uocãt. Sãguis earum cum lachryma uitis ſi euulſo pilo palpebris illiniatur.

OCulorum tumorem ruboremq; ſepie cortex cum lacte mulieris illitus ſedat & per ſe ſcabritias emendat. Inuertunt itaque genas & medicamentum auferunt poſt paulum roſaceoque inungũt & pane impoſito mitigant eodem cortice incicalopes curantur in farinam trito & ex aceto illito extrahit & ſquamas eius cinis cicatrices oculorum cum melle ſanat pterigia & cum ſale & cadmia ſingulis dracmis emendat & albugines oculorum iumentorum. Aiunt & officulo eius genas ſi teratur ſanari. Echini ex aceto epinictidas tollũt eundem comburi cum pedibus uiperinis ranisque & cinerem aſpergi potioni iubent magi claritatẽ uiſus pmittẽtes

ICthiocolla appellatur piſcis cui glutinoſum eſt Corium idem nomen glutino eius hoc epinictidas tollit. Quidam ex uentre nõ ex corio fieri dicunt. Icthiocolla ut glutinum taurinum laudatur pontica candicans & carens uenis ſquamisque & que celerrime liqueſcit. Madeſcere autem deb& cõciſa ĩ aqua aut aceto nocte ac die. Mox tõdi marinis lapidibus ut facilius liqueſcat utilem eam & capitis doloribus affirmãt & recanicis ranę dexter oculus dextro ſiniſter leuo ſuſpẽſus e collo natiui coloris pãno lippitudines ſanat. Quod ſi per coitum ranę eruant. Albuginẽ quoq; adalligati ſimiliter in putamine oui reliquae carnes impoſite ſugillationem rapiunt. Cãcri etiã oculos adallligatos collo mederi lippitudini dicunt.

ESt parua rana in harundinetis & herbis maxime uiuens muta ac ſine uoce uiridis ſi forte hauriatur uentres boui diſtendens huius corporis humorem deraſum penicillis claratatem oculis inunctis narrant aferre ipſas carnes doloribus oculorum ſupponunt. Ranas .xv. cõiectas in fictili nouo uincis cõfingunt quidam ſuccumque eaꝝ qui ita effluxerit admiſcent lachrymas quae ex alba uite emanant atq; ita palpebras emendat inutilibus pillis exemptis acu iſtillantes hunc ſuccũ ĩ ueſtigia euulſoꝝ Meges pſilotrum palpebrarum faciebat in aceto enecans putreſcẽtes & ad hoc utebatur permultis uarisq; per aquationes autũni naſcentibus. Idẽ preſtare ſãguiſugaꝝ cinis ex aceto illitus putatur comburi eas oport& ĩ nouo uaſe idẽ cineri iecur ſiccatũ

pondere.xiiii.cum oleo cedrino peruncti pilis.viii.menſibus auribus utiliſſimũ
um.Batre piſcis fel recẽs:ſed ĩ uetere uino.Idem bachi quem quidam uocãt mizen
idem callionum cum roſaceo infuſum uel caſtoreũ cum papaueris ſucco.

VOcant & in mari pediculos eosq; tritos iſtillari ex aceto auribus iubent & per ſe
conchilium infecta lana magnopere prodeſt.Quidam aceto & uitro madefaciũt.Sũt
qui praecipue contra omnia auris uitia laudent gari excellentis ſuccum cyato mellis
dimidio amplius aceti cyatum in calice nouo lenta prima decoquere ſubinde ſpuma
pennis deterſa & poſtq̃ deſierit ſpumare tepidũ infundere ſi tumeant aures corrãdri
ſucco prius mitigandas iidem prçcipiunt.Ranarum adeps iſtillatus ſtatim dolores
tollit.Cancrorum fluuiatilium ſuccus cum farina ordeacea aurium uulneribus effica
ciſſime prodeſt parotidas muricũ teſte cinere cum melle uel conchiliorum ex mulſo
curant.

DEntium dolores ſedantur oſſibus draconis marini ſcarificatis gingiuis cerebro
Caniculae in oleo decocto aſſeruatoq; & ut ex eo dentes ſemel anno colluãtur
paſtinacae quoque radio ſcarificare gingiuas & in dolore utiliſſimum conteritur
is & cum elleboro albo illitus dentes ſine uexatiõe extrahit.Salſamentorũ etiã fictili
uaſe combuſtorum cinis addita farina marmoris.Itẽ remedia eſt & cythia uetere luta
in nouo uaſe.Deinde trita proſunt doloribus çq; prodeſſe dicunt omiũ ſalſamẽtoꝝ
ſpinç combuſtç tritçq; & illitç.Decoquuntur & ranç ſingulç in aceti eminis ut dẽtes
ita colluantur contineaturq; in ore ſuccus & ſi faſtidiũ obſtaret ſuſpendebat pedibus
poſterioribus Ea ſaluſtius dionyſius ut ex ore uirus defluereat in acetum feruens.Idq;
e pluribus ranis fortioribus ſtomachis ex iure mandendas dabat .Maxillares ita ſa
nari dentes prçcipue putant Mobiles uero ſupradicto aceto ſtabiliri.Ad hçc quidam
ranarum corporum binaꝝ prçciſis pedibus in uini emina macerant & ita collui dẽtes
labantes iubent.Aliqui totas adalligant maxillis alii denas in ſextariis tribus aceti
decoxere ad tertias partes ut mobiles dentium ſtabilirent necnon.xxxvi.ranaꝝ corda
in olei ueteris ſextario ſub çrea teſta decoxere ut infunderẽt per aurẽ dolẽtis maxillae
Alii iecur ranae decoctum & tritum cũ melle ipoſuere dentibus omnia ſupraſcripta
ex marina rana ſi carioſi & fçtidi ſint.Centum arefieri in furno p noctem prçcipiunt
Poſtea tãtundem ſalis addi atque fricari.

EChydris a grçcis uocatur coluber in aquis uiuẽs huius.iiii.dentibus ſuperiori
bus in dolore ſuperiorum gingiuas ſcarificant inferioꝝ inferioribus.Aliqui camino
tãtum earum cõtenti ſunt.Vtũtur & cancroꝝ cinere.Nam muricum cinis dẽtifritiũ
eſt lichenas & lepras tollit.Adeps uituli marini murenaꝝ cinis cum mellis obolis
ternis.Iecur paſtinace in oleo decoctũ hippocampi aut delphini cinis ex aqua illitus
exulcerationem ſequi deb& curatio quç perducit ad cicatricem.Quidam delphini ie
cur in fictili torrent donec pinguitudo ſimilitudine olei fluat Hac perungunt mu
ricum uel conchiliorum teſte cinis maculas in facie mulierũ purgat cũ melle illitus
cutemq; erugat extendat ſeptenis diebus illitus ita ut octauo cãdido ouorum foueãt
Muricũ generis ſũt quç uocãt greci collutia alii coriphia turbinata çque ſed minora
multo efficaciora etiam oris alitum cuſtodientia.Ictbiocolla erugat cutem extendit
que in aqua decocta horis.iiii.dein colluta & ſubacta ad liquorem uſque mellis & ita
prçparata in uaſe nouo conditur & in uſu.iiii.dracmis eius binis ſulphuris & anchuſç
totidem.viii ſpumç argenteç adduntur aſperſaque aq̃ terũtur una:ſic illita facies poſt.
iiii.horas abluitur.

edentur et lẽtigini çeterisq; uitiis ex oſſibus ſçpiarũ Cinis idẽ carnes excreſcẽtes
tollit et hũida ulcera tollit rana cocta ĩ eminis.v.aque marinç.Excoqui autem debet
donec lentitudo mellis.Fit et i mari halcyoneũ appellatum e nidis ut aliq exiſtimãt

halcyonum & certum & aliis sordibus crassescẽtibus. Alii e limo uel quadam maris lanugine. Quattuor eius genera cinerem spissum odoris asperi. Alterum molle lenius odore fere algę. Tertium candidioris uermiculi. Quarum pumicosius spongię ue putri simile pene purpureum quod optimum hoc & milesium uocatur quod candidius autem hoc minus probabile est. Vis eorum ut exulcerent purgent usus tostis & sine oleo mire lepras lichenas lentiginis tollunt cum lupino & sulphuris duobus obolis halcyone utuntur & ad oculorum cicatrices. Andreas ad lepras cancri cinere cum oleo usus ẽ. Attalus thymi recẽtis adipe ad oris ulcera Menarum muria & capitis cinis cũ melle sanat strũas pyngri piscis eius q rana ĩ mari appellat' officulo de cauda ita ut non uulner& prodest. Id faciendũ quotidie donec percurẽtur. Eadẽ uis & pastinacę radio & lepori marino imposito ita ut celeriter remoueatur. Echini testis contusis & ex aceto illitis. Item scolopendrę marinę e melle. Cancri fluuiatiles contriti uel combusti ex melle mirifice pſunt &sępię ossa cum axungia uetere cõtusa & illita sic ad parotidas utuntur & scauri piscis marini iocineribus quin & testis calidis & salsamenta tusis cum axungia uetere. Muricum que cinere ex oleo ad parotidas strumas q; rigor ceruicis mollitur piscium marinorum qui pediculi uocantur. Dracma pota. Castoreo poto cum pipere ex mulso mixto. Ranis decoctis ex oleo & sale ut sorbeatur succus. Sic opisthotbon medentur & tetano. Spasticis uero pipere adiecto anginas menarum salsarum e capitibus cinis ex melle illitus abol& Ranaę decoctarum arc& succus hic & contra Tonsillas prodest. Cancri fluuiatiles triti singuli in eminam aquae anginis medentur gargarizati aut e uino aut calida aqua potiue medentur garum coclearibus subditum uocem siluri recentes salsi ue in cibo sumpti adiuuant uomitiones muli inueterati tritiq; in potione concitant. Suspiriosis castoreo cum ammoniaci exigua potione ex aceto mulso ieiunis utilissima pota eadem potio spasmos stomachi sedat cum aceto mulso calido. Tussim sanare dicũt' piscũ modo e iure decoctę in patinis ranę suspensae autẽ pedibus cũ distillauerit in patinas saliua earum exenterari iubentur abiectis interaneis condiri est rana parua arborem scandens & ex ea uociferans in huius os si quis expuat ipsamque dimittat tussi liberari dicuntur precipiunt & cocleę crudę Carnem tritam bibere ex aqua calida in tussi sic cruenta. Iocineris doloribus scorpio marinus in uino necatus ut inde bibatur. Conchę longę carnes ex mulso potę cum aqua pari modo aut si febres sint ex aqua mulsa lateris dolores lęniunt hippocampi tosti sumpti theręq; similis ostreę in cibo sumpta. Ischiaticorum muria siluri clystere infusa. Dantur autẽ conchę terris obolis dilute in uino dies. xv. aluum emollit. Silurus e iure & torpedo ĩ cibo & olus marinum simile satiuo stomacho Inimicum aluum facillime purgat: sed propter acrimoniam cum pingui carne coquitur et omnium piscium ius idem & urinas ciet e uino maxie. Ius optimum e scorpionibus & uilide & saxatilibus nec uirus recipiẽtibus coqui debent cum aneto Apio coriandro porro additis oleo & sale purgat & cibia uetera priuatimq; cruditates pituitas bilemq; trahunt purgãt & imaces quorũ natura tota in hoc loco dicetur. Acceruatur muricũ modo uiuunt in algosis. Gratissimi autumno & nisi multa dulcis aqua miscetur mari. Ob id in aegypto laudatissimi procedente hyeme amaritudinem trahunt coloremq; rubrum. Horum ius traditur aluum & uessicam exinanire interanea destrigere omnia adaperire. Renes purgare Sanguinem adipemq; minuere. Itaq; utilissimi sunt hydropicis mulierum purgationibus morbo regio articulario inflamationibus. Itẽ fellis pituitęq; pulmonis iocineri splenis uitiis renatismis. Fauces tãtum uexant uocẽq; obtũdunt. Vlcera quę serpant aut sint purgãda sanant. Itẽ carcinomata cremati ut murices & morsus Canũ hominumq; cum melle lepras lentigines cinis eorum potus emendat caligines gingiuarũ & dentium uitia eruptiones pituite & contra doriehinum aut opachar tum antidoti uicem obtinent. Degenerant in duas species in mitilos qui salem utriusq; recipiunt

que rotũditate differunt minores aliquanto atq; hirtę tenuioribus testis carne dulcio/
ores mituli quoq; ut murices cinere caustica ui habẽt et ad lepras lentigines maculas
lauant quoq; plumbi modo ad genas crassitudines & oculos albugines caliginesq;
Atq; in aliis partibus sordida ulcera capitisq; pustulas. Carnes uero eos ad cais mor/
sus imponunt. At pelorides emolliunt aluum. Item castorea ex aqua mulsa dracmis
binis: & qui uehementius uolunt uti addunt cucumis satiui radices siccas dracmam
& afronitri duas. Thetae torminibus & inflationibus occurrunt. Inueniunt haec in
foliis marinis suggentia fungorũ generis uerius q̃ piscũ eadẽ & tenesinũ dissoluũt
renumq; uitia. Nascit & in mari abscynthiũ quod aliq scripbum uocat circa tapsiri
maxime egypti exilius terrestri aluum soluit & noxiis aialibus itestia liberat. Soluũt
& sepię in cibo. Datur cum oleo & sale & farina coctum. Menę salsę cum felle taurio
illitę umblico aluum soluunt. Ius piscium in patina coctorum cum lactucis tenesinũ
discutit. Canci fluuiatiles triti ex aqua poti aluum sistunt & urinam cient in uino.
Aluum ademptis brachiis calculos pellunt tribus obolis cum myrrha triti singulis
eorum dracmis ileos & inflationes castoreo cum dauci semine & petroselini quatum
ternis digitis sumatur ex mulsi calidi cyatis. iiii. Tormina uero cũ aneto ex uino mixto
echini in cibo sumpti sistunt aluum. Dissintericis medent ranę cum salla decoctae
ita ut pastilli fiat: uel cor earum cum melle tritum ut tradit Niceratus morbo regio
salsamentum cum pipere ita ut reliqua carne abstineat. Lieni medetur solea piscis i/
positus. Item torpedo. Itẽ scombrus uiuus deide remittit in mari. Scorpio marinus
necatus in uino uessice uitia & calculos sanat. Lapis q inuenit in scorpionis marini
cauda pondere oboli potus echidridis iecur. Blediorum cinis cum ruta. Inueniunt et
in branchia piscis capite ceu lapilli hi poti ex aq̃ calculosis pręclare medentur. Aiunt
que & urticam marinam in uino potã pdesse. Itẽ pulmonem marinum decoctum i
aqua. Oua sepię urinam mouẽt renumque pituitas extrahunt rupta cõuulsa. Canci
fluuiatiles triti in asinino maxime lacte sanant. Echini uero cum spinis suis contusi
& e uino poti calculos modis singulis emina bibitur donec psit & alias in cibis hoc
proficiunt. Purgatur uessica & pectinum cibo ex his mares alii donascas uocat. Alii
feminas onichas urinã mares mouent dulciores feminę sunt & unicolores. Saepiae
oua urinã mouẽt et renes purgãt enterocęlicis & lepus marinus illinitur cum melle
Iecur aquaticę colubrę. Item hydri tritũ potumque calculosis pdest Ischyaticos liberãt
salsamenta siluro ifusa clysteri euacuata prius aluo sedis attritus cinis e capite mugilũ
mulorumque cõburunt autẽ i fictili uase illini cum melle debẽt. Itẽ capitis menas
cinis ad ragadas & ad cõdilomata utilis sicut pelamidũ salsas capitũ cinis uel cibios
cum melle torpedo apposita pcidẽtis iterranei morbũ cohere&. Cancrorũ fluuiatiliũ
cinis ex oleo & cera rimas in eadem parte emendat. Idẽ & marini canci polline paõs
salsamenta coracina sanant discutiunt iterranea et squamę cõbustae. Scorpio in uino
decoctus ita ut foueantur ex illo. At echinorum testę contusę & ex aqua illitę icipiẽ/
tibus panis resistunt. Muricũ uel purpuras cinis utroque modo siue discutere opus
sit incipiẽtes siue concoctos emittere. Quidam ita componunt medicamentum cerę
& turis dracmas. xx. spumę argenti. xl cineris muricum. x. olei ueteris eminam psũt
per se salsamenta decocta. Canci fluuiatiles triti uerendorum pustulas Cinis e capite
menarum. Item carnes decoctę & impositę similiter parce salse capite cinis melle ad/
dito pelamidum capitis cinis aut squatinę cutis combusta. Hęc est q̃ diximus lignũ
poliri. Quoniã e mari fabriles usus exeũt psunt & izinaridesillitae. itẽ muricum uel
purpuras testę cinis cum melle efficacius cremata cum carnibus suis Carbunculos
uerendorum priuatim salsamenta cocta cum melle restrigunt. Testem si descenderit
cocleas spuma illini uolũt Vrinae incontinentiam hippocampi tosti & in cibo sũpti
saepius emendant. Ophydion piscículus congio similis cum lilii radice piscículiq;
minuti ex uentre eius qui deuorauerit exẽpti cremati ita ut cinis eos bibat ex aqua.

Iubent & cocleas aphrycanas cum sua carne comburi. Cineremq; ex uino siguino dari Podagris articularibusq; morbis utile est oleum in quo decocta sint & ranarũ intestia & rubetę cinis cum adipe uetere. Quidam & hordei cinerẽ adiciũt trium rerum ęquo pondere iubẽt ut lepore marino recenti podagrã fricari fibrinis quoq; pellibus calcari maxime pontici fibri. Itẽ uituli marini: cuius adeps prodest iisdem: necnõ & briõ de quo diximus lactucę simile rugosioribus foliis sine caule. Natura est stiptica ipo/ situm lenit impetus podagrę. Item alga de qua supradictũ est obseruat' in ea ne arida imponatur. Perniones emendat pulmo marinus canceri marini cinis ex oleo. Itẽ flu/ uiatilis tritusq; cinere & ex oleo subacti & siluri adeps in articulis morbor̃ Impetus sedant ranę subinde recentes impositę. Quidam dissectas iubẽt imponi corpus aug& ius uitulorum & concharum comitiales ut diximus coagulum uituli marini bibunt cum lacte equino asinę ue: aut cum punici succo. Quidã ex aceto mulso nec nõ aliqui per se pillulas deuorãt. Castoreum ĩ aceto mulsi cyatis tribus ieiunis datur. bi uero q sępius corripiunt clysteri infusum mirifice prodest. Castorei dracmę duę esse debebũt mellis & olei sextarius & aqua tantũdem. Ad praesens uero correptis olfatu subuenit Cum aceto datur & mustelę marinę iecur. Itẽ muris uel testudinum sanguis.

FEbrium circuitus tollit iecur delphini gustatum ante accessiones hippocampi necat' in rosaceo ut perungãt' egri in frigidis febribus & ipi adalligãt' egris. Item ex asello pisce lapilli qui luna plena inueniuntur in capite adalligantur in linteolo pagri fluuiatilis longissimus dẽs capillo adalligat' ita ut. v. diebus eũ q alligauerit nõ cernat eger ranę in triuio decoctę oleo abiectis carnibus peruncto liberant quartanis. Sũt qui strangulatas ĩ oleo ipsas clã adalligent oleoq; eo perungãt. Cor earum adalligatũ frigora febrium minuit & oleum in quo intestina decocta sint maxime autẽ quarta/ nis liberant ablatis unguibus ranę atque adalligatę & rubete iecur eius uel cor adalli/ get' in panno leucephio cancri fluuiatiles triti in oleo & aqua peruncti ante accessi/ ones in febribus addunt. Aliqui & piper addunt. Alii decoctos ad quartanas ĩ uino In balneo egris sic bibere suadere ĩ quartanis. Aliq uero sinistrum oculum deuorari. Magi oculis earum ante solis ortum adalligatis egro ut cęcis dimittant ĩ aq̃ tertianas abigi ꝓmittunt. Eosdem oculos cum carnibus luscinie in pelle ceruina adalligatos praestare uigiliam somno fugato tradunt letargum uergentibus coagulo balenę aut uituli marini ad olfatum utuntur. Alii sanguinem testudinum letargicis illiniunt. Tertianis mederi dicitur & spondilus parce adalligatus. Quartanis cocleae fluuiatiles in cibo recentes. Quidam ob id asseruant sale ut dent tritas in potu. Strumbi ĩ aceto putrefacti letargicos excitant odore ꝓsunt & cardiacis cachetis quorum corpus matie conficitur & ea utilia sunt cum ruta ac melle hydropicis medetur. Adipis delphini cyatus liquatus & cum uino potus grauitati soporis occurrit' tactis naribus ũguẽto aut odoribus uel quoquo modo obturatis. Strumbi quoq; carnes tritę & in mulsi tribus eminis pari modo aquę aut si febres sit ex aqua mulsa data ꝓficiũt. Itẽ succus cancror̃ fluuiatilium cũ melle. Rana quoq; aq̃tica in uino uetere & furre decocta ac pro cibo sumpta ita ut bibat' ex eodem uase: uel testudo decisis pedibus capite cauda & intestinis exemptis reliq̃ carne ita cõdita ut citra fastidium sumi possit. Canceri flu/ uiatiles ex iure sumpti & ptysicis prodesse dicunt' adusta sanantur canceri marini uel fluuiatilis cinere ea quę ferunti aq̃ combusta sint. Hęc curatio etiam pilos restituit. Cum cancror̃ fluuiatilium cinere putant utendum cum cera & adipe ursino prodest & fibrinarum pellium cinis. Ignem sacrum restrĩgunt ranarum uiuentium uentres impositis pedibus posterioribus pronas adalligari iubent ut crebriore anhelitu ꝓsint Vtuntur & siluror̃ salsamento capitum cinere ex aceto pruritum scabiemque non hominum modo: sed & quadrupedum efficacissime sedat. Itẽ iecur pastinacę decoctũ in oleo. Neruos uel pręcisos purpuraꝝ callum quo se operiũt tusũ glutinat letargicos

tetanicos coagulũ uituli adiuuat in uino potũ oboli põdere. Itẽ icthiocolla tremulos iuuat castoreum si ex oleo perungantur. Mulos in cibo inutiles neruis inuenio fieri sãguinẽ i piscũ cibo putãt fieri sistit i polypo tõso illito q; decoq & hęc tradunt muriã ipsã ex sese eittere & ideo nõ debere addi i coquẽdo. Secari barũdie ferroq; eminẽte iniũq; trahere natura definẽte ad sãguinẽ sistẽdũ & ranaꝝ illiniũt cinerẽ uel sanguine inarefactum. Quidam ex ea rana: quã gręci calamitem uocant: quoniam inter barũdines frutites uiuat minima omiũ & uiridissima cinerẽ fieri iubent. Aliq & nascẽtiũ ranarum in aqua quibus adhuc cauda est in calice nouo combustarum cinerem si p nares fluãt ificiẽdũ. Diuersus hirudinum quas sanguisugas uocant ad extrahendũ sanguinem usus est. Quippe eadem ratio earum quę cucurbitarum medicinalium ad corpora leuanda sanguine spiramenta laxanda iudicantur: sed uitium quod adisse semel desiderium faciunt circa eadem tempora ãni semper eiusdem medicinę multi podagris quoque admittendas censuere. Decidunt satiatę & pondere ipso sanguinis detractę aut sale asperse. Aliquando tamen relinquunt affixa capita quę causã uulnera insanabilia facit & multos interimit sicut messalinum e consularibus patritiis cũ ad genu admisisset. Inueniunt uirus remedio uerso maxime ruffę ita formidantur ergo suggere ora forficibus precidũt: ac uelut sifonibus defluit sanguis paulatimq; capita morientium se contrahunt nec relinquuntur. Naturę earum aduersant cimicibus & suffitu necat eos. Fibrinarum pellium cum pice liquida cinis combustarum narium pro fluuia sistit succo porri mollitus extrahit tela corpori inhęrentia sępiaꝝ testa ex aqua salsamentorum carnes cancri fluuiatiles triti. Siluri fluuiatiles qui & alibi q̃ in nilo nascuntur carnes impositę recẽtes siue salsi eiusdem cinis extrahit adeps & cinis spinę & uicem spondii prębꝰ ulcera quę serpunt & quę ex his crescunt. Capitis menarũ cinis uel siluri coercẽ. Carcinomata parcarum capita salsarũ efficacius si cineri eaꝝ misceat sal & cunila capitata oleoq; subigãt. Cancri marini cinis usti cum plũbo carcinomata compescit. Ad hoc & fluuiatilis sufficit cũ melle lineaq; lanugine. Aliq malunt alumen melq; miscere cineri phagadenę siluro inueterato & cum sandaraca trito cacobetę & nomę & putrescẽtia cibio uetere sanãtur. Vermes innati ranaꝝ felle tollunt fistulę aperiunt siccãturq; salsamẽtis cum linteolo immissis sumptaq; altera die callũ omne auferũt & putrescẽtia ulceaꝝ quęq; serpunt emplastri modo subacta & illita & alpex purgat ulcera in linteolis cõcerptis. Item echinoꝝ teste cinis carbũculos coracinorum salsamenta illita discutiunt. Itẽ mulorum salsamẽti cinis. Quidã capite tãtum utũtur cum melle uel coracinorum carne. Muricum cinis cum oleo tumores tollit. Cicatrices fel scorpionis marini uerrucas tollit glani recur illitum capitis meaꝝ cinis cũ allio tritus ad thynna crudis utuntur. Fel scorpionis marini ruffi Zinarides tritę illitae allex deferuefacta. Vnguium scabritias cinis e capite menarum extenuat. Mulieribus lactis copiam facit. Glaucis eius e iure sumptus & Zinarades cũ ptysana sumptę uel cum fęniculo decoctę. Mammas ipsas muricum uel purpuę testarũ cinis cum melle efficaciter sanat. Cancri fluuiatiles illiti uel marini pilos in mamma muricũ carnes tollũt. Squatinę illitę crescere mãmas nõ patiũt. Delphini adipe liuamẽta accẽsa excitãt uuluę strãgulatu oppręssas. Itẽ scombri in aceto putrefacti pareaꝝ uel menaꝝ capitis cinis sale admixto & cunicula oleoq; uuluę medet. Suffitioẽ quoque secundas extrahit. Item uituli marini adeps istillat iguinaribus iter mortuarum uuluę uitia coagulo eiusdem in uellere ipposito. Pulmo marinus adalligatus egregie profluuia purgat. Echini uiuentes tusi & in uino dulci poti. Sistunt & cancri fluuiatiles triti in uino potique. Item suffitu siluri praecipue aphryci faciliores partus fieri dicuntur. Cancri ex aqua poti profluuia sistere ex isopo purgare & si partus strangulet similiter poti auxiliãtur. Eosdẽ recentes uel aridos bibunt ad partus continẽdos hyppocrates ad purgationes mortuosq; partus utit illis cum quinis lappati radice rutęq; & fuligine tritis & i mulso datis potu. Item in iure cocti cum lappato et

apto mẽstruas purgationes expediũt lactisq; ubertatẽ faciũt. Idẽ i febri quę sit cum capitis doloribus & oculoꝝ palpitatione mulieribus i uino austero dati, pdesse dicũt. Castoreum ex mulso potum purgationibus, pdest cõtraq; uuluã. Olfatum cum aceto & pice aut subditũ pastillis ad secundas etiam uti eodẽ, pdest cum panace i. iiii. cyatis uini & a frigore laborantibus ternis obolis. Sed si castoreum fibrum ue supergrediat grauida abortum facere dicit & periclitari partus si superferatur. Mirum & quod de torpedine inuenio: si capiatur cum luna in libra fuerit triduoq; asseruet sub diuo faciles partus facere. Postea quotiens iferatur adiuuari & pastinacę radius adalligatus umbilico existimat si uiuẽti ablatus sit ipsaq; in mari dimissa. Inuenio apud quosdã ostreaceum uocari: quod aliq onochen uocat. Hoc suffitu uuluę poenis mire resistere odorem eẽ castorei meliusq; cum eo ustum proficere. Vetera quoq; ulcera & cacohetę eiusdem cinere sanari. Nam carbunculos & carcinomata i mulieris partu presentissimo remedio sanari tradũt cãcro fęmina cum salis flore cõtuso post plenam lunã & ex aqua illitum psylotrum est thymi & sanguis fel iecur: siue recentia siue seruata Iecur etiã tritum mixtoq; cedro plumbea pyxide asseruatũ ita pueros necauit Mago Salpe obstetrix. Eadẽ uis est pulmonis marini leporis sanguine & felle uel si in oleo lepus hic necetur. Cãcri scolopẽdrię marini cinis cũ oleo. Vrtica marina trita ex aceto scyllitico torpedinis cerebrum cum alumine illitum. xvi. luna tanę paruę quã i oculoꝝ curatione descripsimus sanies efficacissime psylotrum est si recens illiniat & ipsa arefacta & tusa mox decocta tribus eminis ad tertias uel i oleo decocta ęreis uasis eadẽ mensura. Alii ex. xv. ranis cõficiũt psylotrũ sicut i oculis diximus: sanguisugę quoq; tostę i uase fictili ex aceto illitę eũdẽ contra pilos habẽt effectũ hic suffitus urẽtiũ eas necat cimices innecta castoreo quoque melle pro psylotro usi pluribus diebus reperiunt. In omnia autem psylotro uellendi prius sunt pili. Infantium gigiuis dẽtitionibusque plurimũ cõfert delphini cum melle dẽtiũ cinis & si ipõ dente gigiuae tãgantur adalligatus idem pauores repẽtinos tollit. Idem effectus & caniculae dẽtis ulcera ueto quoniam auribus aut ulla pte corporis fiant. Cancroꝝ fluuiatiliũ succus cum farina hordeacea sanat & ad reliquos morbos i oleo triti perũctis, psunt. Pthyriasim infantium spẽgia frigida cerebro humefacto rana iuersa adalligata efficacissime sanat quam aridam inueniri affirmant. Mulus i uino necatus uel piscis rubellio uel anguillę duę. Item uua marina in uino putrefacta his qui inde biberint tedium uini afferat. Venerem inbib& & cinis hyppotami frõtis e sinistra parte pelle anguina alligata. Fel torpedinis uiuę genitalibus illitum. Cõcitant coclearum fluuiatiliũ carnes sale asseruatę & in potu ex uino datę. Erichini in cibo sumpti iecur ranę thophecis & calamitis in pellicula gruis alligatum uel dẽs crocodilli maxillaris annexus brachio uel hyppocampus uel nerui rubetę dextro lacerto adalligati amorem finit. In pecoris recenti corio rubeta illigata. Equoꝝ scabiem ranę decoctę in aqua extenuant donec illiniri possit. Aiunt itaq; curatos non repeti postea: salpę negant caneslatrare quibus in offa rana uiua data sit. Inter aquatilia dici deb& calomochnus latinę adacea appellata. Nascit circa harundines tenues e spuma aquę dulcis ac marinę ubi se miscent uí babẽt causticam. Ideo pustulis & contra pfrictionum uitia: tollit & mulieꝝ lẽtigies in facie & calami simul dici debent. Phragmatis radix recens tusa luxatis medetur et spinę doloribus ex aceto illita. Cypri uero q & donax uocat cortex allopetias medet ustus & ulceribus ueteratis folia extrahẽdis quę infixa sunt corpori & igni sacro pãniculę flos si aures intrauerit exsurdat: sępię atramẽto tanta uis ẽ ut in lucerna addito ęthiopas uideri ablato priore lumine anaxilaus tradat. Rubeta decocta aq̃ potu data suũ morbis medet uel cuiuscũq; ranę. Cinis pulmõe marino si cõfricet lignũ ardere uidetur adeo facula ita ut praeluceat.

PEractis aquatilium dotibus nõ alenum uidet indicare per tot maria tam uasta

& tot milibus passuum terrę ifusa extraq; circundata mensura pene ipsius mũdi quę intelligunt̃ animalia.cxliiii.omnium generum esse eaq; nominati complecti:quod in terrestribus uolucribusq; fieri nõ quit.Neq; eni ois indię ęthiopiaeq; aut scythiae desertorumq; nouimus feras aut uolucres cum hominum ipsorum multo plures sint differentię quas inuenire potuimus .Accedat & his taprobane insulęq; alię oceãi fabulosę narratę,pfecto conueniet non posse omnia genera in contẽplationẽ uniuersã uocari at hercule in tanto mari oceano quaeq; nascunt̃ certa sunt notioraque quod miremur.Quę,pfũdo natura mersit ut a beluis ordiamur arbores physitbres balenę pistrices tritones nereydes elephanti homines qui marini uocantur rote orce arietes musculi & alii piscium forma arietes delphini celebresq; homero uituli luxurię uero testudines & medices fibri quoꝝ genera lustrasse nunq̃ mari accepimus.Mergi tãtũ iam marina dicentes.Iam caniculę drimones cornutę gladii ferrę cõmunesque terrę mari anni hippotami crocodilli & amne tãtum commari thumide siluri coracini pce peculiaris autem maris & accipienser & aurata asellus acarnea phycalophia anguilla araneus bocatia bratus bratatus belone quos aculeatos uocamus balanos.Coruus cicharus .Rũboꝝ genera pessimus chaltis globio chulbris asellorũ generis mores sed colla siue parianus siue saxtanus a patria bętica lacertorum minima ab his money esse abium ita uocatur cõcisa pelanus que post.xl.dies a ponto in meotim reuertit̃ Cõdila & hęc pelamis pisilacum in pontum e meotide exit hoc nomen hab& cantarus galionimus siue uranus copus cinedis olipirium lutei coinde:quam nos urticam uocamus.Cãcrorũ genera hoeme stuacecheme leuescheme potoridum generis uarietate distãtes & rotunditate cheme gliciaridis quę sunt maiores q̃ pellorides Dilechia siue corophia.Concharum genera inter quae ex margaritis fere cocleae:quorum generis penthadactylice.Item clicembalis melicembalis ęthinophon dicunt̃ quibus cantãt Extra hęc sunt rotundi in oleario usu cocleę cacumis cinops caminarus cinos dexti a draco quidam aliud uolunt esse dracunculum.Est autem garriculę similis aculeos in brachiis hab& & caudam spectantis.Sic & scorpio lędit dum manu tollit̃ & richinis echenar echinus elephanti locustarum generis nigri pedibus quaternis bisulcis.Preterea brachia duo binis articulis singulisq; forficulis denticulatis fabri siue Zaes geneiscus glanis Conger girres Galeos giros hippus hippuros birundo halipleumon hippocampus hepercotinos.Sunt lacertorum genera loligo uolitãs locustę lucernae lepris lanurus lepus leones:quorum brachia caneris similia .Reliqua pars locustae mulus merula inter saxatilia laudata.Mugilus melamirus menametis murena mi similulus muscus murix Oculata opidion ostę octia ortinon hoc ẽ pelamidũ generis maximus neq; ipse redit in meotí similis tritoni uetustate melior orbis orcagoriscus phager phitis.Saxatiliumq; pelamis.Earum generis maxima appoplectum uocatur dirius tritophorcus piciarius passer pastinaca .Polyporum genera pectines maximi & nigerrimi estate.Laudatissimi autem mitileus phindarida salonis altimatia ĩ insula Alexandrię in ęgypto petũculi purpurę pegrides spinaquinoceres Rhine quę scaꝝ uocamus.Rumbus Ischaris principalis hodie solea carger scylasarcla ita uocat̃ pelais lõga ex oceano ueniẽs Sõbens salpa sorus scorpena scorpios coictes cianeas ciadeus scolopendra mirus cępta strumbus solem siue autos siue donax siue onix siue dactylus spondalis Maridis stella spongię turdus iter saxatiles nobilis thymus tranis quẽ alii xiphiam uocant tassa torpedo techea tritonium pęllamidum generis magni ex quo serena tibia fiunt uenerieunaxiphian his abiicimus ab ouidio posita nomia quę apud neminem alium reperiuntur sed fortassis in ponto nascuntur ubi id uolumen supremis suis temporibus incohauit bouem per giꝝ in scopulis uiuentem orphim nubentemq; acrium pulum pictas Mormiras aureiq; coloris chryson .Preterea paꝝ tergum & placentem cauda lapꝝ eporas latgeneros preter hęc insignia piscũ tradit Canem ex se ipsa concipere glaucum nũq̃ estate apparere pampion q semp comitet̃

naugiorꝫ cursus. Eronium qui nidific& in aquis helopem quoque dicit esse nostris incognitum undis ex quo appar& falli eos qui eundem accipienserem existimauerũt Helopi palmam saporis inter pisces multi dedere. Sunt prętera a nullo auctore nominati sudis latine appellatus a grecis spurem rostro similis nominis magnitudine inter amplissimos rarus: sed non degener. Appellantur & pernę concharum generis circa pontias insulas fraequentissime stant uelut suillo crure longo in barena defixa biantesq; q̃ lippitudo, est pedali non minus spatio cibum uenantur dentes circuitu marginum habent pectinatim spissatos intus spondilus grandis caro est & hyenam piscem uidi in ęnaria insula captum exeunt prętер hęc purgamenta aliqua relatu indigna & algis potius annumeranda quam animalibus.

METALLA NVNC IPSAE QVE OPES ET rerũ prętia dicent tellurem intus exquirente cura multiplici modo quippe alibi diuitiis foditur querente uita aurum argentum aes electrum alibi delitiis geminas & parietũ digitorumque pigmenta alibi temeritati ferꝫ auro etiam gratius inter bella cędesq; psequimur omnes eius fibras Videmusq; sup excauatam mirãtes debiscere. Aliquãdo autem intermiscere illam. Ceu uero nõ hoc & ĩdignatiõe sacrę parentis exprimi possit. Imus in uiscera eius & in sedes manium opes quęrimus tãq̃ paꝫ benigna fertiliq; qua cęcatur & inter haec minimum remediorum gratia scrutamur. Quid enim cuiq; fodiendi causa medicina est q̃q̃ & haec summa sui parte tribuit ut frugi sit in archa falcisq; in omnibus quęcunq; prosunt. Illa nos premunt illa nos ad inferos agunt: quę occultauit atq; demersit illa quę non nascuntur ut repente mens ad inane euolans reput&. Quis deinde futurus sit finis seculis omnibus exhauriendi eam quousq; penetratura auaritia q̃ innocẽs q̃ beata imo uero & delicata est& uita si nihil aliunde quam supra terras concupiscer& breuiterq; nisi quod secum est eruitur auꝫ & chrysocolla iuxta ut prętiosior uideatur nomen ex auro custodiens. Paꝫ enim erat naturę unam inuenisse uitę pestem nisi ĩ prętio esse auri etiam sanies. Quęrebat argẽtum auaritia boni consuluit interim inuenisse minimum rubentisq; terrę excogitauit usum. O pdigą ingenia quot modis auximus praetia reꝫ. Accessit ars picturę & auꝫ argentumq; cęlãdo carius fecimus. Didicit homo naturã puocare auxere & artem uitioꝫ irritamenta. In poculis libidines celebraueꝫt ac per obscenitates bibere. Abiecta sunt inde hęc & sordere cęperunt & auri argentiq; nimium fuit Murrhina & christallina ex eadem tellure effodimus quibus prętiũ facer& ipã fragilitas hoc argumentum opum: hęc uera luxurię gloria existiata est habere quod posset statim perire totum nec hoc fuit satis turba gemmaꝫ potamus. Ex Zinaragdis texiũs calices ac temulentię causa tenere indiam iuuat.

IVuat & auꝫ accessione Vtinamq; poss& e uita in totum abdicari Auri sacra fames ut celeberrimi auctores dixere procisum conuitiis ab optimis quibusq; & ad penitiem uitę reptum. Quantum fęliciore ęuo cum res ipsae permutabantur inter sese sicut & in troianis temporibus factitatum homero credi conuenit. Ita enim ut opior comertia victus gratia inuenta alios corius boũ. Alios ferro captiuisq; rebus ẽptitasse tradit q̃q̃ & ipse miratus auꝫ extimationes reꝫ ita fecit ut centum boum arma aurea permutasse glaucum dicer&. Diomedis armis. viii boum ex q̃ cõsuetudine multa

legum antiquaꝝ pecore cõstat etiam romę pessimum scelus uitę fecit qui id primus induit digitis nec hoc quis fecerit tradit̃. Nam de pmetheo omnia fabulosa arbitror q̃q̃ illi quoque ferreum annulum dederit antiquitas uinculumque id non gestamen intelligi uoluerit. Midę quidem annulum quo circumacto habentem nemo cerner& quis non etiam fabulosiorẽ fateat̃. Manus & prsus sinistrae maximã auctoritatẽ conciliauere auro non quidem Romae ne quorũ in more ferrẽt erat bellicę uirtutis insigne. De regibus Romanis non facile dixerim. Nullũ hab& romuli in capitolio statua nec prẽter numae seruiq; Tullii aliq nec. L. quidem bruti. Hoc in tarquinius maxime miror quorum egregia fuit origo. Vnde hic annulorum usus uenit q̃quã etiam nunc lacedemonae ferreo utunt̃. Sed a prisco tarquinio omnium primo filiũ cum prẽtextę annis occidiss& hostem bulla aurea donatum cõstat. Vnde mos bullę duraui ut eorum qui equo meruissent filii insigne id haberent cęteri lorum & ideo miror Tarquinii eius statuam sine annulo esse q̃q̃ & de nomine ipso ambigi uideo. Gręci a digitis appellauere apud nos prisci ũguinũ uocabãt. Postea & gręci & nostri Symbolum longo certo tempore nec senatum quidem Romanum habuisse aureos manifestum est. Siquidem his tantũ qui legati ad exteras gentes ituri essent annuli publice dabantur. Credo quoniam ita exterorum honoratissimi intelligebantur neq; aliis uti mos fuit: q̃ qui ex ea causa publice accepissent: uulgoq; sic triumphabãt & cũ corona ex auro hetrusca sustineretur a tergo annulus tamen in digito ferreus erat acq̃ fortuna triumphãtes & seruĩ coronã sustinẽtes. Sic triumphauit de iugurta. C. Marius aureumq; tertium cõsulatum sumpsisse tradit̃. Hi quoq; q ob legationẽ acceperãt aureos in publico tantũ utebantur his itra domos uero ferreis. Quo argumento etiã nunc sponsę annulus ferreus mittit̃ isq; sine gemma & quidem nec iliacis tẽporibus ullos fuisse annulos uideo nusq̃ certe. Homerus dicit cum & codicillos missitatos epistolaꝝ gratia indic& & cõditas arcis uestes ac uasa aurea argenteaq; & eas colligatas nodi non annuli nota Sortiri quoq; cõtra puocationem duces nõ annulis tradit. Fabricare etiã deum fibulas & alia muliebris cultus sicut ĩ aures ĩ primordio factitasse sine mentione ãnuloꝝ dicũtur & quisquis primus istituit cũctanter leuis manibus latẽtibusq; iduit cũ si bonos securus fuit& dextera fuerit ostẽtãdus quod si ipedimẽtum potuit in ea aliquod itellegi etiam sertoris usus argumentum est maius in leua fuisse qua scutum capiatur. Est quidem apud eũdem homeꝝ uirorum crinibus auꝝ implexum. Ideo nescio an prior usus a fęminis acceperit. Romę quidem nõ fuit auꝝ nisi admodum exiguum longo tempore certe cum a gallis capta urbe ut pax emereť non plusq̃ põdo. m. potuere nec ignoro duo. M. pondo auri reperisse suo & põpeiũ Tertio consulatu capitolini iouis solio a camillo ibi condita & ideo a plerisq; existimari duo. M. põdo collata sed quod accessit ex gallorũ pręda fuit detractumque ab his ĩ parte captę urbis delubris Gallos autem cum auro pugnare solitos torquatos ĩdicio est appar&q; gallorum templorumq; tantundem nec amplius fuisse: quod quidem ĩ augurio intellectum est cum capitolinus duplum reddidiss& illud quoque obiter iudicari cõuenit. Quoniam de annulis sermonem repetiuimus ędituũ custodię eius comprẽhensum fracta in ore annuli gemma statim exspirasse & indicum ita extĩctã Ergo ut maxime. M. M. pondo cum capta est roma anno. cccl xiiii. fuere cũ iã capitũ liberorum censa essent centum. L. quingenti. lxxxiii. Eadem post ãnos. cccvii. quod ex capitolinae ędis incendio cęterisq; omĩbus delubris. C. marius filius pręneste dedetulerat. xiii. pondo: quę sub eo titulo ĩ triũpho transtulit & argẽti. vi. Item ex reliq̃ omĩ victoria pridie trãstulerat auri pondo. xv. Argenti pondo. cxv. milia. Frequẽtior autem usus ãnulorum non ante. CN. Flauium annii filium deprachenditur hic nanq; publicatis diebus fastis quos populus a paucis principum quotidie petebat tantam gratiam plebis adeptus est. Alioquin libertino patre genitus & ipsae appii cęci scriba cuius hortatu exceperat eos dies cõsultando assidue sagaci ingenio pmul-

gaueratque ut aedilis curullis crearetur cum quinto Antio praenestino qui paucis ante annis hostis fuisset & preteritis .C. petellio & domitio: quorum patres consules fuerant additum flauio ut simul. tri. pl. esset & quo facto tanta senatus indignatione exarsit ut annulos ab eo abiectos fuisse ĩ antiqssimis reperiatur ãnalibus fallit pleros que qui tum & equestrem ordinem id fecisse arbitrant̃ & enim adiectum hoc quoq; sedet falera posita propter nomen equitum adiectum est annulos quoq; depositos a nobilitate in annales relatum est nõ ab senatu uniuerso & hoc actum. p. sempronio L. sulpitio consulibus. Flauius nouit ẹdem cõcordiẹ si populo conciliasset ordines & cum id pecunia publica non decerneret̃ ex multatitia fẹneratoribus condemnatis ẹdiculam ẹream fecit in grẹcostasi quẹ tunc supra comitum erat inciditq; in tabula ẹrea aedem. ccc. iiii. annis post capitolinam dedicatam ita quadrigentis. xlviii. a cõdita urbe gestum est. Post primum ãnuloꝝ uestigium extat ꝑmiscui usus. Alterũ secũdo punico bello neq; enim aliter potuissent trimodia illa annulorum carthaginem ab hannibale mitti. Inter scipionem quoq; & drusũ ex annulo in auctore uenali inimicitiẹ cẹpere. Vnde origo socialis belli & exitia reꝝ. Nec tum quidem omnes senatores habueꝝt utpote cum memoria auorum. Multi prẹtura quoq; functi in ferreo consenuerit sicut calpurnium & maniliũ qui legatus. C. Marii fuerat ĩ iugurtino bello Fenestella tradit & multi .L. fusidium illum ad quem scaurus de uita sua scribit. In quintiorum familia aurum ne fẹminas quidem habere mos fuerat nullosq; omino maior pars gentium hominumq; qui etiã sub imperio nostro degũt hodieq; habeat: non signẹ oriens aut ẹgyptus etiam nunc litteris cõtenta solis multis hoc modis ut cẹtera omnia luxuria uariauit gemmas addendo exquisiti fulgoris: censuque opimo digitos onerando sicut dicemus in gemmarum uolumine. Mox & effigies celando uarias ut alibi ars alibi materia est & in prẹtio. Alias deide gẽmas uiolari nefas putauit. At ne quis signandi causam in ãnulis esse ĩtelliger & solidas induit quasdã uero nec ab parte qua digito occultantur auro clusit aurumq; milibus lapilloꝝ uilius fecit. Contra uero multi nullas admittunt gẽmas auroq; ipso signat ut claudii cẹsaris principatu repertum: nec non & seruitia ferrũ auro cingunt. Alia per sese mero auro decorant: cuius licentiae origo nomine ipso in samo thrace ĩstitutum declarat singulis primo digitis gerere mos fuerat qui sunt minimis proximi sicut in numẹ & seruii Tullii statuis uidemus postea pollici induere proximo etiã deorum simulachris deinuuit & minimo dare gallis britanniẹq; medio dicunt̃ usẹ hic nunc solus excipitur. Caeteri omnes onerent̃ atque etiam priuatim articuli minoribus. Alii sunt qui tres minimo congerant. Alii uero & huic unum tantum quo signanda signent. Cõditus que ille ut res rara & ad iniuriẹ usus indigna uelut e sacrario ꝑmitur & unũ ĩ minimo digito habuisse prẹtiosioris est in recõdito supellectilis ostentatio est. Iam alii pondera eorum ostentant aliis plures quam unum gestare labor est. Alii braiteas inferũt in leuiore materia & propter casum gemmaꝝ totam sollicitudinem putant. Alii sub gemmis uenena cludunt sicut demosthenes summus grẹcie orator annulosq; mortis gratia habent. Deniq; ut plurimum opũ scelera ãnuli fiunt. Quẹ fuit illa priscoꝝ uita. Qualis innocentia in qua nihil signabatur at nũc cibi quoq; ac potus uindicãt̃ annulo a rapina hoc ꝑcecere mancipioꝝ legiones & ĩ domo turba externa acta seruorum quoq; causa nomenculator adhibendus. Aliter apud antiquos singuli marsipores lucipores ue dominoꝝ gẽtiles omnẽ uictum in ꝑmiscuo habebant nec ulla domi custodia a domesticis opus erat. Nunc rapiendẹ comparãt̃ epulẹ pariterq; qui rapiãt eas & claues quoq; ipsas signasse non est satis grauatis somno aut moriẽtibus ãnuli detrahuntur maiorq; uitẹ circa hoc ratio ĩstrumẽtum esse cẹpit icertum a quo tẽpore uidemur tamẽ posse in externis auctoritatem eius rei ĩtelligere circa policratẽ. Samii tyrannum cui dilectus ille annulus in mare abiectus capto relatus est piscẹ ipso circiter. ccxxx. anno urbis nostrẹ interfecto. Celebratior quidem usus cũ fẹnore cepisse

debet argumento est consuetudo uulgi ad sponsiones etiamnum annulo exiliente ab eo tempore quo nondum erat ara uelocior ut plane affirmare possumus nūmos ante apud nos cepisse mox annulos. De nummis paulo post dicet. Annuli distixere alterum ordinem a plebe ut simul ceperat esse celebres sicut tunica ab annulis senatū q̄q̄ & hoc fero uulgoque purpura latiore tunica usos inuenimus etiam prēcones sicut patrem lucii elystilonis prēconis ob id cognominati: sed annuli plane totū ordini mediumq; plebi & patribus inseruere ac quod antea militares equi nomen dederant hoc nunc pecunię indices tribuunt nec pridem id factum. Diuo enim augusto decurias ordinante maior pars iudicū in ferreo ānulo fuit: hiq; non equites sed iudices uocabantur. Equitum nomen subsistebat ī turmis equoz publicorum. Iudicū quoq; non nisi. iii. decurię fuere primo uixq; milia singula ī decuriis fuerit nondū ,puintis ad hoc munus admissis seruatumq; ī hodiernum diem ē ne qs e nouis ciuibus ī his īdicar&.

FIt & e lapide eroso quē uocāt cadiniā celebritas ī asia & quōdā ī cāpaia nūc ī bergoātiū agro extrēa pte italiae fexq; nup etiā ī Germaia puicia reptū fit ex alio lapide quē calcetē uocāt ī cypro ubi eris iuētio mox uilitas precipua repto ī alīs terris prestātiore maxīē auricalco quod ob precipuā bōitatē admirationē diu obtinuit. Nec repit lōgo iā tpē effeta tellure pximū boitate fuit Salustianū & eburonū alpiō tractu nō lōgi & ipsū eui successit et liuianū in gallia utxq; a metallox dominis appellatū. Illud ab aico diui augusti hoc a cōiuge uelocis defectus liuianū quoq; certe admodū exiguū iueit. Sūma gloria nunc ī marianū cōuersa quod & cordubēse dicit hoc a liuiāo cadiniā maxime sorb& & auricalci bōitatē imitat ī sestertiis dypōdiariisq; cyprio suo assibus cōtēto & hacteūs nobilitas ī ere naturalis se habet. Reliq̄ genera cū artificio cōstāt quę suis locis reddēt summa claritate āte oīa īdicata es cōfusū auro argēto q; quōdā miscebat et tamē ars pretiosior erat nūc ī certū ē peior hęc sit an materia mixq; cū ad īfinitū opex pretia creuerint auctoritas artis exticta ē. Questus enī cā ut oīa exerceri cępta ē quę glorię solebat iō etiā deox ascripta opi cū peeres gētiū claritatē et hac uia quererēt ad eoq; fundēdi exoleuit fundi eris pretiosi rō ut iam diu ne fortuna qdē in ere uis artis habeat de illa autē ātiq̄ gloria corynthiū maxīē laudat hic casus miscuit corynthio cū capet īcēsa mireq; circa id multox affectatio fuit qppe cum tradat nō alia de cā Verrē quē cicero damnauerat proscriptū cum eo ab āntonio quoniam corinthius se ei cesux nauigasset at mihi maior ps eox simulare eā sciētiam uidet ad segregandos se a cęteris magis q̄ intelligere aliqd subtilius et hoc paucis docebo. Corynthus capta ē olympiadis cētesię qnq̄gesię sextę anno .iii. nostrę urbis sexcentesimo octauo cū ante seculo fictores nobiles desciscēt quox isti oīa signa corinthia appellāt: q̄ propter ad coarguēdos eos ponemus artificū ętates nā urbis nostrę annos ex supradicta cōpatōe. Olympiadū colligere facile erit. Sunt ergo uasa tantum corinthia quę isti elegantiore mō desculpētia trāsfext mō ī lucernas aut truillas uitreas nullo mundiciax despectu eius tria genera candidū argēteo nitore q̄ pxīē accedēs in quo illa mixtura preluit. Altex in quo auri fulua na

tura. Tertium in quo æqualis oium tẽpies fuit præter hęc ẽ cuius rõ nõ potest reddiq̃q̃ bois manu sedat fortuna tẽperamẽtum ĩ simulachro aptet signisq; illud suo colore praetiosum ad iocineris imaginẽ uergens quod ideo epatizon appellant procul a corinthio longe tamen ante egmeticum atq; deliacum quae diu obtinere principatũ Antiquissima ęris gloria deliaco fuit mercatus in delo concelebrãte toto orbe & ideo cura officinis triclinorum pedibus fulcrisq; ibi prima nobilitas ęris peruenit. Deide ad deũ simulachra effigiemq; hominum & aliorũ animalium proxima laus egmetico fuit insula & ipsa est nec gignens sed officinarũ temperatura nobilitata. Bos ęreus inde captus in foro boario est. Romę hoc est exemplar eginetici aeris deliaci autem iuppiter in capitolio in iouis tonãtis aede. Illoq; aere myroco usus est hoc polyclites ęquales atq; cõdiscipuli. Emulatio autem in materia fuit priuatĩ.

EGina candelabrorũ superficiem duntaxat elaborauit sicut tarentum scapos ĩ his ergo iuncta commendatio officinarum est. Nec pud& tribunorum militariũ salariis emere cum ipsum nomen a candelarum nomine impositum appareat. Accẽsio candelabri talis fuit theonis iussum pręconis clesippus fulgo gibbere. Dionysius gibber Prętera & alios foedos aspectu fabricatus est. Emẽte id gegama. lls. l. eodemq; ostẽtante conuiuio emptũ ludibrii causę nudatus atq; impudentia libidinis receptus in totum mox prędiues in testamentum numinum uice illud candelabrũ coluit & hãc corinthiis fabulam adiecit uindicatus tamen moribus nobili sepulchro per quod ęterna supra terras gegamę dedecoris memoria durat&. Sed cum esse nulla corinthia candelabra const& nomen id pręcipue in his celebratur: quoniam Mumii victoria corinthum quidem diruit sed cum pluribus Achaię opidis sit ęra disparsit prisci limina etiam ac ualuas ĩ templis ex ęre factitauere iuenio & a. CN. Octauio q de pseo rege nauali triumphum egit facta porticum duplicẽ ad circũ flaminũ quę corithia sit appellata a capitulis ęreis colũnarum. Vestę quoq; aedẽ ipsam syracusana supficie tegi placuisse Syracusana superficiae sunt ĩ pantheo capita columnarũ a. M. agrippa imposita. Quin etiam priuata opulentia eo modo usurpata est. Camillo inter crimia obiecit: spurius caruilius quęstor quod ęrata hostia haber& in domo. Nam triclinia ęrata ab abachosque & monopolia consulem manilium asia deuicta primum inuexisse triumpho suo quem duxit anno urbis. d. lxvii. lucius piso auctor est antias quidem heredem. l. crassi oratoris multa etiam triclinia aerata uendidisse. Ex aere factitauere & cortinas tripodum nomine ac delphicas: quoniam ludis maxime appollis delphici dicabantur placuere & lychin pensiles in delubris arborum mala ferentium modo lucentes qualis est in templo apollinis palatini quod Alexãder magnus thebarum expugnatione captum lucymae dicauerat eidem deo. Transit deinde ars ubiq; uulgo ad effigies deorũ.

ROmae simulachrum ex aere factum cereri primũ reperio ex peculio spurii cassii quem regnum affectãtem pater ipsius interemerat: transiit a diis ad hominum statuas atq; imagines multis modis antiqui tingebant eas bitumine quo magis mirũ esse placuisse auro integere hoc nescio an Romanorum fuerit inuentum certe etiam Romae non hab& uetustatem effigies hominum non solebant exprimi nisi aliqua industri causa perpetuitatem merentium & primo sacrorum Certaminum victoria Maximeque olympiae ubi omnium qui uicissent statuas dicari mos erat eorũ uero qui ter ibi superassent ex membris ipsorum similitudine expręssa quas iconas uocãt Athenienses nescio an primi omnium harmodio & Arristogitoni tyrannidis publicae posuerunt statuas hoc actum est eodem anno quo & reges Romae pulsi excoepta deinde res est a toto orbe terrarum humanissima ambitione etiam omnium municipiorũ & fori statuae ornamẽtũ esse coepere prorogarique memoria hominũ

& bonores legi &basibus inscribi ne in sepulchris tantũ legerentur. Mox forum et in domibus priuatis factũ atq; in atrius domos colentiũ instituit sic colere patronos

TOgatae effigies antiquitus statuas dicabant placuere & nudae tenẽtes hastam ab epheborum gymnasiis exemplaribus:quas achilleas uocant. Graeca res est nihil uelare.at contra romana ac militaris thoracas addere Cęsar quidem dictator loricatã sibi dicare in foro suo passus est. Nam lupercorum habitu tam nouiciae sunt:quam quae nuper prodiere pennulis indutae.Mancinus eo habitu sibi statuit quo deditus est Notatum ab auctoribus &.l.actium poetam ĩ camoenarum aede maxima forma statuam sibi posuisse& cum breuis admodum fuisset. Equestres uero statuae modo Romanam celebrationem habent orto sine dubio a graecis exemplo.Sed illi celatas tantum dicabant in sacris uictores:postea uero & qui bigis uel quadrigis uicissent Vnde & rostris currus nati in his qui triumphauissent serũ hoc & non nisi a diuo Augusto seiuges sicut elephanti nõ uetus & bigarum celebratio his qui prętura fũcti curru uecti essent per circum antiquior columnarum sicut.C.Menio qui deuicerat priscos latinos qbus ex foedere tertias praedae res populus.Ro.praestabat cosdẽ que in consulatu in suggestu rostra deuictis antiatibus fixerat anno urbis.ccccxvi. Item.C.duillio qui primus naualem triumphum egit de pęnis quae etiam nunc in foro.Item publio minutio perfecto annonae extra portam trigeminam untiaria stipe collatam nescio an primo honore talis a populo antea enim a senatu erat pręclara res nisi friuolis coepisse& initiis.Nanque & atrii neuii statua fuit ante curiam cuius basis conflagrauit Curia incensa publii claudii funere fuit & hermodori ephesii in comitio legum quas decemuiri scribebant interpretis publice dicata .Alia causa & alia auctoritas in Oratii coclitis statua quae durat hodieque cum hostes a ponte sublitio solus arcuisse&.Equidẽ & sibyllę iuxta rostra sunt non miror tres sunt hic& una quã sextus pacuuius taurus ędilis plus instituit duae quas.M.messala primas putarẽ has & attii nanii positas aetate tarquinii prisci nisi regum antecedentium eẽnt ĩ capitolio

EX his Romuli est sine tunica sicut & camilli in rostris & ante aedem castorum fuit.M.Tremellii equestres togata qui sanites his deuicerat captaq; anagnia populũ pendio liberauerat.Inter ãtiqssimas sunt & tullii coelii boscii spurii naucii.C.fulcini in rostris a fidẽnatibus in legatione interfectorum haec a re.p.tribui solebat iniuria caesis sicut alias in publio iunio &. T.coruncano qui abtenta illyriorum regina interfecti erant non omittendũ uidetur quod ãnotauere ãnales tripedaneas his statuas in foro statutas haec uidelicet& mensura bonorata tunc erat nõ praeteribo.CN.octauium ob unum uerbum quo regem antiocum dilaturum se responsum dicentem. Virga quam tenebat forte circumscripsit & priusq; egrederetur circulo illum respõsũ dare coegit.In qua legatione interfecto Senatus statuam poni iussit q; bonoratissimo loco qui est in rostris.Inuenitur & statua decreta Theratiae Caię siue suffetię uirgini uestali ut poneret ubi uell&.Quod adiectum non minus bonoris hab& q; quod fęminae est decreta meritum eius ipsis ponam annalium uerbis quod campum tyberinũ gratificata esse& & ea populo.Inuenio & pythagorae & alcibiadi in cornibus comitii positas cum bello summitti apollo pythius iussisse& si fortissimo graiae gentis & alteri sapientissimo simulachra celebri loco dicari ea est & credo ne scylla dictator ibi curiam facer& mirumq; est illos patres .Socrati cunctis ab eodem deo sapientia praelato pythagoram praetulisse aut tot aliis uirtute alcibiade nequaq; utriq; themistoclem columnarum ratio erat tolli super caeteros mortales quod et arcus significant nouitio inuento priũs tamẽ bonos coepit a gręcis. Nullique arbitror plures statuas

dicatas q̃ phalari & demetrio athenis siquidem .cccl.x statuere quas mox laceraueré. Nondum anno hunc numerum dierũ excedente. Statuerunt Romae etiam inõibus uicis. C. Mario Gratidiano ut diximus quas easdem subuertere scylle introitu pedestres sine dubio Romae fuere in auctoritate longo tempore & equestriũ tamẽ origo pq̃ uetus est cũ foeminis etiã honore cõmunicato cloeliae statua equestris est posita ceu parum essẽt & toga eam cingi cum lucretiae ac bruto qui expulerant reges propter quos cloelia inter obsides fuerat non decreuere hanc primã cũ coelitis publice dicatã crediderim. Ante enim sibi ac sibyllae Tarquinium & reges ipsos posuisse uerisimile est nisi cloeliae positam quoq; piso trader& ab his positam qui una obsides fuerant redditis a porsenna in honorem eius e diuerso annius fecialis equestrem statuã cõtra iouis statoris aedem in uestibulo superbi domus ualeriae fuisse publicii consulis filiae eamque solam refugisse Tyberimque transnatasse caetetis obsidibus qui porsẽnę mittebant interemptis Tarquini insidiis. L. piso prodidit. Idẽ auctor est. M. emilio C. pompilio secundo conss a censoribus. p. Cornelio scipione. M. popilio statuas circa forum eorum qui magistratus gesserant sublatas omnes prętęr eas quae populi aut senatus sententia statutae essent. Eam uero quam apud aedem telluris statuisse& sibi Spurius cassius qui regnum affectauerat etiam conflatam a censoribus nimirũ in ea quaq; re ambitionem prouidebant illi uiri. Extant catonis in censura uociferationes mulieribus romanis in prouintiis statuas poni nec tamen potuit inbibere quo miũs romę quoq; ponerẽt sicuti Corneliae gracchoꝝ matri quae fuit aphrycani prioris filia sedens hinc posita soleisq; sine amento insignis in metalli publica porticu. Quę statua nunc est in octauiae operibus publice autem ab exteris posita est Romae Cęlio tribuno pl. lege plata in stemũ stalũ lucanũ qui turinos bis ĩfestauerat & ob id cęlium turini statua & corona aurea donarunt. Idem postea fabriciũ donauere statua liberati obsidione passimq; gentes in clientela sua receptae & adeo discrimen omne sublatum ut Hannibalis etiam statuę tribus locis uexant ĩ ea urbe ĩtra cuius muros solus hostium emisit hastã.

FVisse autem statuariam artem familiarem italiae quoque & uetustam indicant hercules ab Euandro sacratus ut produnt in foro boario qui triumphalis uocat atq; per triumphos uestitur habitu triumphali. Praeterea ianus geminus a Numa rege dicatus qui pacis bellique argumento colitur digitis ita figuratis ut .ccc.lxv. dierum nota per significationem anni temporis & aeui se deum iudic&. Signa quoque tuscanica per terras dispersa quae in hetruria factitata non est dubium deorum tantum putarem ea fuisse ni Metrodorus sęptius cui cognomen. Ro. nominis odio inditum est uulsinios pulsatos propter. M. M. statuarum obiicer&. Mirumque mihi uidet cum statuarum ĩ italia tam uetus origo sit ligẽa potius aut fictilia deorũ simulachra in delubris dicata usque ad deuictam asiam. Vnde & luxuria similitudines exprimendi quae prima fuerit origo in ea quam plasticem gręci uocant dici conueniẽtius erit. Etenim peior quem statuaria fuit: sed hęc ad infinitum effloruit multorum uoluminum opere si quis plura persequi uelit. Oia enĩ quis possit in. M. scauri ędilitate tria milia signorum in sęna tantum fuere temporario Theatro. Mummius deuicta achaia repleuit urbem non relicturus filiae dotem. Cur enim non cum excusatione conaretur: multa & luculli inuexere. Rhodi etiam nunc .lxxiii. milia signorum esse Mutianus ter consul prodidit nec pauciora athenis & olympiae delphis superesse creduntur. Quis ista mortalium prosequi possit aut quis usus noscendi intelligatur Insignia tamen & maxime aliqua de causa notata. Voluptuarium sit attigisse artificesque celebratos nominauisse. Singulorum quoque inexplicabilem multitudinẽ cum lysippus .m.d. opera fecisse tradatur ante omnia ut artis claritatem possent dare

uel ſingula numerum apparuiſſe defuncto eo cum Theſauꝫ effregiſſ& heres. Solitũ enim ex inani pretio cuiuſque ſigni denarios ſeponere aureos ſingulos. Enectaque ſupra humanam fidem ars eſt ſucceſſu Mox & in audacia. In argumẽtum ſucceſſus unum exemplum afferam: nec deorum nec hominũ ſimilitudinis expraeſſae. Aetas noſtra uidit in capitolio priuſq̃ id nouiſſime conflagraret a uitellianis incenſum in cella Iunonis canem ex aere uulnus ſuum lambentem: cuius eximium miraculum & indiſcreta ueri ſimilitudo. Non eo ſolum intelligitur quod ibi dicata fuerat. Veꝫ & ſatisdatione nã ſumma nulla par uidebatur capite tutelarios cauere pro ea iſtitutũ publici fuit audaciae. Innumera ſunt exempla. Moles quippe excogitatas uidemus ſtatuarum quas colloſeas uocant turribus pares Talis eſt in capitolio apollo trãſlatus a. M. Lucullo ex apollonia ponti Vrbe .xxx. cubitorum quingentis talentis factus talis in campo martio Iuppiter a claudio Caeſare dicatus qui deuoratur pompeiani theatri in ciuitate. Talis & Tarenti factus a lyſippo .xl. cubitorum. Mirum in eo quod manu ut ferunt ea mobilis ratione labramẽti eſt ut nullis cõuellatur procellis Id quidem prouidiſſe & artifex dicitur modico Interuallo Vnde maxime opus erat flatum frangi oppoſita columna. Itaque propter magnitudinem difficultatemque moliendi non attigit eum Fabius uerrucoſus cum herculem qui eſt in capitolio ide transferret. Ante omnes autem in admiratione fuit ſolis coloſus rhodi quem fecerat chales lindius lyſippi ſupradicti diſcipulus .lxx. cubitorum altitudinis. Fuit hoc ſimulacrum poſt. lvi. annum terremotu proſtratum ſed iacens quoque miraculo est pauci pollicem eius ãplectuntur. Maiores ſunt digiti q̃ pleraeque ſtatuae uaſti ſpecus biant defractis membris ſpectantur intus magnę molis saxa: quorum pondere ſtabiliuerat illud conſtituens duodecim annis tradũt effectum. ccc. talentis quę contulerat ex apparatu regis demetrii relicto more tedio obſeſſa rhodo. Sunt alii centũ numero in eadem urbe coloſi centum minores: ſed ubicunque ſinguli fuiſſent nobilitaturi locum prȩterq; bos deorum. v. quos fecit Brixaſis factitauit coloſoſ & italia uidemus certe tuſcanicum Apollinem in biblioteca templi Auguſti. l. pedum a pollice dubium ere mirabiliorem ac pulchritudine. Fecit & ſpurius caruilius iouem qui in capitolio uictis ſamnitibus ſacrata lege pugnantibus e pectoralibus eorum ocreisque & galeis amplitudo tanta eſt ut conſpiciatur a latere iouis reliquiisque lunę ſuam ſtatuam fecit: quae eſt ante pedes ſimulachri eius. Habent in eodem capitolio admirationem & capita duo quae publius lentulus conſul dictauit. Alterũ a charete ſupradicto factum. Alterum fecit Detius comparatione in tantum uictus ut artificium minime probabile uideatur. Verum omnem amplitudinem eius generis ſtatuarum uicit aetate noſtra Zenodorus mercurio facto in ciuitate galliae auernis per annos. x. põdo. cccc. magno practio. Is poſtq̃ ſatis artem ibi approbauerat Romam accitus eſt a Nerone ubi deſtinatum illius principis coloſum fecit: c. x. pedum longitudine qui dicatus ſolis uenerationi eſt damnatis ſceleribus illius principis. Mirabantur in officina non modo ex argilla ſimilitudinem inſignem Verum & de paruis admodum ſurculis quod primum operis inſtaurati fiunt ea ſtatua indicauit inter ſe fundendi aeris ſcientiam cum & uero largiri aurum argentumque paratus eſſ& Zenodorus ſcientia findendi celandique nulli ueterum poſtponeretur: statuã auernorum cum facer& prouinciae rubio arato praeſidente duo pocula calamidis manu celata quae caſſio ſyllano auũculo eius praeceptori ſuo. Germanicus Caeſar adamata donauerat emulatus eſt ut uix ulla differentia eſſ& artis quanto maior i Zenodoro praeſtantia fuit tanto magis deprehenditur aeris obliteratio.

Signis quę uocant corinthia plerunq; in tantum capiuntur ut secum circũferant sicut hortensius orator spigere Verri reo ablatã propter quã Cicero illo iudicio in altercatione neganti se enygmata intelligere Respondit debere: quoniam spigem domi haber& circuntulit & Nero princeps amazonem de qua dicemus & paulo ãte C.Cestius consularis signum quod secum etiam in pręlio habuit Alexandri quoque magni tabernaculum sustinere traduntur solidę statuae: ex quibus duae ante martis ultoris ędem dicatę sunt totidem ante regiam minoribus simulacris signisq; inuẽta prope artificum multitudo nobilitata est. Ante omnes tamen phidias Athenienſis Ioue olympię facto ex ebore qdẽ & auro: sed ex ere signa fecit. Floruit aũt olympiade octogesima tertia circiter. ccc. nostrę urbis ãno. quo eodem tempore ęmuli eius fuere Alcamenes Critias Nestoeles Hecleas & deinde Olympiade octogesima septima Agelladas Gallõ chorigias lacon myrõ pythagoras scopas perelius. Ex his polycletus discipulos habuit argium Asopodoꝫ Alexin Aristidẽ phynonẽ dinonẽ athenodoꝫ demeam clitorium mirum litium nonagesima quinta olympiade floruere nancides dinomodes Canacus Patroclus Centesima secunda Polydes Cephisodotus Lemares hippotodorus. Centesima quarta praxiteles Euphranor centesima septima Hetioter hymacus centesima quarta. x. lysippus fuit cum & Alexãder magnus. Item lysias & Throsius frater eius thenis Eufromides Sostratus Ion. In hoc mirabile quod nullo doctore nobilis fuit ipse discipulum habuit Zeusiadem Centesima. xxi. Entichides eutricates laippus chepis sicrotus thimarcus piromacas. Cessauit deide ars ac rursus olympiade centesima. lvi. reuixit cum fuere longe quidẽ ifra predictos: probati tamẽ ãtheus calistratus pilides atheneus calixemus pithocles pithas Timoles ita distictus celeberrimorum ętatibus insignes raptim transcurram reliqua multitudine passim disparsa. Venere autem & in certamen laudatissimi q̃ diuersis aetatibus geiti: quoniã fecerant amazonas quę cum in templo ephesię dianę dicarẽt placuit eligi pbatissimã ipsorum artificum qui praesentes erant iudicio cum apparuit eam esse quam omnes secundam quisq; a sua iudicassent: hoc polycleti proxima ab ea phydie Tertio cresille Quarta cydonis Quinta pradimonis. Prętera phidias Iouem olympium quẽ nemo ęmulatur. Fecit ex ebore & ęq; mineruam athenis quę est in parthenonia stans. ex ere uero prętera amazonem supradictam mineruam tam eximię pulchritudis ut formae cognomen acceperit. Fecit & cliducum & aliam mineruam quã romę ad ędẽ fortunę ęmilius Paulus dedicauit. Item duo signa: quę Catullus in eadẽ ęde palliata & alterũ colloson nudum primusq; artẽ torreuticen aperuisse atq; demõstrasse merito iudicat polycletus sytionius ageladis discipulus Dyadumenũ fecit molliter Iuuenẽ. c. talẽtis nobilitatum. Item & dorophorum uiriliter puez fecit & quę canona artifices uocant liniamenta artis ex eis petentes lege quadam: solusq; hominum artem ipsam fecisse artis opere iudicatur. Fecit distringentem se & nudum talo incedentẽ: duosq; pueros Item nudos ludentes qui uocantur astragalizontes & sunt in Titi imperatoris atrio quo opere nullum absolutius pleriq; iudicant. Item mercurium qui fuit lysimachiae Herculem qui romę aceta arma sustinentẽ. Artemona qui plerophoretos appellatus est hic confirmasse hanc scientiam iudicatur & Torreuticen sic erudisse ut Phidias aperuisse: proprium eius est ut uno crure insisterẽt signa excogitasse ea ut ait Varro & pene ad unum exemplum Mironem eleutheris natũ & ipsum ageladis discipulũ buccula maxime nobilitauit celebratis uersibus laudata quãdo alieno pleriq; igenio magis q̃ suo commendantur. Fecit & canẽ & discobolon & persea & priscas & satyꝫ admirantem tibias & mineruam delphicos pentathlos pancratiastas herculem etiam qui est apud circum maximum in ęde pompeii magni fecisse & Cycade monumẽtũ ac locustę carminibus suis erina significat. Fecit & Apollinem: quem a Triumuiro Antonio sublatum restituit ephesius Diuus Augustus admonitus in quiete: Priũs hic multiplicasse ueritatem uidetur numerosior in arte q̃ polycletus & in symmetria

diligentior & ipē tamē corporū tenus curiosus animi sensus non expressisse. Capillū quoq; & pubem non emendatius fecisse q̄ rudis antiquitas instituisset. Vicit eum Pythagoras ex Italia reginus pancrati hasta delphis posita. Eundem uicit & leontius cum fecit & stadia Aromon astilon qui olympię ostenditur & lybim puerū tenētem tabellas eodem loco & mala ferentem nudum. Siracusis autem claudicantem cuius ulceris dolorem sentire etiam spectantes uidentur. Item apollinem serpentemq; eius cōfici sagittis cytharedum qui dyrceus appellatus est: quoniā cū Thebę ab Alexādro caperentur aurum a fugiēte conditum sinu eius celatum esset: hic primus neruos & uenas expressit: capillumq; diligentius. Fuit & alius Pythagoras samius initio pictor cuius signa ad ędē fortūę buiusce deę. vii. nuda Vnde & laudata sunt hic supradicto facie quoq; ĩdiscreta similis fuisse traditur. Regini autem discipulus & filius sororis fuisse Sostratius lysippus Sitionum dux negat Tullius fuisse discipulum: sed primo aerarium fabrum audiendi rationem cepisse picturis Eupompi responso eum eim interrogatum quem sequeretur antecedentium demonstrata hominum multitudie dixisse naturam ipsam imitandā esse non artificē. Plurima ex omnibus signa fecit: & ut diximus foecundissimę artis. Inter quę distringentem sese quē. M. Agrippa ante thermas suas dicauit mire gratū Tyberio principi non quiuit tēperare sibi in eo: q̄q̄ imperiosus sui iter initia principatus trāstulit in cubiculū alio signo substituto. Cum quidem. p. ro. tanta contumacia fuit in theatri clamoribus ut reponi apoxuemenon flagitauerit quē princeps q̄q̄ adamatū reposuerit Nobilitatur Lysippus & temulēta tibicina & canibus ac uenatione. In primis uero quadriga cum sole rhodiorū. Fecit Alexandr magnū multis operibus a pueritia eius orsus: quā statuam inaurari iussit Nero princeps delectatus admodū Illa deide cū pretio periisset & gratia artis detractū ē aur pretiosiorq; talis existiatur etiā cicatricibus operis atq; cōscissuris in quibus aurū hęserat remanētibus Idē fecit ephestionē Alexādri magni amicū: quē qdā polycleto aseribunt. Cum is centum prope annis ante fuerit. Item Alexandri uenationē quae delphis sacrata est athenis Satyrum Turinā Alexandri in qua amicor eius imagines summa omniū similitudie expressit. Hanc Metellus macedonia subacta transtulit Romam fecit & quadrigas multor genera statuarię arti plurimū traditur contulisse capillum exprimēdo capita minora faciēda q̄ antiqui corpora graciliora siccioraque per quę proceritas signor maior uideretur. Non hab& latinū nomē symetria quam diligentissime custodit noua intacta ratione quadratas uetera staturas permutando uulgoq; dicebat ab illis factos quales essent homines a se quales uiderent esse huius proprie uident eē argutię opera custoditę ĩ minimis quoq; rebus filios & discipulos reliquit laudatos artifices laipum & bedan: sed ante omnes Euceratem: q̄q̄ is cōstantiā patris potius imitatus q̄ elegātiam austero maluit genere q̄ iocundo placere. Itaque optime expressit herculē delphis & Alexandr tespin uenatorem & thespiadū pręliū equestre simulacra stroponi ad oraculum quadrigas Medeę complures equum cum fiscinis canes uenantiū: huius porro discipulus fuit Thisicrates & ipē Sicionius: sed Lysippi sectę proprior ut uix discernāt cōplura signa sicut senex thebāus Demetrius rex peucestes Alexandri magni seruator dignus tāta gloria artifices qui compositis uoluminibus condidere hęc miris laudibus celebrāt thelephanem phoceum ignotū alias quoniam in thessalia ubi habitauerit latuerunt opera eius. Alioquin suffragiis eorum aequatur Polycleto Mironi Pythagorae laudant eius Larissam & spinarum penthatlum & Apollinem. Alii non hanc ignobilitatis fuisse causam: sed quod se regum Xerxis atq; Darii officinis dederit existimant Praxiteles quoq; maiore felicior ideo clarior fuit. Fecit tamen ex aere pulcherrima opera proserpinae raptum. Idem Catagussam & ebrietatem & liberum patrem nobilemq; una satyrum: quem graeci peribeton cognoiant: & signa etiam quę ante foelicitatis ędem fuere Veneremq; quę cum ipsa ęde incendio conflagrata est Claudii pricipatu marmoreę illis ue per tertas

inclyte patēt. Item stepussam spellum cenonoporam Harmodium Haristogitonem Tyrannicidas quos a Xerxe persarum rege captos uicta perfide athenienſibus remisit magnus Alexander fecit Apollinem & puberem surrepenti lacertę cominus sagitta insidiantem quę sauroctonon uocāt. Spectant & duo signa eius diuersos & affectus exprimentia Flentis matronae & meretricis gaudentis hanc putant phirnem fuisse deprehendūtq; in ea amorē artificis & mercedē in uultu meretricis: hab & simulacr & benignitas eius Calamidis enim quadrigę aurigam suum imposuit: ne melior in equor effigie in homine defecisse crederetur. Ipse calamis & alias quadrigas bigasq; fecit equis semper sine æmulo expressis. Sed ne uideatur in hominum effigie iferior Alcmena nullus est nobilior Alcimenes phidię discipulus & marōrea fecit & aereū pentathlon qui uocatur Enerinomenos At polycleti discipulus aristides quadrigas & bigas: & Iphicrates leena laudatur scortum haec lyrę cantu familiare Arimodio & Aristogitoni Consilia eorum de tyrannicidio usq; ad mortem excruciata & tyrannis non prodidit: quam ob rem athenienses honorem ei habere uolentes: ne tamē scortū celebrasse uideretur animal nominis eius fecere. Atq; ut intelligeretur causa honoris in opere linguam addi ab artifice uetuerunt. Briaxis Esculapium & seleucum fecit. Bedas adorantem. Baton Apollinem & Iunonem qui sunt romę in templo cōcordię Cresilas uulneratum deficientem in quo possit intelligi quantū restat aię & olympiū per idem dignum cognomine. Miq; in hac arte est quod nobiles uiros nobiliores fecit. Cephysidorus mineruam mirabilem in portu athenienſium & aram ad tēplum Iouis seruatoris in eodem portu cui pauca comparantur. Canacus Apollinem nudū qui philesius cognominatur in didimeo egmectico aere temperatum Ceruumq; una ita uestigiis suspendit ut linum subter pedes trabatur alterno morsu calce digitisq; retinentibus solum ita uertebrato dente utriusque in partibus & a repulsu per uices resiliat. Idem & Zeletizōtas pueros fecit: chereas Alexādr magnū & philippū prēm eius fecit Desilas dorophorō & amazonem uulneratam. Demetrius lisimachen quę sacerdos. lxiiii. mineruę fuit ānis. Idem & mineruam quę musuca appellatur: quoniā dracones in gorgone eius ad ictus cytharae tinnitu resonāt Idem equitem Serinonē qui primus de equitatu scripsit. Dedalus & ipse inter fictores laudatus pueros suos destringentes se fecit. Dynomenes prothesylaū & phytodemū luctatorē eufranoris Alexander paris est in quo laudatur quod omnia simul intelligātur Iudex dearum amator helenę: & tamen Achillis interfector: huius est Minerua romę quae dicitur Catuliana infra capitolium a. Q. lutatio Catullo dicata & simulacrum boni euentus dextera pateram ac sinistra spicam ac papauer tenens. Item latona puerpera apollinē & dianā infantes sustinens in ęde cōcordię fecit & quadrigas bigasq; & eliticū eximia forma & uirtutem egregiam utrasq; colostreas mulierem admirantem & adorantem Item Alexandrum & Phylippum in quadrigis euthites eurotam fecit in qua artem ipām ne liqdiorē plurimi dixere Eigię minerua pyrrhusq; rex laudatur & celetizōtes pueri & castor & pollux ante aedem Iouis tonantis agesiae in pario colonia hercules Isidori Butires linus mirronis discipulus fuit qui fecit dignum pręceptore puerum sufflantem languidos ignes & argonautas leocris Aquilam sentientem quid rapiat in ganimedem & cui fuerat parentemq; unguibus etiam per uestem puerū autolicū pancratio uictorem propter quem Xenophon symposium scripsit. Iouemq; illum tonantem in Capitolio ante cuncta laudabilem. Item apollinem dyadematū lucistus langonem puerum subdole ac futate uernilitaris lucius & ipse puerum suffitorem Menecini uitulus genu prēmitur replicata ceruice. Ipēq; menechinus scripsit de sua arte Naucides mercurio & discobolo & imolātem arietem censet naucerus luctatorē anhelantem fecit Niceratus esculapium & hygma: quę sunt in concordię tēplo romę pyrrhomathi quadriga ab alcibiade regitur. Polyches hermaphroditum nobilē fecit. Pyrrhus hygiam & mieruā: phoenis lysippi discipulus ephydrhysam Stipax cyprius

imo celebratur signo Splachnor eperidis olympii uernula hic fuit exta torrens igne oris pleni spiritu accedens Salomon apollodorum fudit fictorem & ipsum: sed inter cunctos diligentissimum artis & inimicũ sui iudicem crebro perfecta signa frãgentẽ Dum satiari cupiditate artis non quit ideoq; ĩsanum cognoiatum hoc in eo expressit nec hominem ex aere fecit: sed iracundiam & Achillẽ nobilẽ. Item epistatẽ exercẽtem athletas strongilon amazonẽ quam ab excellentia cruz euenemon appellant. Ob id in comitatu. Neronis principis circumlatam: Item fecit puerz quem amando brutus philippensis cognomĩe suo illustrauit. Theodorus qui laberintium fecit sami ipse se ex ere fudit prẽter similitudinẽ fama magna subtilitate celebratus. Dextra limã tenuit translatam prẽneste tantae paruitatis ut totam eam currũq; & aurigam integer& alis siũl facta musca xenocrates Tisicratis discipulus ut alia cruticatis uicit utrosq; copia signorz & de sua arte composuit uolumina plures artifices fecere attali ut eumenis aduersus gallos prẽmia. Ligonus pyromachus stratonicus antigonus qui uolumĩa condidit de sua arte boeti. q̃q̃ argento melior ĩsans eximie anserem strangulat: Atq; ex omnibus quẽ rettulit clarissima quẽq; iam sunt dicata in urbe a uespasiano prĩcipe in templo pacis aliisq; eius operibus uiolentis neronis in urbe conuecta & ĩ sellariis domus aureẽ disposita. prẽterea sunt ẽqualitate celebrati artifices sed nullis operz suorz precipui ariston qui & argentũ cẽlare solitus est Callides ethesias cantarus sitionius Dionysiodorus critiae discipulus Deliades euforion eunicus & ecatheus argenti cẽlatores lestoles prodorus pythodicus polignonis. Idem pictores nobilissimi. Item ex cẽlatoribus Stratonicus Scyminus Critiae discipulus.

SVnc percẽsebo eos qui eiusdẽ generis opera fecerũt ut apollodorus ãdrobolus Asclepiodorus aleuuas phylosophus Appellas & adorantes foeminas Antignotus perloximenum tyrannicidasq; supradictos Aristodanus luctatores gigasq; cũ auriga phylopofanus Seleucum regem bab& in gratiam suam: huius quoq; Dorophorus Cephisodoti duo fuere priores & mercurius liberum patrem infantia nutriens fecit & concionantẽ manu elata persona ĩ incerto est. Sequens phylosophus fecit colithes qui cum phydia Iouẽ olympium fecerat phylosophus. Item cleon & ceucranus & gallides & cephis calcostenes & cumeodos & athletas dyaipus parlayomenõ daypon & damocritus & demõ phylosophus epignos omnia fere prẽdicta imitatus prẽcessit in tibicine & matri interfectae infantem miserabiliter blandientem eubolidis digitis computans Micon athletis spectatur Menogenes quadrigis: nec minus Niceratus omnia quẽ cẽteri aggressus representauit alcibiadẽ lampadamque accẽsam Eiusdem araten sacrificantem Tisicratis bigam pistor mulierem imposuit. Idemq; fecit martẽ & mercurium qui sunt in concordiẽ templo Romẽ Perillum nemo laudat Sẽuiorẽ phalaride tyrãno cui taurum fecit mugitus homis pollicitus igni subdito ẽ primus expertus cruciatum eum iustiore sẽuitia. In hoc a simulacris deum hominumque qui deuocauerant humanissimam artem. Ideo tot conditores eius laborauerant ut ex ea tormenta fierent. Itaque una de causa seruantur opera eius ut quisquis illa uiderit odiat manus Stennis Cererem Iouem mineruam fecit qui sunt Romẽ in concordiẽ templo. Idem flentes matronas & adorantes sacrificantes. Simon Canẽ & sagittariũ fecit Stratonicus cẽlator ille phylosophus uterq; athletas aũt & armatos & uenatores sacrificantesque Batbon Eucbir Glaucides Heliodorus Hicanus Lephon Lyson leon monodorus miageus Polycrates Polosidus Pyrocritus Protbegenes. Idemque pictura clarissimi ut dicemus patrocles pollis possidonius qui & Argentum cẽlauit nobiliter natione ephesius periclenus phylonsimenus Thimotheus Theomnestus Thimarchides Thimon Tisias Trason.

EX omnibus autem maxime cognoſe inſignis eſt Callimachus ſemp calũniator ſui nec finẽ habentis Diligẽtia ob id Cacotbexitechnus appellatus meõrabilis exemplo adhibendi curę modum: huius ſunt ſaltantes lacenę emendatum opus: ſed in quo gratiam omnem diligentia abſtulerit hunc quidem & pictorem fuiſſe tradũt non ęre captus: nec arte una tantum Zenonis ſtatuã Cypria expeditione nõ uẽdidit Cato: Sed quia phyloſophi erat ut obiter hoc quoq; noſcatur tam inane exemplum ĩ mentione ſtatuarum eſt & una non prętereunda qnanq̃ auctores incerti iuxta roſtra Herculis tunicati ſolo habitu Romę torua facie ſentientiq; ſuprema tunica. In hac tres ſunt tituli. Vnus qui. L. Luculli Imperatoris de manubiis qui Publium luculli filium ex ſenatuſconſulto dicaſſe Tertius Titium ſeptimum Sabinum aedilẽ curulẽ ex priuato in Publium reſtituiſſe tot certaminũ tantęq; dignationis ſimulacr̃ id fuit.

NVnc reuertemur ad differẽtias ęris & mixturas In cyprio coroãriũ ẽ & regulare utrunq; ductile. Coronarium extenuatur in laminas taurorumq; felle tinctum ſpẽm auri in coronis hyſtrionum praeb& Idemque in untias additis auri ſcrupulis ſenis prętenui piropi bractea igneſcit. Regulare & in aliis fit metallis. Itemque caldarium differentiaq; caldarium funditur tantum malleis fragile. quibus regulare obſequitur Ab aliis ductile appellatum quale omne cyprium eſt. Sed & in cęteris metallis cura diſtat a caldario. Omne enim purgatis diligentius igni uitiis excoctiſq; regulare eſt. In reliquis generibus palma campano ſimile in multis partibus Italiae prouinciiſq; Sed octonas plumbi libras addunt & bene recoquunt propter inopiam ligni quantũ ea res differentię afferat. In gallia maxime ſentitur. Ibi inter lapides cãdefacto fundit̃ Exurente enim coctura nigrum atq; fragile cõficitur. Praeterea ſemel recoquũt quod ſępius feciſſe bonitati plurimum confert id quod notaſſe non ab re eſt.

AEs omne frigore magno melius funditur ſequens ſtatuaria tẽperat̃: eſt cadẽq; Tabularius hoc modo maſſa profluatur in primis mox in proflatum additur. Tertia portio ęris collectanei: hoc eſt ex uſu coempti: peculiareq; in eo condimẽtum attritu domiti & conſuetudine nitoris ueluti manſuefacti miſcentur & plurima argentarii pondo duodena: ac ſex librę centenis proflati. Appellat̃ etiã nũc & formalis tẽpatura ęris tenerrimi: quoniam nigri plumbi. x. portio additur & argentarii. xx. maximeq; ita colorem bibit: quem grecanicon uocant. Nouiſſima eſt quae uocatur ollaria uaſe nomen hoc dante ternis aut quaternis libris plũbi argentarii in centenas ęris additis Cyprio ſi addatur plumbum colos purpurae fit in ſtatuarium praetextis ęra exterſa rubiginem celerius tradunt ſentire: quam neglecta niſi oleo perungantur ſeruari ea optime in liquida pice tradunt. Vſus ęris ad perpetuitatem monumẽto; iãpridem tranſlatus eſt tabulis ęreis in quibus publicę conſtitutiones inciduntur.

METalla aeris multis modis inſtruunt medicinam utpote cum ulcera omnia ibi ociſſime ſanantur: maxime tamen prodeſt Cadinia. Fit ſine dubio hęc & in Argenti fornacibus candidior ac minus ponderoſa: ſed nequaq̃ comparanda ęraris. Plura aũt genera ſunt: nanq; ut ipſe lapis ex quo fit ęs cadinia uocat̃ fuſuris neceſſarius iutilis medicinę ſic rurſus in fornacibus exiſtit. aliamq; nominis ſui originem recipit. Fit autem egeſta Flamis atque flatu tenuiſſima parte materiae & Cameris lateribus ue fornacium pro quantitate leuitatis applicata tenuiſſima ẽ in ipõ fornacium ore qua flama eructat̃ appellata capnitis exuſta & nimia leuitate ſimilis fauillę Interior optia Cameris dependens & ab eo argumento botrioĩs cognoĩata ponderoſior hoc priore

leuior ſecuturis. Duo eius colores. Deterior cinereus puniceus melior friabilis oculorumq; medicamentis utiliſſima. Tertia eſt in lateribus fornacium quę propter grauitatē ad cameras peruenire non potuit. hęc dicit placitis & in ipſa ab argumēto cruſta ueriuſ q̃ pumex intus uaras ad pſoras utilior ad cicatrices trabendas fluūt ex ea duo alia genera omchitis extra pene cerulea intus onicis maculis ſimul oſtracitis tota nigra & cęterarum ſordidiſſima uulneribus maxime utilis. Omnis autem cadiea in Cypri fornacibus optima. Iterum a medicis coquitur carbone puro atque ubi in Cinerem redigitur extinguitur uino amineo quae ad emplaſtra praeparatur. Quae uero ad pſoras aceto. Quidam mollis fictilibus tuſam urunt & lauant in mortariis: poſtea ſiccant Nymphodorus lapidem ipſūm quem grauiſſimum ſpiſſimumq; urit pruna exuſtum cbio uino reſtinguit tunditq; mox linteo cribrat: atque in mortario terit. Mox aqua pluuia macerat Iterumque terit: quod ſubſedit donec ceruſae ſimile fiat nulla dētium offenſa eadē lolii actio. Sed q̃ puriſſimum lapidem eligit cadiniae effectus ſiccare ſanare ſiſtere fluitiones pterigia & ſordes oculorum purgare ſcabritiē extenuare. & quicquid in plumbi effectu dicemus & aes ipſum ad omnia eadē urit praeterquam albugines oculorum & cicatrices. Vlcera quoque oculorum cum lacte ſanat. Itemq; Aegyptii collyrii modo terunt in coticulis. Facit & uomitiones e melle ſumptum. Vritur autem Cyprium in fictilibus crudis cum ſulphuris pari pondere uaſe circumlito ſpiramento in caminis donec uaſa ipſa pcoquantur. Quidam & ſalē addunt. Aliqui alumen pro ſulphure: alii nihil: ſed aceto tantum perfundunt. Vſtū teritur mortario thebaico aqua pluuia lauatur. Iterumque adiecta largiore teritur: & dum conſidat relinquitur hoc ſępius donec ad ſpetiē minimi redeat. Tunc ſiccatum in ſole in aerea pixide ſeruatur.

ET ſcoria ęris ſimili modo lauatur minor effectus q̃ aes ipſum. Sed & aeris flos medicinae utilis eſt. Fit aere fuſo & in aliam fornacem tranſlato. Ibi flatu crebriore excutiuntur uelut milii ſquamę quas uocant lepidas. Cadunt autem cum panes ęris aqua refrigeratur rubentque ſimiliter ſquama ęris: quā uocant lepida & ſic adulterat flos ut ſquama ueniat decuſſa in clauis. In quos panes ęrei ferruminantur. In Cypri maxie officinis omnia differentia hęc eſt q̃ ſquama excutitur ictibus ideſt paribus Flos cadit ſponte. Squamae eſt alterum genus ſubtilius ex ſumma ideſt lanugine decuſſum: quod uocant ſtomonia. Atque haec omnia medici quod pace eorū dixiſſe liceat ignorant pars maior a nominibus in tantum conficiendis his medicaminibus abſunt: quod proprium eſſe medicinae ſolebat. Nunc quotiens incidere in libellos componere ex his uolentes aliqua: hoc eſt impēdio miſerorum experiri commētaria credunt ſeplaſie omnia fraudibus corrumpētia. Iam quidē facta emplaſtra & collyria mercātur Tabeſque mercium aut fraus ſeplaſie Sic exteritur & ſquama autem & flos uruntur in patinis fictilibus aut aereis: deinde lauantur ut ſupra ad eoſdem uſus & amplius narium carnoſa uitia. Itemque ſedis & grauitatis aurium per fiſtulam ī eas flatu impulſo uuas oris. Farina admota tollit & tonſillas cum melle. Fit ex candido ęre ſquama longe cypria inefficacior. Necnon Vrina pueri prius macerant Clauos paneſq;. Quidam excuſſam ſquamā terūt & aqua pluuiali lauant. Dant & hydropicis duabus dracmis in hemina mulſi & illiniunt cum polline.

ERuginis quoq; magnus uſus: ſed pluribus fit ea modis. Nāq; & lapidi ex quo coquitur ęs deraditur ex ęre candido perforato atq; in cadis ſuper acetum acre ſuſpēſo ęreo obturatum operculo multo probatiore q̃ ſi hoc idem ſquamis fiat. Quidā uaſa ipſa candidi ęris fictilibus condunt in aceto raduntque. x. die. Alii uinaceis cōtegunt

totidemque post dies tradunt. Alii delimatam ęris scobem aceto spargunt uersantq; spatis sępius die donec absumatur. Eandemque scobem. Alii terere in mortariis ęreis ex aceto malunt. Ocissime uero contingit Coriariorum recisamentis in acetũ additis Adulterant marmore trito maxie rhodii: aut erugĩe mali punici: aut gũmi. Pręcipue autem fallit atramento sutorio adulterata. Cętera enim dente deprębendunt̃ stridẽtia infrendendo: Experimentum in batillo ferreo. Nam quae sincera sunt suum colorẽ retinent. Quae mixta atramento rubescunt. Deprachenditur & papyro Galla prius macerato. Nigrescit enim statim erugini illita. Deprębenditur & usu maligne uires sed siue sinceram: siue adulteram aptissimũ est eius siccata patina noua uri & uersari donec fiuilla fiat: postea teritur & reconditur. Aliqui in crudis fictilibus urũt donec figulum percoquatur. Nonnulli & tus masculum admiscent. Lauatur erugo sicut cadinia. Vis eius collyriis oculorum aptissima & delachrymationibus mordendo proficiens. Sed ablui necessarium penicillis calidis donec rodere desinat hieratium uocatur collyrium: quod ita maxime constat. Temperatur id ammoniaci unciis. iiii. Eruginis Cypriae duabus atramenti sutorii: quod calcantum uocãt totidem mysiois una Croci sex & haec omnia trita aceto thasio colligunt̃ in pillulas excellẽtis remedii contra glaucomatum uitia & suffusionum contra caligines & albugĩes & genarum uitia. Cruda autem erugo contra uulnera: bis enim emplastris miscetur. Oris etiam gingiuarumque exulcerationem mirifice emendat & labiorũ ulcera cum oleo: quod si Cera addatur purgat & ad cicatricem perducit. Erugo & callum fistularum erodit: uitiorumque circa sedem siue per se: siue cum ammoniaco illita: uel collyrii modo i fistulas adacta. Eadem cum resinę: therebynthinę tertia parte subacta lepras tollit.

Est & alterum genus eruginis quã uocant scoleam in cyprio ęre hoc trito aluĩne & sale aut uitro pari pondere cum aceto albo q̃acerrimo. Non fit hoc nisi aestuossis diebus circa canis ortum. Teritur autem donec fiat uiride contrahatq; se uermiculorũ specie. Vnde & nomen. Quod uitium ut emendetur duę partes q̃ fuere aceti miscẽt̃ urina pueri impuberis. Idem autem in medicamentis in sanctrina effecit quã dixiũs aurum ferruminari usus utriusque qui erugis scolea fit & per se rasa ab ęrario lapide de quo nunc dicemus calchitim uocant lapidem ex quo & ipũm ęs coquit̃. Distatq; a Cadinia quod illa super terram ex subdialibus ex petris ceditur: haec ex obrutis. Idẽ quo calchitis fiat se statim mollis natura ut uideatur lanugo concreta.

Est & alia distinctio quod calchitis tria genera contin& ęris & mysios & sorcos de quibus singulis suis dicemus locis: hab& autem aeris uenas oblongas probatur Melleo coloris gracili uenarum discursu friabilis & lapidosus. Putant & recentem utiliorem esse quoniam inueterata spissior fiat. Vis eius ad excrescẽtia in ulceribus Sanguinem sistere: gingiuas: uuam: tonsillas farina cõpescere uuluę uitiis in uellere impoi cũ succo uero porri & uerendorũ addit̃ emplastris. Maceratur autem in fictili ex aceto circumlito fimo diebus quadraginta & colorem Croci trahit. Tunc admixto Cadiniae pari pondere Medicamentum efficit sorcum dictum. Quod si duas ptes calchitidis tertiae cadmiae tempent̃ acrius hoc idẽ fi&. Acrius etiã nunc uehemẽtius factum si aceto q̃ uino temperetur. Tosta uero efficacior fit ad eadem omnia.

Sorium aegyptium maxime laudatur multum superato cyprio hispaniẽsique & aphryco: quanq̃ oculorum quoque curationi quidam utilius cyprium putent. Sed in quacunque natione optimum: cui maximũ uirus olfatu trituq; piguiter nigrescẽs

et ſpongioſum. ſtomacho res cõtraria in tãtum ut quibuſdã olfatu modo uomitiões moueat: & Aegyptum quidem tale alterius natione contritum ſplendeſcit.

ETmyſi & eſt lapidoſius: prodeſt autem & dentium dolori ſi contineatur atq; colluatur & oris ulceribus grauius quaeque ſerpunt. Vritur carbonibus & calcbitis Myſi aliqui tradiderunt fieri exuſto lapide in ſcrobibus flore eius luteo miſcenti ſe ligni pineae fauillae. Re uera autem e ſupradicto fit lapide cõcretũ natura diſcretũq; ut optimum in cypriorum officinis cuius notae fiunt aureae ſcyntillae & cum terat̃ harenoſa natura ſiue terra calcbitidi. Similis haec autem miſcent qui aurum purgãt Vtilitas autem eius infuſi cum roſaceo auribus purulentis & lana impoſita capitis ulceribus extenuat & etiam ſcabritias oculorum inueteratas: praecipue utile tõſillis & contra anginas & ſuppurata. Ratio ut ſexdecim dracmę in hemina aceti coquant̃ addito melle donec lenteſcat. Sic & ad ſupradicta utile eſt quotiens opus ſit molliri uim eius mel aſpargatur. Erodit & callum fiſtulaꝝ ex aceto fotum & collyriis addit̃ Abſumit & excreſcentes carnes peculiariter Virilitatis uitiis utile & foeminarum profluuium ſiſtit.

GRaeci cognationem aeris fecerunt nomine & atramento ſutorio. Appellant enim calcanthũ. Nec ullius aeque mira natura eſt. Fit & in biſpanię puteis ſtagnis ue habentibus id genus aquae. Decoquit̃ ea admixta dulci pari menſura & in piſcias ligneas funditur immobilibus ſuper has tranſtris pendẽtibus reſtes lapillis extent & quibus adhaereſcens limus uitreis acinis imaginẽ quandam uuę reddit. Exemptũ ita ſiccatur diebus triginta. Color eſt ceruleus perq̃ ſpectabili nitore. Vitrumque eſſe creditur diluendo. Fit & atramentum tingendis coriis. Fit & pluribus modis genere terrae eo in ſcrobe cauato: quoꝝ e lateribus diſtillantes hyberno gelu ſtirias ſtalagmia uocant. Neque eſt purius aliud ſi ex eo candidum colorem ſentiẽtem uiola leucotõ appellant. Fit & in ſaxorum catinis pluuia aqua corriuato limo gelante. Fit & ſalis modo flagrantiſſimo ſole admiſſas dulces aquas cogẽte. Ideo duplici quidẽ differẽtia foſſile aut factitium appellant hoc pallidius Et quantum Colore tantum bonitate deterius. Probant maxime Cyprium in medicinę uſum ſumitur ad depellẽda uẽtris animalia dracmae pondere cum melle purgant & caput dilutum ac naribus iſtillatũ Item ſtomachum cum melle aut in aqua mulſa ſumptum. Medetur & oculorum Scabritiei dolori ue & caligini & Oris ulceribus. Siſtit & ſanguinem narium. Item hemoroidum. Extrahit oſſa fracta cum Semine Iuſquiami. Suſpendit Epiphoras pennicillo fronti impoſitum efficax & in emplaſtris ad purgãda ulcera & excreſcẽtia ulcerum. Tollit & uuas uel ſi decocto tangantur cum lini quoque ſemine ſuppoſitur emplaſtris ad dolores tollendos quod ex eo candicat in eo uſu praefertur uiolaceis ſi grauitati aurium per fiſtulas inſpiretur Vulnera & per ſe illitum ſanat: ſed tingit Cicatrices. Nuper inuentum urſorum in harena & leonum Ora aſpargere illo: tãtaq; uis aſtringendi ut non queat mordere.

ETiam in aerariis reperiuntur quae uocant pompholigen & ſpodion. Differẽtia quod pompholix lotura aſperatur. Spodion ſi lota eſt Aliqui quod ſit Candidum leuiſſimumque Pompholigen dixere & eſſe ęris ac cadmię fauillã ſpondio nigriorẽ quae deraſa parietibus fornacium mittit ſcyntillas aliquando e carbonibus hęc aceto odorem aeris praeſtat & ſi tangatur lingua ſaporem horridum Conuenit oculorum medicamentis. Quibuſcunque uitiis occurrerit & ad omnia quę ſpondios: hoc ſolũ

distat quod huius elatior uis est. Additur & in emplastris quibus lenis refrigeratio quaeritur & siccatio utilior ad omnia quae uino lota sunt Spondios cypria optima. Fit autem liquescētibus Cadmia & ærario lapide leuissio flatu euolatq; e fornacibus & tectis adhaerescit a fuligine distans candore quod mius candidum ex ea imaturae fornacis argumētum est: hoc quidam Pompholigen uocāt. Quod uero rubicūdius ex his inueitur acriorem uim hab&. Exulcerat adeo ut cum lauatur si oculos attīgat excaec&. Est & mellei coloris spondios: in qua plurimū ęris intelligit: sed quodcūq; genus lauando fit utilius purgatur ante penna. Dein crassior lotura Digitis scabritiē eximit. Media uis eius est quae uino lauatur. Est & aliqua in genere uini differentia Leni enim lota collyriis Oculorum nimis utilis putatur. Eademque est efficacior Vlceribus quae manant: uel oris quae madent & omnibus medicamētis quę parāt̄ bi contra gangrenas. Fit & in argenti fornacibus Spondion quem uocant lauriotim Vtilissima autem oculis confirmatur quae fit in aulariis. Nec in alia parte magis est Vitae ingenia mirari quippe ne quaerenda essent metalla uilissimis rebus utilitates eadem excogitauit.

ANtispodion uocant cinerem Fici uel caprifici uel myrti foliorū cum tenerrimis ramorum partibus uel Oleastri uel Citonii mali uel lētisci. Item ex moris imaturis idest candidis in Sole arefactis. Vel e Buxi Coma. Vel Pseudo Cypri: aut Rubi ut Therebynthi uel oenantis. Taurini quoque glutinis aut linteorum cinerē. Similiter pollere inuentū est. Vrunt̄ omnia crudo fictili in fornacibus donec figulia pcoquāt̄

IN aerariis officinis & Smegma fit iam liquato ęre ac percocto additis etiānum Carbonibus paulatimque accensis: ac repente uehemētiori flatu expuitur aeris palea quaedam solum quo excipiatur stratum esse deb& maxilli.

MArmore ſcalpendo primi omnium inclaruere dipenus & Scyllus geiti in creta inſula etiam nunc medis imperantibus prius q̃ Cyrus in perſis regnare ꝯciper&: hoc eſt Olympiade circiter. l. hi Sytionē ſe cōtulere: quę diu fuit officinarum omniū metallū patria. Deorum ſimulacra publice locauerunt ſytioni: quę priuſq̃ abſoluerēt artifices iniuriam queſti abierunt in aetholos. Protinus ſytionios fames inuaſit ac ſterilitas moerorq; dirus Remediū petētibus Apollo Pithius Reſpōdit ſi dipenus & Sylus deorum ſimulacra perfeciſſent: quod magis mercedibus obſequiiſq; impetratum eſt. Fuere aūt ſimulacra ea apollis dianę herculis mineruę: quod e cęlo poſtea tactū eſt.

CVm hi eſſent iam fuerat ī chio īſula Malas ſcalptor: dein filius eius mictiades ac deīde nepos archemos: cuius filii butalis & anthemus clariſſimi in ea ſciētia fuere buconati poetae aetate: quē certū eſt. lx. Olympiade fuiſſe. Q; ſi quis horū familias retro agat ad proauum uſque īueni& artis eius origiem cum olympiadum origine cepiſſe hyponacti notabilis fęditas uultus erat: quāobrē imagiem eius laſciuia iocor hi propoſuere ridētiū circulis: quo hyponax īdignatus amaritudīe carminū deſtruxit eos in tātum ut credatur aliquos eor ad laqueos cōpuliſſe: quod falſum eſt. Cōplura eīm ſimulacra in finitimis inſulis poſtea fecere: ſicut in delo: qbus ſubiecerūt carmē non cōuitiis tātum cēſeri chion: ſed & operibus archenii filiorum. Oſtēdunt & Iaſii dianam maibus eorum factam In ipſo chio narrata eſt operis eorum dianę facies in ſublimi poſita. Cuius uultum intrātes triſtem: abeūtes hylaratum putāt. Romę eor ſigna ſunt in palatina ędē apollis in faſtigio & oibus fere quę fecit diuus Auguſtus Patris quoq; eorum deli fuere opera & in libedo Inſula dipem quidē ābrachia argos cleone operibus refertę fuerūt. Omnes autē tātum cādido marmore uſi ſunt e paro inſula: quē lapidē cępere litbnicem appellare: quoīam ad lucernas in cuiculis cederet ut auctor eſt Varro multis poſtea cādidioribus repertis nuper etiam in lunenſium lapidicis: ſed in partborum mirabile proditur gleba lapidis unius cuneis diuidētiū ſoluta imaginem Sileni intus exutiſſe.

NOn omittendum hanc artem tanto uetuſtiorem fuiſſe q̃ picturam ac ſtatuariā quarum utraq; cum phydia coepit. lxxxiii. Olympiade poſt ānos circiter. cccxxxii. & ipſum Phydiam tradūt ſcalpſiſſe marmora Venerēque eius eſſe Romę in Octauiae operibus eximię pulchritudis Alchamanem atheīenſem quod certum eſt docuit in primis nobilē: cuius opera ſunt atheis cōplura in ędibus ſacris Pręclaraque Veneris extra muros: quę appellatur aphodite eucepues: huic ſummam manū ipſe phydias impoſuiſſe dicitur ipſius diſcipulus fuit Agoracritus parius & ętate gratus. Itaque e ſuis operibus pleriq; nomini eius donaſſe fertur. Certauere autem īter ſe ābo diſcipuli uenere facīēda uicti uſq; alcamenes non opere: ſed ciuitatis ſuffragiis cōtra pegrinū ſuo fauentis. Quare Agoracritus ea lege ſignum ſuum uēdidiſſe traditur ne Atheis eſſ& & appellaſſe nemeſim. Id poſitum eſt rhanunte pago atticae: quod. M. Varro omnibus ſignis pręttulit. Eſt & in matris magnę delubro eadem ciuitate Agoracriti opus phydiam clariſſimum eſſe per omnes gentes quę Iouis Olympii famā ītelligūt nemo dubitat. Sed ut merito laudari ſciant etiā qui opera eius nō uiderūt ꝓferemus argumenta parua & ingenii tantū. Neq; ad hoc Iouis Olympii pulchritudīe utemur non Minerue athenis factę amplitudine cum ſit ea cubitorum. xxvi. Ebore haec & Auro conſtat. Sed in ſcuto eius in quo amazonum pręlia celauit intumeſcente ābitu

parmae eiusdem concaua parte deorum & gigantum dimicationem. In soleis uero laphitaꝝ & cẽtauroꝝ adeo momẽta oĩs artis illi fuere. In basi autem quod celatum est pãdoras genesim appellauit. Ibi dii sunt. xx. numero noscentes victoria mirabili & pręcipuo pretio. Miramur & serpentem & sub ipsa cuspide aereã spingẽ. Hacc lic& sint obiter dicta de artifice nũq̃ satis laudato simul ut noscatur illã magnificẽtiã ęq̃lẽ fuisse & in paruis.

PRaxitelis ętatem inter statuatios diximus. Cui marmoris gloria superauit etiã sem&. Opera eius sunt Atheis in Ceramico. Sed ante oĩa & nõ solũ Praxiteles Veꝝ & in toto orbe terraꝝ Venus: quã ut uiderẽt multi nauigauerũt Gnidum duas fecerat simulq; uẽdebat. Alterã uelata spetie quã ob id pręturerũt: quoꝝ conditio erat Cum etiã eodẽ pretio detulisset& seueꝝ id ac pudicũ arbitrãtes Reliquã gnidii emeꝝt Immẽsa differẽtia famę: uoluit etiã postea a gnidiis mercari Rex Nicomedes totũ ęs ciuitatis alienũ: quod erat ĩgẽs dissolutuꝝ repromittẽs oĩa ppeti maluere: nec ĩmerito Illo eĩm signo Praxiteles nobilitauerat gnidũ. Aedicula eius tota aperitur ut cõspici possit undiq; effigies deae fauẽte ipsa ut creditur facta. Nec minor ex quacũq; parte admiratio est. Ferũt amore captũ quẽdam cum detulisset& noctu simulacro cobaesisse eiusq; cupiditatis indicẽ esse maculã. Sunt in gnido & alia signa marmorea illustriũ artificum Liber pater Briaxidis & alter scope & Minerua nec maius aliud Veneris Praxitelis est specimẽ q̃ quod iter hęc sola memoratur. Eiusdẽ est cupido obiectus a Cicerone Verri ille propter quẽ res pię uisebantur nunc in Octauię scholis positus. Eiusdem & aliter nudus in pario Coloĩa propõtidis par ueneri gnide nobilitate & iniuria. Adamauit eĩm Alcbedas rhodius atq; in eo quoq; simile amoris uestigium reliquit. Romę Praxitelis opera sunt Flora triptolemus Ceres in ortis seruilianis ac boni euentus & bone fortunę simulacra in Capitolio. Item menadas & quas tiladas uocãt & carfatidas & silenus in asinii pollioĩs monumẽtis & apollo & Neptunnus Praxitelis filius cephisode & artis hęres fuit. Cuius laudatum est pergami simplega nobile digitis corpori neruis q̃ marmori impręssis Romę eius opera sunt. Latona in palatii delubro. Venus in asinii pollioĩs monumẽtis & ĩtra octauię porticus ĩ iunoĩs aede Esculapius ac diana.

SCope laus cum his certantis fecit uenerẽ & phętontẽ qui Samotrace sanctissis cerimoniis colũtur. Itẽ Apollinẽ palatinũ Vestam sedẽtem laudatã in seruiliaĩs ortis duasque camiteras circa eam: quorum pares in asinii monumentis sunt: ubi & Canephoros eiusdẽ. Sed maxima ĩdignatioẽ delubro. CN. Domitii in circo Flamio Neptunnus ipse & Thetis atque Achilles Nereydis supra delphinos & cete in ipso campo sedẽtes. Item tritoẽs choruſq; phorci & pistrices. Alia marina eiusdem omnia magnũ pręclaꝝ opus etiam si totius uitę fuisset&. Nunc uero pręter supradicta quaeq; noscimus. Mars etiã nũc est sedẽs colosseus eiusdẽ in tẽplo Bruti calaicia apud Circũ eundẽ. Pręterea uenus in eodẽ loco nuda praxitelã illã ãtecedẽs & quęcunq; aliũ locũ nobilitat̃. Romę quidẽ magnitudo opeꝝ etiã oblitterata magnis officioꝝ negotioꝝ aceruis omissa cõtemplatioẽ tali abducũt: quoĩam ociosoꝝ & in magno loci silentio talis admiratio est: qua de causa ignorat̃ artifex eius quoq; ueneris: quã Vespasianus Imperator in operibus pacis suę dicauit ãtiquoꝝ dignã famã par hęsitatio est ĩ tẽplo apollinis sosiam in Iebe liberis moriẽtes Scopas an Praxiteles fecerit. Itẽ Ianus pater ĩ suo tẽplo dicatus ab Augusto ex ęgypto aduectus utrius maũs sit iã quidẽ & Auro occulratur. Similiter in curia Octauię quęritur de cupidie fulmẽ tenẽte. Id demum affirmatur Alcibiadem esse principem forma in ea ętate. Multi in eadem schola sine auctoribus placẽt Satyri. iiii. ex quibus unum liberum patrem palla uelatum hũeris pręfertur. Alter liberum similiter Tertius ploratũ infantis cohib& Quartus Cratere alterius sitim sedat: duęq; aurę uelificantes sua uestẽ. Nec minor quęstio est in septis olympum & penachironem cum Achille quę fecerint pręsertĩ cũ capitali satisdatione

fama iudic& dignos.

SCopas habuit ęmulos eadem aetate Briaxim & Thimoteum & Leocharem: de quibus simul dicēdum est: quoniā pariter celauere mausoleū hoc est sepulchrū ab uxore Artemisia factū mausoleo Carię regulo qui obiit Olympiadis cētesimę āno secūdo. Opus idē inter. vii. miracula quod hi maxīe artifices fecere pat& ab austro & septētrione: sexagenos ternos pedes breuius a frontibus toto circuitu pedes. cccc. xi. attollitur in altitudīe. xxv. cubitis cīgitur colūnis. xxxvi. pteron uocauere circuitum. Ab oriēte celauit Scopas: a septētrioē Briax: a meridie Thimoteus: ab occaū lochares Priusq; q̄ peragerēt regīa Artemisia quę mariti memoria id opus extrui iusserat obiit Non tamē recesserūt nisi absoluto iam id glorię ipsoꝝ artisq; monumētum iudicātes hodieq; certāt manus: accessit & quitus artifex. Nanq; supra pteron piraīdis altitudī ęquauit īferiorē. xxiiii. gradibus in metę cacumē se cōtrahēs. In summo est quadriga marmorea: quā fecit phitis: hęc adiecta. c. pedū altitudīe totū opus includit.

THimotei manu diana Romę est in palatio apollinis delubro: cui signo caput repōsuit Aulamus Euander in magna admiratioē est & hercules mēstrati & eucate ephesi in tēplo dianę post ędem in cuius contemplationem admonēt editui parcere oculis tāta marmoris radiacio est. Nō postferūtur & charites in propileo athēiensiū quas Socrates fecit: alius ille q̄ pictor idē ut quidā alii putāt. Nam miroīs illius qui in aere laudatur anus ebria est Zmyrne in primis īclyta Pollio Asinius ut fuit acris uehemētię: sic quoq; spectari monumenta sua uoluit. In his sunt centauri nymphas gerētes archesite thespiades cleomeis oceanus & Iupiter Entochiermerotes tauri sol non celatoris illius: sed trallianī Iupiter hospitalis.

PApli Praxitelis discipuli Zetus & Amphion & dyrce & taurus uinculumq; ex eodē lapide a rhodo aduecta opera apollis & taurisci parētum hi certamē de se fecere menecratem uideri professi: sed esse naturalē archemidorum. Eodē loco liber pater euthycratis laudatur. Ad Octauię uero porticū apollo philisti rhodiodi ī delubro suo Item latona & diana & musę. ix. & alter apollo nudus eū qui cytharā in eodē templo ten& Thimarchides fecit. Intra octauię uero porticus in ęde Iunonis ipsam deam Dionysius & Pollides aliam uenerem eodē loco phylisceus. Caetera signa Prasiteles marchidis filius Iouē qui est in ęde proxia Fecerūt pana & olympū luctātes. Eodem loco Eliodorus: quod est alterū in terris Simplegma nobilē Venerem lauātem sese. Dedalū astātem: policarmus ex honore appar& in magna auctoritate habitū Lysiae opus quod in palatio super arcū. Diuus Augustus honori Octauii patris sui dicauit in ędicula columnis adornata. Idē quadriga curtusq; & apollo ac diana: ex uno lapide in ortis Sertuliaīs reperio laudatos Calamidis apollinē illius celatoris dercili spicas amphistrati Calistenem historiarum scriptorem.

HEc deinde multo plurium fama est quorundam claritati in operibus eximiis obstāte nuēro artificū: quoiam nec unus occupat gloriam: nec plures pariter nūcupari possunt sicuti in lacoonte qui est in Titi īpatoris domo opus omnibus & picturę & statuarię artis prępondēdum. Ex uno lapide eū ac liberos draconūq; mirabiles nexus de cōsilii sentētia fecere summi artifices Argeander & polydorus & Anthenodorus rhodii. Similiter palatinas domos Cęsarum repleuere probatissimis signis Craterus cum Pythero pollideuches cum Hermolao Opythodorus alius cum Archemone & singularis Aphrodysius trallianus Agrippę pantheū decorauit Diogenes atheīensis in columnis templi eius Corsatides probant̄ iter pauca operum: sicut ī fastigio sita signa: sed propter altitudinem loci minus celebrata. In honore est & in templo illo herculis ad quem poeni omnibus annis humana sacrificauerunt uictima humi stās

ante aditum porticus ad nationes ſitae fuere & Theſpiades ad aedem foelicitatis: quarum unam amauit eques Romanus Iunius piſciculus ut tradit Varro.

ADmiratur & Paſiteles qui &.v.uolumina ſcripſit nobilium operũ in toto orbe Natus hic in grẽcia Italia ora & ciuitate Romana donatus cum his oppidis Iouem fecit eboreũ in Metelli ẽde qua campus petitur accediteq; ei cum in naualibus ubi fere aphrycanę erãt per caueã intuẽs leonẽ celar& & ex alia cauea pãthẽra exper& nõ leui periculo diligẽtiſſimi artificis Feciſſe opera cõplura dicit̃ quę fecerit noiati nõ fert̃.

ARcheſilaum quoq; magnificat Varro: cuius ſe marmoream habuiſſe Lecnam: aligeroſq; ludẽtes cũ ea cupidies: quoꝝ alii religatã tenerẽt: alii cornu cogerent bibere alii calciarẽt ſoccos omnes ex uno lapide Idẽ & a Copumo quattuordeci natioẽs quae ſunt circa Pompeium factas auctor eſt.

INuenio & Canacum laudatum iter ſtatuarios feciſſe marmorea. Nec Saurum atq; bathracũ oblitterari cõueit: qui fecere tẽpla.cc.uię porticibus ĩcluſa natioẽ: & ipſi lacones quidã & opibus prępotẽtes fuiſſe eos putãt ac ſua impẽſa conſtruxiſſe feciſſe inſcriptionẽ ſperãtes qua negata hoc tamẽ alio loco uſurpaſſe. Sũt certe etiam nũc in colũnaꝝ epiſtiliis inſculpta nominũ eorum argumẽta lacerta atque rana in Iouis ẽde extitiſſe picturã cultuſq; reliquos oẽs ſocieis cõſtat. Eteni facta Iunois cũ inferentur ſigna permutaſſe geruli tradũt̃ & id religioĩ cuſtoditũ uelut ipis dis ſedẽ ita partitis Ergo in Iunonis ẽde cultus eſt: qui Iouis eſſe debebat. Sunt & in paruis marmoreis famam cõſecuti myrmicides: cuius quadrigam cum agitatore operuit alis muſca: & calicrates cuius formicarum pedes atq; alia membra peruidere non eſt.

HAec ſint dicta de marmorum ſculptoribus ſummaque claritate artificum: quo inſtructu ſubiit in mẽtem nõ fuiſſe auctoritatẽ maculoſo marmori. Fecere ethapſo cycladũ ĩſulaꝝ ęq; & eleſbio liuidius paulo hoc uerſicoloreſque maculas habẽs & in totũ marmoꝝ apparatũ Menãder diligẽtisſie luxurię iterpręs primus & raro attigit Colũnis demũ utebãtur in tẽplis: nec lętitię cauſa nondũ eim iſta itelligebantur: ſed qa firmiores aliter ſtatui nõ poterãt ſic eſt icboatũ atheis tẽplũ Iouis Olympii ex quo ſylla capitolis ẽdibus aduexerat colũnas. Fuit tamẽ iter lapidẽ atq; marmor differẽtia Iam apud Homeꝝ: dicit eim os marmoreo ſaxo peuſſum. Sed hacteũs regias quoq; domos prętere ęs auꝝ electꝝ argentum laudatiſſime tamẽ ebore adornãs primum ut arbitror uerſicoloris iſtas maculas chioꝝ lapidicię oſtẽdeꝝt cũ extruerẽt muros faceto in id.M.Ciceroĩs ſale: omnibus eim oſtẽtabãt ut magnificum. Multo ĩquit magis miꝝ eſſ& ſi tyburtio lapide feciſſetis. Et hercules fuiſſ& picturę bonos ullus nõ mõ tantũ ſine aliq̃ marmoꝝ auctoritate Secãdi in cruſtas neſcio an chartę fuerit inuentũ Antiqſſima quod equidẽ iueniã halicarnaſi domus mauſeoli pro funeſto marmore exculta eſt lateritiis parietibus. Is obiit Olympiadis.c.vi. Anno ſecũdo urbis Romę cccciī. primum romę parietes marmoris cruſta operuiſſe domus ſuę in cęlio monte Cornelius nepos tradit Mamuram formiis natũ equitẽ romanũ prępectũ fabioꝝ.C. Cęſaris in gallia. Neq; id ĩdignatio ſit tali auctore inuẽta re hinc nãq; eſt. Mamurra Catulli Veronẽſis carmibus proſciſſus: quẽ ut res eſt domus ipſius clarius q̃ catullus dixit quicquid habuiſſ& comata gallia Additq; eum primũ totis aedibus nullã niſi e marmore colũnam habuiſſe oẽs ſolidas e cariſtio atq; lunẽſi. M. Lepidus Catulli in marmore colũnam habuiſſe oẽs ſolidas e cariſtio atq; lunẽſi. M. Lepidus Catulli in cõſulatu collega primus omniũ limia ex Nũidico marmore in domo poſuit magna repraehenſione is fuit conſul anno urbis.dc.lxxvi. hoc primum inuecti Numidici

marmoris uestigium inuenio non incolumnis tantum crustisue ut supra caristiis sed in massa ac in uilissimo liminum usu: post hūc ferme quadrigennio. L. lucullus consul fuit qui nomen ut ex re appar& luculleo marmori dedit admodū deelectatus illo: primusq; romā inuexit atrū alioqui cū cętera maculis aut coloribus commēdent. Nascitur autem in milo insula solumq; pene horum marmore ab amatore nomen accepit. Inter hos primum ut arbitror marmoreos parietes habuit scena. M. Scauri non facile dixerim: secto an solidis glebis polito sicuti est hodie iouis tonantis ędes in capitolio nondū. N. secti marmoris uestigiū erat inuentū in italia. Sed quisquis primus inuenit secare luxuriaq; diuidere iportuni ingenii fuit harena hoc fit & ferro Videt enim ferri serra in praetenui linea premente harenas uersandoq; tractu ipso secante: ęthiopica ad hoc maxime probat. Nam id quoq; accessit ut ab ęthiopia usq; peteret: quot facer& marmora imo uero etiam in indos quo margaritas quoq; peti seueris moribus indignū erat: hoc proxime laudat. Mollior tamen quę ex ęthiopia illā nulla scabrities secat indica nō ęq; leuigat: sed combusta a polientibus marmora fricare iubēt. Simile & naxie uiciū est & coptidi quę uocat ęgyptia: hęc fuere antiq genera marmoribus secādis: postea repta est ars nō mius probanda ex quodā adriatici maris uado ęstu nudāte obseruatione nō facili. Iam quidē quacūque harena secare e fluuiis oībus fraus artificū ausa est: quod dispēdiū admodū pauci ītelligunt: crassior enī harena laxioribus segmētis terit & plus erodit marmoris maiusq; opus scabritie pōlituręq; reliquit ita sectę attenuātur crustę. Rursusq; thebaica polituris accomodatur & quę fit e toro lapide aut e pumice signis e marmore poliēdis gēmisq; etiā scalpēdis atq; limādis.

A Naxiū diu placuit ante alia ita uocāt Cotes in īsula Cypro genitę. Vicere postea ex Armeia iuectę. Marmoꝝ genera & colores nō attin& dicere in tanta noticia: nec facile est enūerare in tāta multitudīe quoto enī cuiq; loco suo nomē suū marōri inueitur & tamē celeberrimi generis dicta sunt in ābitu terraꝝ cū gētibus suis. Non oia aūt in lapidicīs gignūtur sed multa sub terras: prętiosissimi quidē generis sicuti lacedemoniū uiride: cūctisq; hilarius. Sic & augusteū ac deide Tyberianū in ęgypto Augusti ac Tyberii primum pricipatu reperta differētia eoꝝ ab ophite. Cum sit illud serpētinum maculis simile. Vnde & nomē accepit quod hoc maculas diuerso modo colligunt Augusteum undati crispum in uertices tyberianū sparsim cūuoluta caicie Neq; ex ophite columnę nisi paruę admodum īueniuntur. Duo eius genera molle cādidi nigricās duri dicunt ambo capitis dolores sedare adalligata & serpētiū ictus Quidā freneticis & letargicis adalligari iubēt cādicantem. Contra serpentes autem a quibusdā prēcipue ex his: quē tefriā appellāt a colore cineris uocatur & nymphites a loco gemmantis naturae: huius conuenit his quę urēda aut secāda sunt ex aceto illini obstupescit Ita corpus ut nō sentiat cruciatum. Rub& porphirites in ęgypto eadem interueniētibus cādidis pūctis leptosephos uocatur quātislib& molibus sufficiunt lapidicidę. Statuas ex eo Claudio Cęsari procurator eius in urbem ex ęgypto aduexit tres Asinius pollio nō admodum probata nouitate. Nemo postea certe imitatus est Inueit eadē ęgyptus & Syria & ęthiopia quam uocāt basaltē ferrei coloris atq; duritie Vnde & ei nomē dedit. Nunq hic maior repertus est q in tēplo pacis ab Impatore Augusto Vespasiano dicatus argumēto in. xvi. libris circa ludētibus per quos totidē cubita summi incremēti augentis se: canis eius ītelligūtur nō absimilis illi narratur in thebis delubro serapis ut putāt Memnois statua dicatus quem quottidiano solis ortu cōtactū radius crepare tradūt Onichin in Arabiae montibus: nec usq alibi nasci putauere nostri ueteres. Sed in germania potoriis uasis inde factis primū. Deinde pedibus lectorū sellisq; Nepos Cornelius tradit Magno fuisse miraculo cū Publius Lentulus spinter amphoras ex eo chiorum magnitudine cadorum ostendisset& post quinquenniū deide. xxxii. pedum longitudinis columnas uidisse: sed uariatū in hoc

lapide postea est. Nanq; pro miraculo insigni.iiii.modicas ĩ theatro suo Cornelius Balbus posuit. Nos ãpliores.xxx.uidimus in scena quam Calistus Caesaris Claudii libertorum potentissimus sibi exaedificauerat·

NVnc aliqui lapidem alabastricen uocant quẽ cauãt ad uasa unguẽtaria. Quoniã optime ea ĩcorrupta seruare dicitur. Idẽ exustus ẽplastris cõuciit. Nascitur circa thebas egyptias & damascũ Syrię: hic ęteris cãdidior. Probatissius uero in Carmaia mox in India. Iam quidẽ & in Syria Asiaq; uilissimus autem sine ullo nitore in Cappadocia Probãtur q̃maxie mellei coloris in uertice maculosi atq; non trãslucidi. Vitia in his Corneus color aut candidus aut quicquid simile uitro est. Paulum distat ab eo ad unguẽtoꝝ fidẽ uti existimãt ligdinos in taro repertos ãplitudie qua lãces crateresque nõ excedat ãtea tãtũ ex Arabia aduehi solitos cãdoris eximii Magnus & cõtraria iter se naturę duobus bonos coralitico in asia reperto mẽsurę nõ ultra bina cubita cãdore proxio ebori & similitudie quadã e diuerso niger est alabãdicus terrę suę nomie q̃q̃ & milethi nascens ad purpurã tamẽ magis aspectu declinãte: idemq; aduersum uitri liquat igni funditurq;. Thebaicus ĩtercictus aureis guttis. Inueitur in aphryce parte egypto ascriptę coticulis ad terẽda colliria q̃dã utilitate naturę alia cõuenies circa Sienẽ uero in thebaidis signites quẽ ante pyrrhopocilon uocabãt Trabes ex eo fecere reges quodam certaie obeliscos uocãtes solis numini sacratos radiorũ eius argumẽtum in effigie est ita significatur nomine egyptio. Primus omniũ id instituit Mestires qui regnabat in solis urbe somnio iussus & hoc ipsum iscriptũ est in eo Eteni sculpturae ille effigiesue quas uidemus egyptię sunt litterę postea & alioꝝ regum in supradicta urbe ephotis.iiii.nũero quadragenoꝝ & octonũ cubitoꝝ longitudie. Ramises autẽ quo regnãte Iliũ capta est.xl.cubitoꝝ. Idẽq; digressus inde ubi fuit. Nineuidis regia posuit alium longitudine undenis per latera pedibus cubitis quattuor.

OPus id fecisse dicitur centum.xx.m.hominum Ipse rex cum subrecturus esset & uereretq; ne machię põderi nõ sufficerẽt quo maius periculũ curę artificũ denũtiauit filiũ suũ adalligauit cacumini ut salus eius apud mollientes prodesset & lapidi hac admiratioẽ operis effectũ est ut cũ oppidũ id expugnaret Cambyses rex uentumque haberet & ĩcẽdiũ ac crepidie obiliscĩ extingui iuberet molis reuerẽtia qui nullã habuerat urbis. Sunt & alii duo unus azmarre positus alter araphio sine uotis quadragenum octonũ cubitoꝝ Alexãdrię statuit unus Ptolemęus phyladelphus fecit octuagenum cubitoꝝ exciderat eũ Ne thebis rex purum maiusq; opus ĩ deuehẽdo statuẽdo ue est q̃ in excidẽdo. Aliqui deuectũ tradũt a Vatiro architecto rate Calistenus a Phoenice fossã pductũ usq; ad iacentẽ obeliscũ nilo nauesq; duas in latitudie patulas pedalibus ex eodẽ lapide ad rationẽ gemiati per duplicẽ mẽsurã põderis oneratas ita ut subirẽt obeliscũ pendẽtem in extremitatibus suis in ripis utrinq; postea egestis latericulis & alleuatis nauis excepisse onus. Excisos aũt sestalis e mõte eodẽ artificẽ donatũ talẽtis l.hic obeliscus in Arsinoe fuit positus a rege supradicto munus amoris in coniuge eadẽq; sorore Arsinoe. Inde eũ naualibus in cõmodũ maxius quidẽ prefectus egypti trãstulit. In foꝝ reciso cacumine dum uult fastigiũ addere auratũ: quod postea amisit & alii duo sunt Alexãdrię ad portum in Cęsaris templo: quos excidit Mestires Rex quadragenum binum cubitorum. Super omnia accessit difficultas maris Romam adiuehendi spectatis admodum nauibus. Diuus Augustus eamq; priorẽ aduexerat miraculi gratia puteolis naualibus perpetuis dicauerat: sed ĩcẽdio cõsũpta est. Diuus Claudius aliquot per annos asseruatam eam quam. C. Cęsar importauerat omnibus quae unq̃ in mari uisę sunt mirabiliorem in turribus puteolis e puluere exędificatis perductã hostiã portus gratia mersit. Alia ex hoc cura nauium quę Tyberi subuehãt quo experimento palam fit non mius aquaꝝ huic amni esse q̃ Nilo. Is aũt obeliscus

quem Diuus augustus incirco magno constituit excisus est a rege Semenserteo quo regnante pythagoras in ęgypto fuit.cxxv.pedum est dodrantis prēter basim eiusdem lapidis.Is uero qui est in campo martio .viiii. pedum est inoras sesotide inscriptus Ambo rerū naturę interpretationē ęgyptiorū opere & phylosophię continent.

E I qui est in campo Diuus augustus addidit mirabilē usum ad deprehendendas solis umbras dierūq; ac noctium horas magnitudine strato lapide admagnitudinem obelisci:cui par fier& umbrarū effectus dies & horas paulatim per regulas quę sunt ex ere inclusę singulis diebus decrescere ac rursus augescere .Digna cognitu res & icendio facundo Manilius mathematicus apici aurata pilam addidit cuius uertice umbra colligeret in semetipsam alias incrementa iaculante apice ratione ut ferunt a capite hominis intellecta hęc obseruatio.xxx.iam fere annis nō congruit sine solis ipsius dissono cursu & cęli aliqua ratione mutato siue uniuersa tellure aliquid a cētro suo emota ut deprehendi & in alis locis accipio sine urbis tremoribus Ibi tantum gnomone intorto siue inundationibus tyberis sedimento facto molis q̄q̄ aptitudis impositione in terra quoq; dicantur iacta fundamenta.

T Ertius est i uaticano Caii & Neronis principū circo ex omnibus unus fractus est in molitione eius quem fecerat Sesosidis filius non coreus eiusdem remanet & alius.c.cubitorū quem post cęcitatem usu reddito ex oraculo soli sacrauit.

D Icātur obiter & pyramides in cadē ęgypto regū pecunię ociosa ac stulta ostētatio quippe cum faciēdi eas causa a plerisq; tradatur ne pecuiam successoribus aut ęmulis insidiātibus prębere aut ne plebs esset& ociosa.Multa circa hoc uaitas illorū hominū fuit uestigia complurū icohortarum extāt. Vna est in Arsione urbe duę i Nymphi non procul a laberynto de quo ipso dicemus Totidem ubi fuit meridis latus hęc est fossa grādis:sed ęgyptii iter mira ac memorāda narrāt harum acumina extręma:quę emiere dicūtur.Reliquę res quę orbem terrarū impleuere fama sane cōspicue undiq; adnauigātibus sitę sunt in pte aphryce mōtes ex eo sterili:quę iter memphi oppidū & quod appellari dixiūs delta illotenus.iiii.millibus passuū a Nymphi.vii.milibus posite a uico quem uocāt bupirim in equo sunt assueti scādere illas ātea est spinx uel magis narrāda de qua siluestre numē accolētium arma regē putāt.In ea conditum & uolūt iuectum uideri.Est autem saxo naturali elaborata & lubrica capitis monstris colitur ambitus per frōtem cētum duos pedes colligit longitudo a uētre ad summū apicem.clxii.pyramis amplissima ex arabicis lapidicinis constat.ccc.lx.hominum annis.xx.eam cōstruxisse prodūtur.Tres uero factę annis.lxxviii. Nempe qui de his scripserūt sunt Herodotus & Hoērus Durissiaūs Aristagoras Dionysius Arteidorus Alexander Polibistor Butiriadas Antistenes Demetrius Emotelesato.Inter omnes eos non cōstat a quibus factę sunt iustissimo casu obliteratis tātę uaitatis auctoribus aliq ex his ,p.diderūt in raphanos :& allium & cępas.m.dc.talēta erogata.Amplissia vii.obtin& iugera soli.iii.āgulorum paribus iteruallis per cētigentos.lxxxiii.pedes singulorum laterum altitudo a cacumie.p.xv.s.Alterius interualla singula per.iii. angulorum partes.dccxxxvii.comprahendunt.Tertia minor praedictis:sed multo spectatior ęthiopis lapidibus cōsurgit.ccclxiii.pedibus inter angulos aedificationis uestigia nulla extāt barena late pura circumlētis similitudinē quales in maiori parte aphryce quęstionum summa est qua nam ratione in tanta altitudine subuecta sunt cementa. Alii uitro ac sale adaggeratis concrescēte opera & peracto opere lateribus e luto factis in priuatas domos distributis nilum eni nō putāt rigare potuisse multo humiliorē in pyramide maxima iter puteus.lxxxvi.cubitorū flumini illo admissum arbitrantur.Mensuram altitudinis earum omniumq; similium deprehēdere iuenit.

Thales Milesius umbrā metiēdo qua hora par esse corpori sol&. Hęc sunt pyramidū miracula suppręmūq; illud ne quis regū opes miretur minimā extitisse laudatissimā a rhodope meretricula factā ęsopi fabellarū philosophi cōserua quōdā & cōtubernalis hoc fuit maiore miraculo tātas opes meretritio esse cōquisitas quęstu magnificat & alia turris a rege facta in insula Pharo portum obtinēte Alexādrię: quam constitisse decem talentis tradunt magno animo ne quid omittamus Ptolemęi regis quod in ea permiserit. Sostrati Casidi Architecti structura ipsius nomen inscribi. Vsus eius nocturno nauium cursui ignes ostēdere ad prenuntiāda uada portusq; introitū: q̄les iam compluribus locis flagrāt: sic est Neosite ac Rauennę periculū in continuatione ignium ne sydus existimetur quoiam e lōginquo similis est flammarum aspectus. Hic idem Architectus primus omnium pēsilem ambulationē cydni fecisse tradit.

Dicamus laberyntbos uel portētissimum humani ingenii opus: sed nō ut existiari possit falsum durat etiam nūc in ęgypto theracleo politenomo qui primus factus ē ante omnes ut tradūt. iiii. milia. de a Petbeseuco rege siue Tito q̄q̄ Herodotus totū opus regum esse dicat nouissimeque spammetici causas faciēdi uarie interpręcantur Aemoteles regia moturidis fuisse: lytias sepulchrum meridis plures soli sacrum. Id extremum quod maxime creditur hic utiq; sumpsisse dedalū exēplar eius laberynthi quem fecit in creta non est dubiū si cētesimam tātum portioēm eius imitatum: quae iterum ambages occursusq; ac recursus inexplicabiles contin&. non ut in pauimentis puerorūue ludicris uidemus cāpestribus breui lacinia milia passuū plura ābulatrois continētem: sed crebris foribus iditis ad fallēdos occursus redeūdūq; in errores cosdē Secūdus hic fuit ab ęgypto laberynthus Tertius in lemno. Quartus in Italia omnes lapide polito fornicibus tecti ęgyptius quo miror equidem in itroitu lapideis e paro columnis reliquę sicite molibus compositis quas dissoluere ne sęcula quidē possint. Adiuuātibus Heraleo politis: qui id opus in usu mire ifestauere positionem operis eius. Sigulasq; partes enarrare non est cum sit in regioēs diuisum atq; pręfecturis q̄s uocāt nomos. xvi. noibus eorum totidē uastis domibus attributis: praeterea templa deorum omnium ęgypti cōtīcāt: superq; nemeses. xv. ędiculis īclusę sunt pyramides complures quadragenarum ulnarum senas radicum oras obtinētes fesso iam fundo perueniūt ad uiarum illum inexplicabilem errorem: quin & coenacula diuis excelsa: porticusq; qua descēduntur nonageis gradibus Intus columna de porpbirite lapide deorum simulacra regum statuę mōstrificę effigies quarūdā domuum talis est situs ut adaperiētibus forēs: toitruum itus terribile existat. Maiore autem in parte trāsitus est per tenebras aliqq; rursus extremę laberynthi ędificiorum moles iteron appellāt. Inde alię perfossis cuniculis subterranęę domus facit unus omnio pauca ibi circumnōs pādon & Thebis rex ante Alexādrum magnum ānis. d. id quoq; tradit fulsisse trabibus spinę oleo incoctę dum fornices quadrati lapidis assurgerēt de aegyptio ac Cretico laberynthis satis dictū est. Lemnius similis illis colūnis tātū. cl. meōrabilior fuit: quarum in officia turbies ita librati perpēderunt ut puero circumagēte tonarētur architecti fecere Zimilus & rhoius & Theodorus īdigne. Extātq; adhuc reliquię eius cum cretici italiciq; nulla uestigia extent. Nanq; italicum dici conueit: quem fecit sibi Porsenna rex betrurię sepulchri ut externoꝝ regum uanitas quoq; ab Italis suparet. Sed cum excedat omnia fabulositis utemur ipsius. M. Varrois in expositione eius urbis sepultus īquit sub urbe clusię in quo loco monumentū reliquit lapide q̄drato Singula latera pedum tricenum alta quīquageūm Inq; basi quadrata itus laberynthū inextricabilem: quo si quis improper& sine glomere lini exitum inuenire nequeat. Supra id quadratum pyramides stant. v. iiii. in angulis & in medio una. In imo latę pedum quinum septuagenū altę centum quinquagenum ita fastigiatę ut in summo orbis ęneus & petasus unus omnibus sit impositus: ex quo pendeat excepta catheis

tintinabula quę uento agitata longe ſonitus referant ut codone olim factum ſupra
quē orbē.iiii.pyramides inſuper ſingulę extant altę pedum.c.ſupra quas uno ſolo.v.
pyramides:quaꝝ altitudinem uarronem puduit aduicere fabulę hetruſcę Tradūt eadē
fuiſſe quam totius operis adeo ueſana dementia quęſiſſe gloriam impendio nulli
profuturo:prętera fatigaſſe regni uires ut tamen laus maior artificis eſſ&.

LEgitur & penſilis ortus .Imo uero totum oppidum ęgyptię thebę exercitus
armatos ſubter educere ſolitis regibus nullo oppidanoꝝ ſentiente:etiam uidet̃ hoc
minus miꝝ q̃ quod flumine medium oppidum interfluente :quę ſi fuiſſent non
dubiū eſt dictuꝝ homeꝝ fuiſſe cum.c.portas ibi prędicar& grece magnificētia uera
admiratio.Extat templū ephesię dianę:cxx.annis factū a tota asia.In ſolo id paluſtri
fecere ne terręmotus ſentir& aut hiatus timer&.Rurſus ne in lubrico atq; inſtabili
fundamenta tantę molis locarentur ante calcatis ea ſubſtrauere carbonibus deinde
uelleribus lanę uniuerſo templo lōgitudo eſt.cccc.xxv.pedum latitudo.cxx.colūnę
cxxvii.a ſingulis regibus factę.lx.pedum altitudine celatę una a Scopa operi prefuit
creſiphcon architectus ſūma miracula epiſtilia tātę molis potuiſſe attolli id cōſecutus
eſt ille ſcrobilius harēa plenis molli cluio ſuper capita columnaꝝ exaggerato paulatī
exinaniens imos ut ſenſum totus in colle ſeder& difficilime contingit in limīe ipſo
quod foribus imponebat etenī ea maxima moles fuit nec ſedit ī cubili anxio artifici
mortis deſtinatione ſuprema tradunt in ea cogitatione feſſum nocturno tempore
in quiete uidiſſe pręſentē deā cui templū fiebat orantem ut uiuer& ſe compoſuiſſe
lapidē:atq; ita erat ut apparuit ponderęq; ipſo correctus uidebat̃ Caetera eius operis
ornamenta plurimum libroꝝ inſtar obtinent nihil ad ſpecimen naturę pertinentia.

DVrat Zigici delubrum in quo illud aureum commiſſuris oībus politis lapidis
ſubiecit artifex eburneū iouē dicaturus ītus coronāte eo marmoreū apollinē trāſlucēt
ergo picturę tenuiſſimis capillamētis leuiq; afflatu ſimulacra refouēte prēter īgeniū
artificis ipſa materia īgenii q̃uis occulta in prętio operis intelligitur.Eodē in oppido
eſt lapis fugitiuus appellatus Argonautę eū pro ācora uſi ibi reliquerāt hūc eprytaēo
ita uocatur locus ſępe profugū fixere plūbo:eadē in urbe iuxta portā quę tertia uocat̃
turres.vii.accepta uoces nomē nuēroſiore percuſſu multiplicāt nomē huic miraculo
echo eſt a grecis dictū & hoc quidē locoꝝ natura euenit ac plerūq; cōuallium ibi caſu
accidit.Olympię aūt arte mirabili modo in porticu quā ob id heptaphonō appellāt
uocāt:quoniā ſepties eadē uox redditur Cizici & bulēteriū uocāt aedificiū āplū ſine
ferro clauo ita diſpoſita cōtignatioē ut eximātur trabes ſine fulturis ac reponāt̃ quod
item Romę in ponte ſublicio religioſum poſtea quā Coclite Oratio defendēte ęgre
reuulſus eſt Veꝝ & ad urbis noſtrę miracula trāſire cōueit nōgentoꝝ ānoꝝq; dociles
ſcrutari uires:& ſic quoq; orbē terraꝝ uictū oſtēdere quod acciduſſe totiēs pene quod
referuntur miracula apparebit Vniuerſitate uero aceruata & in quēdam cumulum
conlecta non alia magnitudo exurgit q̃ ſi mūdus alius quidā in uno loco narraretur
nec ut circū maximū a Cęſare dictatore extructū lōgitudie ſtadioꝝ trium latitudine
unius:ſed cū ędificiis iugeꝝ quaternū ad ſedē.ccl.milium īter magna opera dicamus
Illā magnificā baſilicā pauli colūnis phrygibus mirabilē.Foꝝq; Diui Auguſti tēplū
pacis Diui Veſpaſiani Imperatoris Auguſti pulcherria opera quę unq̃ iouī ultori
ab Agrippa facta cum theatꝝ ante texerit Romę Valerius boſtēſis architectus ludis
liboīs pyramidas regnū miramur cum ſolum tantum foro extruēdo.lib.mille Cęſar
dictator emerit. Et ſi quidē impenſę mouent captis auaritia aīmis.lib.cxlviii.domo
empta clodius quem milo occidit habitauerit:quod equidem non ſecus ac regum
inſaniam miror Itaq; & ipſum Milonem.lib.dcc.ęris alieni debuiſſe inter prodigia

animi humani duco Sed tũc ſenis aggeris ſpatium ſubſtructiones captioſi mirabãt. Pręterea cloacas operum omniũ dictu maximũ ſuffoſſis mõtibus atq; ut paulo ante rettuliũs urbe pẽtili ſubterq; nauigata. M. Agrippa in ędilitate poſt cõſulatũ pmeãti corruati. vii. amnes curſuq; prącipiti torrẽtiũ modo rapere atq; auferre omnia coacti. Inſuper mole imbriũ cõcitati Vada ac latera quatiũt aliquãdo tyberis retro infuſus recipit pugnãtq; diuerſi aquaꝝ impetus ĩtus & tamẽ obnixa firmitas reſiſtit: trabunt moles iternę tãtę non ſuccũbentibus cauſis operis pulſatq; ruinę ſpõte prącipites aut impactę ĩcendiis quatiturq; ſolũ terręmotibus durãt tamẽ a Tarquinio priſco annis octigentis prope inexpugnabiles. Non omittẽdum meõrabili exẽplo uel eo magis quo a celeberrimis reꝝ conditoribus omiſſum eſt. Cum id opus Tarquinius priſcus plebis maĩbus fecerit: eſſ& q; labor incertũ longior an periculoſior paſſim cõcita: nec e quiritibus tediũ fugiẽtibus nouũ & ĩexcogitatũ ante poſteaq; remedii uſus inuenit ille rex ut hominũ uita defunctoꝝ fier& Cruci corpora ſpectãda ciuibus ſimul a feris uolucribuſq; lacerãda q̃obrẽ pudor Romaĩ noĩs qui primus rex ſępe pditas ſeruauit in prąliis tũc quoq; ſubuenit: ſed illo tẽpore ĩpoſuit iam erubeſcẽs cum puder& uiros tãquã puditu eſſ& extiĉtos ãplitudinẽ cauis ea feciſſe prodit ut uehem foeni large onuſtã tamẽ ſummitter&. Parua ſunt cũcta quę dixĩus & oĩa uni cõparãda miraculo anteq̃ noua attingã. M. Lepido. Q. q; Catulo cõſulibus ut cõſtat iter diligẽtiſſimos auctores domus pulchrior nõ fuit Romę q̃ Lepidi ipſius at hercule ĩtra ãnos. xxxv. eadẽ cẽteſimũ locũ nõ obtinuit cõput& in hac extimatiõe qui uol& marmorũ molẽ opera pictoꝝ ĩpendia regalia & cum pulcherria laudatiſſimaq; certãtes cẽtum domus. Poſteaq; ab innũeralibus aliis in hũc diẽ uictas profecto ĩcendia puniũt luxum nec tamẽ effici poteſt ut mores aliquid ipſo hoĩe mortalius eſſe ĩtelligãt. Sed oẽs eas duę domus uicerunt. Bis uidimus urbẽ totã cingi domibus principũ Caii & Neronis & huius quidẽ ne quid deeſſ& aurea. Nimiꝝ ſic habitauerunt illi qui hoc imperium ſtatuere Tantas ad uĩcendas gẽtes: ac triumphos referẽdos ab aratro ac foco exeuntes quoꝝ agri quoq; mĩorem modũ obtinuere q̃ cellaria iſtorum. Subiit quoq; cogitatio quota portio haꝝ fuerit atęę illę quas iuictis Imperatoribus decernebant publice ad ędificãdas domus. Summuſq; illaꝝ bonos erat ſicuti Lucio Valerio publico primo conſule cũ. M. Bruto poſt tot merita & fratre eius qui bis in eodẽ magiſtratu ſabios deuicerat adiici decreto ut domus eorum fores extra aperirentur & ianua in publicũ reiiceretur. Hoc erat clariſſimũ inſigne iter triũphales quoq; domus nõ patieris duos Caios uel duos Nerones ne hęc quidẽ gloria famę frui docebimus: quinetiã inſaniã eoꝝ uictã priuatis operibus. M. Scauri cuius neſcio an ędilitas maxime proſtrauerit mores magis ciuiles ac ciues proſcriptio tot milium ſyllę mala tãta priuigni potẽtia hic fecit in ędilitate ſua opus omniũ maximũ quę unq̃ fuere humana manu facta nõ temporalia mora. Veꝝ etiam ęternitatis deſtinatione Theatꝝ hoc fuit ſcenę triplex altitudine. ccclx. columnaꝝ in ea ciuitate quae ſex hymetias non tulerat ſine probro Ciuis ãpliſſimi Iam pars ſcenę e marõre fuit media e uitro inaudito poſtea & genere luxurię ſũmę colũnę ut diximus ime duo de q̃dragenũ pedũ ſigna aerea ĩter colũnas ut indicauimus fueꝝt. iii. m. quẽ numeꝝ cauea ipſa cepit hominũ. lxxx. cũ pompeiã theatri totiens multiplicata urbe: tantoq; maiore populo ſufficiat large. xl. m. ſedere. Reliquus apparatus tãtus attalica ueſte tabulis pictis: tãtaq; uorago fuit in tuſculana uilla reperta quę ſuperfluebant quotidiani uſus delitiis incenſa uilla ab iratis ſeruis concremarẽtur bina milia ſeſtertia. Aufert animũ & a deſtinato itinere digredi cogit contemplatio tam prodigę mẽtis aliãq; connecti maiorem inſaniã e ligno. C. Curio qui bello Ciuili ĩ Cęſariaĩs ptibus obiit funebri pris mũere cũ opibus apparatibuſq; non poſſ& ſuperare Scaurum unde ẽim uitricus Sylla & metella mater, pſcriptionũ ſeptis unde. M. Scaurus pater totiẽs princeps ciuitatis mariaĩs ſodalitiis rapinarum prouincialium ſinus cum iam ne ipſe comparari ſibi poſſ&: quãdo hoc certe incẽdii

illius premium habuit conuectis ex orbe terraꝝ ut nemo postea pares habuerit. Sed isamq illi igeniũ erat pudendũ suo Curioni & aliquo excogitandũ fuit: operepretiũ ergo est scire qd Inuenirit & gaudere moribus nostris ac nostro modo nos uocare maiores theatri duo iuxta fecit amplissima e ligno cardinum singulorũ uersatili ac pensili suspensa libramento. In quibus utrisq; ante meridiano ludoꝝ spectaculo e muneꝝ fiebat editio inter se auersis ne inuicem obstreperent & repente circumactis ut constat postremo etiam die sedentibus aliquibus & cornibus inter se coeuntibus faciebat amphitheatraꝝ gladiatoꝝ spectacula edebat ipsum magistratum & populum. Romanum. circumferens quid enim miretur quisq; in hoc primum inuentorem an Inuentum artificem: an auctorem ausum aliquem hoc excogitare? an suscipere? an iubere? Super omnia erat populi furor sedere ausi tam infida instabiliq; sede. En hic est ille terraꝝ uictor & totius domiator orbis q gẽtes & regna diriper&. Iura exteris mitter&? & quędam munere deoꝝ Immortaliũ generis humani portio in machina pendens & ad periculũ sui plaudẽs: quę uilitas animaꝝ ista? aut quę querela decãnis atquantum mali potuit accidẽre? Vrbes terrę hyatibus publicus mortalium dolor est. Ecce. populus. Romanus. uniuersus uelut duobus nauigiis impositus binis cardinibus sustinetur & seipsum depugnantem spectat periturus momento aliquo laxatis machinis & phoc opitur in tribunitiis contionibus gratia ut pensiles tribus qualia & in rostris quid non ausurus apud eos: quibus hoc persuaserit uere nanq; cõfitẽtibus. populus. Romanus. funebri munere ad tumulũ patris eius depugnauit Vniuersus uariauit hãc suã magnificẽtiã sessis turbatisq; cardibus & in amphitheatri forma custodita nouissimo die diuersis duabus per mediũ secis athletas edidit raptis q̃ cõtrario repẽte pulpitis eodẽ die uictore se gladiatoribus suis perduxit. Nec fuit rex Curio augẽtiũ Imperator nõ opibus isignis ut q nihil icessu habuit prẽter discordiã principũ. Sed dicãtur uera estiatio ẽ iuicta miracula. Q. Martius rex iussus a senatu aquaꝝ amoeis tegulę ductus reficere nouã a noie suo apellatã cuniculis per montes actis inter prẽturę suę tẽpus adduxit Agrippa in ędilitate sua adiecta uirginea aqua Cęterisque corriuatis atque emẽdatis lacus. dcc. fecit. Prẽterea fontes. cv. castella. cxx. complura etiã cultu magnifica & operibus his signa. ccc. ęrea aut marõrea Imposuit & colũnas & marmore. cccc. eaq; omnia annuo spatio adiecit ipse in aedilitatis suae cõmemoratioẽ & ludos unde. xl. diebus factos & gratuita prębuit balnea. clxx. quę nũc romę ad ifinitũ nuẽꝝ auxere. Vicit ãtecedẽtes aquaꝝ ductus nouissimũ ipendiũ opis inchoati a. C. Cęsare & peracti a Claudio quippe a lapide. xl. ad eam excelsitatẽ ut oẽs urbes mõtesq; leuarẽtur influxere Curtius atq; Ceruleus fontes & ante nouos erogata in id opus. lib. quingẽta. lv. millia. Quod si quis diligẽtius extiauerit aquarũ abundãtiã in publico balneis piscis erupidis domibus ortis suburbais uillis spatiaq; aduenientis extructos arcus mõtes per fossas conualles ęquatas fatebitur nihil magis mirãdum fuisse in toto orbe terraꝝ. Eiusdẽ Claudii inter maxia equidẽ memoranda duxerim q̃uis destitutũ successoris odio mõtem perfossum ad lacũ fucinũ emittẽdũ inenarrabili profecto impẽdio & operaꝝ multitudie per tot ãnos cum aut corriuatio aquaꝝ qua terrenus mõs erat egereretur in uerticem machinis aut silex cederet oiaq; quę intus in tenebris fierent. quę neque concipi animo nisi ab his qui uidere neque enarrari humano sermone possunt. Nam portus hostiẽsis opus praetereo inter uias & montes excisas mare tyrbenum a lucernio molibus seclusum tot pontes tantis ipẽdiis factos & iter plurima alia Italię ipsius marmora miracula in lapidicinis crescere auctor est Papyrius Fabianus naturę reꝝ peritissimus: exemptores quoq; affirmant compleri sponte illa mõtium ulcera quę si uera sunt spes est nũq̃ defuturã luxuriã.

A Marmoribus digredienti ad reliquorum lapidũ insignes naturas quis dubit& in primis magnetẽ occurrere? quid enĩ mirabilius qua in pte naturę maior iprobitas?

dederit uocem ſaxis ut diximus reſpondentem homini imo uero & ob id loquẽtem
Quid lapis rigore pigrius? ecce ſenſus manuſque tribuit illi? Quid ferri duritia
pugnatius Sed cedit & patitur morſu trahitur a magnete lapide domitrixq; illa rerũ
omnium materia ad inane neſcio quid currit atque ut propius uenit aſiſtit teneturq;
complexuq; hęr&. Syderitũ ob id alio nomine uocant quidam heracleon. Magnes
appellatus eſt ab Inuentore ut auctor eſt Nicander in Ida repertus Nanq; & paſſim
Inueniũtur ut ĩ hiſpania quoq; inuenisſe autẽ fertur clauis crepidaꝫ & baculi cuſpide
haerentibus cum armenta paſcer&. Quinque genera magnetis Sotachus monſtrat.
Aethiopicum & magneſium e macedonia contermina a beboue locatũ petentibus
dextra Tertium in hyrtio boetię. Quartum circa Alexandriam troadem. Quintum
in magneſia aſię. Differentia prima mas ſit an foemina proxima in colore Nam qui
in macedonica magneſia reperiunt̃ ruffi nigriq; ſunt boctius uero ruffi coloris plus
hab& q̃ nigri qui Troade inuenitur niger & foeminei ſexus. Ideoque ſine uiribus
Deterrimus autem in magneſia aſię candidus neq; attrahens ferrũ ſimiliſq; pumici
Compertum tanto meliores eſſe quanto ſunt magis ceruleĩ ęthiopico ſumma datur
ponduſq; argento rependitur. Inuenitur ĩ aethiopia Zinir uraq; uocat̃ regio hareõſa
ibi & ematites magnę ſanguinei coloris ſanguiemq; reddens ſi terat̃ ſed & crocum
in attrahendo ferrum non eadem ematiti natura quę magneti aethiopici argumẽtũ
eſt quod magnetem quoq; alium ad ſe trahit omnes autem hi oculorũ medicamẽtis
proſunt ad ſuã quiſq; portionẽ maxime epiphoras ſiſtunt. Sanant & aduſta cremati
tritiq. Alius rurſus in eadẽ ęthiopia nõ procul mons qui ferꝫ omne abigit reſpuitq;
de utraq; natura ſępius diximus.

LApidẽ ex Sebiro inſula integrũ fluctuare tradũt eundem mergi Comminutũ
in aſſo troadis ſarcophagus lapis fiſſili uena ſcinditur Corpora defunctorũ condita
in eo abſumi cõſtat intra xl diẽ exceptis dentibus Mutianus ſpecula quoq; ſtrigiles
& ueſtes & calciamenta illata mortuis lapidea fieri auctor eſt. Eius generis in lycia
ſaxa ſunt & in oriente quę uiuentibus quoq; adalligata erodunt corpora Mitior eſt
aut ſeruandis corporibus nec abſumendis chemites ebori ſimillimus in quo Dariũ
conditum ferunt parioque ſimilis candore & duricia minus tamen ponderoſus qui
torrus uocatur Theophraſtus auctor eſt & tranſlucidos lapides in ęgypto inueniri
quos phio ſimilis aut quod fortaſſis tunc fuerant quoniam &.ii.deſinunt & noui
reperiuntur: baſius guſtatu ſalſus podagras lenit pedibus in uaſe ex eo cauato iditis
pręterea omnia crurum uitia in his lapidicinis ſanant̃ cum metallis omnibus cruta
uitientur Eiuſdem lapidis flos appellatur farina exeo quędã mollis perinde efficax
Eſt aũt ſimilis pumici rufo admixtus ęri alias cerę cyprię Mammarum uitia emẽdat
piei aũt reſinę ue ſtrumas & panos diſcutit, pdẽ & ptiſicis iuncta cũ melle ulcera ad
Cicatrices pducit excreſſcentia erodit & ad Beſtiarum morſus repugnãtia curationi
ſuppurata ſiccat. Fit cataplaſma ex eo podagricis mixto fabę lomento.

IDẽ Theophraſtus & Mutiaũs eẽ aliquos lapides q pariãt credũt theophraſtus
auctor eſt ebur foſſile candido & nigro colore inueniri & oſſa e terra naſci Inueniriq;
lapides oſſeos palmati circa mundam in hiſpania ubi cęſar dictator pompeium uicit
reperiuntur. Idq; quotiens fregeris Sunt & nigri quoꝫ auctoritas uenit in marmora
ſicut tenarius Varro nigros ex aphryca firmiores eẽ tradit q̃ in Italia. E diuerſo albos
coranos duriores q̃ parios. Idem luneſem ſcilicem ſerra ſecari tuſculanumq; diſſilire
igni ſabinũ fuſcũ addito oleo etiam lucere. Item molas uerſatiles a uulſinis iuentas
aliquas & ſponte motas inuenimus ĩ prodigiis. Nuſq; autẽ utilior q̃ ĩ Italia gignitur
Lapiſq; nõ eſt ſaxũ. In quibuſdã uero, puinctis omnino nõ Inuenit̃. Sunt quidã ĩ eo
genere molliores qui & cote leuigantur ut procul intuentibus ophites uideri poſſit

Neq; est alius firmior quando & lapidis natura ut lignum similiter imbres solesq; aut hyemes non patitur·In aliis atq; aliis generibus qui & limam nō tollerant & qui uetustate rubiginem trahant.coloremue candidū oleo mutentur.

COlarem quidam pyritem uocant .quoniam sit plurimus ignis illi Sed est etiā nunc pyrites alius similitudine aeris Incypro autem reperiri uolunt & in metallis quę sunt circa atamanta unū argenteo colore.Alterum aureo coquūtur narię ab aliis Iterum tertioq; in melle donec consumatur liquor ab aliis pruna priusdein melle ac postea lauat Estq; usus eorum in medicina excalefacere siccare humorē extenuare & duricias nimias mollire utūtur & crudis trūsisq; ad strumas atq; furunculos pyritarum unum aliqui genus faciunt plurimū ignis habens quos uuios appellamus & ponderosissimi sunt hi exploratoribus castrorum maxie necessarii qui clauo uel altero percussi scintillas edūt quę excepte sulphure aut fūgos aridis uel foliis dicto celerius ignē trahūt ostracite similitudinē teste habent usus eorum pro pumice ad leuigādā cutē:poti sanguinē sistūt & illiti cum melle uulnera doloresq; mammarum sanant.

AMiantus alumini similis nihil ignis deperdit hic ueneficiis resistit omnibus priuatim Magorum.Geomen ex argumento appellant quoniā complexus est terrā oculorum medicamētis utilissimus.Item mammarum ac testium uitiis.

MEellitinus lapis succū remittit dulcē melleq; tusus & cerę mixtus eruptioibus pituitę masculis q; corporis medet & fauciū exulceratiōi epinictidas tollit & uuluarum dolores impositus uelleri.

GAgates lapis nomen loci & amnis hab& gagis lycię aūt & in leucocola expelli mari atq; ifra.xii stadia colligi niger est plaus puicosus leuis nō multū a ligno differens fragilis odore si terat grauis fictilia ex eo inscripta nō delent cū uritur odorē sulphureū reddit mixq; accendit aqua extinguit oleo fugat serpentes recreatq; uuluę strāgulationes deprehēdit sōticū morbū & uirginitatē suffitu. Itē ex uino decoctus dentibus medetur strumasq; cerę pmixtus hoc dicūtur uti magi meri quā aziomatiā uocant id peruri negant si euenturum est quod aliquis opt&.

SPongię lapides inueniuntur in spongiis & sunt marini quidam eos tegolycos uocant quoniam uessicis medentur calculos rumpunt in uino poti.

PHrygius lapis gentis nomen hab&. Est autem gleba pumicosa Vritur autem uino perfusus flaturq; folibus donec ruffescat:ac rursus dulci uino extiguitur ternis uicibus tīgēdis uestibus tantū utilis.

SCistos & hematites cognationem habent:hematites inueitur in metallis ustus Minii colorem imitatur.Vritur ut phrygius nō extiguitur uino. Adulteratur hematites deprehendūt uenę scysto rubētes & friabiles natura oculis cruore suffusis mire cōgruit Sistit profluuia mulierum potus bibūt eum qui sanguiem reiecerūt cum succo punici mali & uessicę uitiis efficax.Bibitur & in uino contra serpentium ictus Infirmiora oia eadē quę scyscon appellāt.In his cōmēdatior croco similis peculiariter expellit oculorum lachrymas i lacte muliebri procidētesq; oculos prēclare cohib&. Hęc est sententia eorum qui nuperrime scripsere.Sed Sotadus e uetustissimis auctoribus.v. genera hematitarum tradit prēter magnetem.Pricipatū dat ex his ęthiopico oculorum medicamentis utilissimo & his quae panchresta appellant.Item ambustis.Alterum androdamāta dicit uocari colore nigro pondere ac duritia īsignē & īde nomē traxisse prēcipueq; in aphryca repertū trahere aūt in se argētum ferrum experimentū eius esse in cote ex lapide basanite.Reddere enim succum sanguineum & esse ad Iocineris uitia

pręcipui remedii. Tertiũ genus arabici facit simili duritia uix reddentis succũ adcorẽ aquariam aliquãdo Croco similẽ. Quarti generis utilẽ ambustis ad omnia utiliorem rubricum. Quinti generis scystus hemoroidas reprimit eius. In totum autẽ omnes hematitas tritos ĩ oleo triũ dracmaꝝ pondere & a ieiunis bibendos aduitia sanguinis Idem auctor scyston & alterius generis quam hematitẽ tradit quę uocant anthracitẽ Nasci ĩ aphryca nigrũ tritũ aquariis cotibus reddere ab ea parte quę fuerit ab radice nigrum coloren Ab altera parte Croceũ ipsũ utilem esse oculorũ medicamentis

Echites lapides etiam argumento nominis magnam famam habent. Repiunt in nidis aquilaꝝ sicut in x. uoluie diximus aiũt binos inueniri marẽ & foeminã nec sine his parere quas diximus aquilas & ideo binos tantũ Genera eoꝝ. iiii. In aphryca nascẽtem pusillũ ac mollẽ intra se uelut albã habẽtem argillã suauẽ cãdidã friabilem: quẽ fociei sexus putãt. Marẽ autẽ qui in Arabia nascit duꝝ gallę similẽ aut subrutilũ in aluo habẽtem duꝝ lapidẽ. Tertius in cypro inueitur colore in aphryca nascẽtibus similis amplior tamẽ atq; dilatatus. Cęteris enĩ globosa facies hab& in aluo barẽam iucũdam & lapillus ipse tã mollis ut etiã digitis fricetur. Quarti generis thapnisius appellat nascẽs iuxta leucadã ubi est mõs thapsius qui locus est dextra nauigãtibus ad leucadẽ Inueitur in fluibus cãdidus ac rotũdus: huic est in aluo lapis qui uocatur callinius: nec quicq̃ tenerius. Omẽs grauidis adalligati mulieribus uel q̃drupedibus pellicula sacrificati uteri aĩaliũ continẽt partus nõ nisi parturiant remouẽdi alioquin uuluę excidiũ. Sed nisi parturiẽtibus auferãtur omnino non pariunt.

Est & lapis samius in eadẽ ĩsula ubi terram laudauimus poliẽdo auro utilis & ĩ medicina oculorũ ulceribus cum lacte quo supradictum est modo & contra ueteres lacrimationes prodẽ & cõtra initia stoãchi potus uertigenes sedat mẽtesq; cõmotas restituit quidã & morbis cõmitialibus utiliter dari putãt grauitate & cãdore uolũt & partus Contieri adalligato eo tradũt.

ARabus lapis ebori similis dẽtifricis accõmodat crematus priuati hemeroidas sanat Cum lanugine linteorum linteis super impositis.

NOn praetereunda est pumicum natura. Appellantur quidem ita cętera saxa in aedificiis crosi amne diffusisque musea uocant dependẽtia ad imaginẽ specus arte reddẽdam. Sed hi pumices qui in usu sunt corpoꝝ leuigandoꝝ foemis iam quidẽ & uiris atq; ut ait Catullus libris Iudatissimi sunt in melo scyro & colus ĩsulis pbatio in cãdore mimoq; pondere & q̃maxie spongiosi aridiq; sunt teri faciles nec barenosi in fricãdo. Vis eoꝝ in medicia extenuare siccare In austro siccãtur ita uti torreãtur & carbone puro ac totiẽs uino restinguantur albo lauantur dictum ut cadmia & siccati conduntur q̃ mimum uliginoso loco usus farinę eius oculoꝝ maxime medicamẽtis ulcera purgat eoꝝ leniter explẽtq; cicatrices & emẽdat quidã tertia ustioẽ refrigeratos potius q̃ extictos terere malũt ex uino. Addũtur etiã ad malagmata capitũ uerẽdoꝝq; ulceribus utilissima fiũt & his dẽtifritia. Theophrastus autem auctor est potores in certamine bibendi prçsumere fariam eam Sed nisi uniuerso potu ĩpleantur pichtari tantamque refrigerandi naturam esse ut musta feruere desinant pumice addita.

AVctoribus curę fuere lapides quoq; mortariorum nec medicinalium tantũ ut ad pigmẽta pertinẽtium ętbesium lapidẽ in his prętulere cęteris. Mox & thebaicum quẽ pyropenlon appellauimus. Aliqui psaronũ uocant. Tertium ex calazio chrysitẽ medicis autem & basaniten. Hic enim lapis nihil ex se remittit: hi autem lapides qui succum reddũt oculoꝝ medicamẽtis utiles existimantur. Ideo ęthiopici maxime ad ea probãt. Tenariũ lapidẽ & poenicũ & hematiten his medicamẽtis prodesse tradũt

que ex croco componãt ex alio tenario qui niger est & experio lapide nõ eq; medicis utilem potior est ex alabasante egyptio uel ophite albo Est enim hoc genus ophytis quo uasa & etiã cados faciũt. In sypheno lapis est qui cauat tornatq; in uasa coquẽdis cibis utilia: uel ad esculẽtorũ usus quod in comensi Italie lapide iendi accidere scimus Sed in scyphino lapide singulare quod excalefactus oleo nigrescit durescitq; natura mollissimus tanta qualitatum differentia est Nam mollitie translatis pręcipua sunt exempla. In belgica prouicia cãdidũ lapidem serra quę lignũ faciliusq; etiã secant ad tegulaꝝ & imbricum uicem uel si libeat quę uocant pauonacea tegendi genera & hi quod sectiles sunt.

SPecularis uero quoniã & hic lapis nomẽ obtinet faciliore multo natura findit in quam libeat tenues crustas: hispania hunc oli citerior tantũ dabat nec tota: sed intra. c. m. p. circa Segobricã urbem. Iam & cypros & cappadocia & Sicilia & nuper Inuentus aphryca pręferendus tamen hispania cappadocia mollissimũ maximũ: sed obscurũ. Sunt in Bononiensi parte Italię breues maculosi complexu silicis alligati quoꝝ tamen natura apparent similis puteis in hispania effodit profunda altitudine necnon & saxo inclusus sub terram Inuenitur extrahiturq; aut exciditur sed maiori parte fossili natura Absolutus in sementi modo nũq; adhuc. v. pedum longitudine amplior humorem hunc terę Quidam autumãt chrystalli modo glaciari & i lapidẽ concrescere hoc manifeste appar& quod cum forte decidere in puteos tales medullę in ossibus eaꝝ apparent. In eadẽ lapidis natura post unam hyemem in lapide figurãt Inuenitur & niger aliquãdo. Sed candido natura mira cũ sit mollitia nota ppetiendi soles rigoresq; nec senescit si modo iniuria absit. Cum hoc etiam in cemẽtis multoꝝ generꝝ. Inuenere & alium usum in ramentis: q̃q̃ circum maximũ ludis circensibus sternendi ut sit in commendatõne candor.

NErone pricipe ĩ cappadocia repertus est lapis. Duritia marmoris candidus atq; translucẽs etiã q̃ parte fuluę iciderãt uenę ex argumẽto phẽgites appellatus hoc construxit ędem fortunę: quam seram appellatioẽ dicebat a Seruio rege sacratã aurea domo complexus quare etiã foribus apertis interdũ claritas ibi diurna erat haud alio q̃ specularium modo tanq̃ in clusa luce non transmissa.

IN Arabia quoq; lapidẽ esse nitri modo trãslucidũ: quo utũtur pro specularibus Iuba auctor est·

NVnc ad operarios lapides trãsisse conueni&: primũq; cotes ferro acuẽdo multa eoꝝ genera. Cretice diu maximã laudẽ habuere Secũdã laconice e tageto mõte utraeq; oleo ĩdigentes. Naxie iter aquarias laus maxia fuit mox armeniace de quibus diximus ex oleo & aqua cylicię pollent. Ex aqua ex moetice repertę sunt & in Italia aqua trahentes aciem a cerrino effectu nec non & transalpes quas passernices uocant Quarta ratio est saliua hominis profitientiũ aliis tonstrinaꝝ officinis. Flaminitanę ex hispania Citeriore in eo genere pręcipue.

REliqua multitudo lapidũ cotum ędificiis. Inutilis est mortalitate quędã tamen loca non aliam habent sicuti carthago in aphryca exercetur alitu maris fricatur uento uerberatur igni imbri. Sed cura tuent piccando parietes: quoniam & tectorio calce radat: Seiteq; deinde est ad tecta eos pice ad uina calce uti: quoniã sic musta cõdiunt Alia mollitia circa Romã fidẽnati & albano in umbria quoq; & uenetia albus lapis dentata serra secat: hi tractabiles in opere laborem quoq; tollerant sub tecta dũtaxat aspargie & gelu pruinisq; rumpũt ĩ testas nec cõtra auram maris robusti Tiburtini ad reliqua fortes uapore dissiliunt nigri silices & rubentes. Nonnunq̃ uero & albi sicut in tarquiniensi & anitianis lapidicinis circa lacum uolsinensem & in staconẽsi sunt quibus ne ignis quidem nocet & hi monumẽtis sculpti contra uetustatẽ quoq;

quoq; incorrupti permanēt & his formę sunt ĩ quibus aera fundūtur. Est & uiridis lapis uehemēter igni resistens: sed nusq̃ copiosus & ubi inuenitur lapis non saxum ēt reliquis pallidus remēto raro utilis globosus cōtra Iniurias fortis: sed ad structurā infidelis nisi multa suffrenatiōe deuictus nec certior fluuiatilis sēper ueluti ĩcidens Remedio est in lapide dubio eum ante eximere nec ante biennium eum ĩserere tecto domi Tū etiam tēpestatibus quę ex eo lęsa fuerint in subterranea structura aptentur Vtilius quę restiterit tutū est uel ęlo committere. Gręci e lapide duro uel silice ęquo construūt ueluti lateritios parietes Cum ita fecerit Isidomos uocāt genus structurae At cū iętquali crassitudĩe structa sunt conapseudipso domo Tertium est emplecton tātummō frontibus politis Reliqua fortuito collocāt alternas coagmētationes fieri ut cōmissuras ātecedētiū medii lapides obtĩeant necessariū ē in medio quoq; pariete si res patit. Si mius utiq; a lateribus medios pietes farcire fractis cemētis diemechō uocant reticulatam structurā quā frequentissime Romae struunt rimis oportunam structurā ad normā & libellam fieri & ad perpendiculum respondere oportet.

Isternas fieri barenę purę. v. ptibus calcis q̃ uehemētissĩe silicis nō excedētibus libras ita ferratis uectibus calcari solum parietesq; similiter utilius gemios esse ut in priore uitia considāt: atq; per colūnas trāseat maxie aqua pura. Calcem e uario lapide Cato cēsorius iprobat. Ex albo melior q̃ ex duro & structurę utilior: quę ex fistuloso tectoriis. Ad utraq; damnatur ex silice utilior eadē effosso lapide q̃ ex ripis fluinum collecto utilior e molari qa ē quędā pīguior natā eius. Miꝫ aliqd postq̃ arserit accēdi aquis. Harenę tria genera Fossitia cui quarta pars calcis fluuiatili aut marię sit tertia si testę tonsę tertia pars calcis addatur & melior materia erit ab appennio ad padum: non inuenitur fossitia nec maria. Ruinarū urbis ea maxia causa quod fulto calcis sine ferrumine suo cemēta componūtur trita quoq; quo uetustior eo melior. In ātiquaꝫ ędiū legibus iuenit ne receētiore turma uteret redēptor Ideo tectoria nulla eoꝫ ruinę fędauere Tectoriū quod nisi ter barēato inductū ē nō satis splēdoris hab& uligiosae pubi salsugo uitia testatio sublimi utilius. In graecia tectoriis etiā barenarum: quod iducturi sunt prius in mortario igneis uectibus expimētū marōrati est in subigēdo donec ultro nō cohęreat cōtra in albario opere ut macerata calce eum glutinū habeat macerari nō nisi ex gleba oport&. Elidę ędis est mieruę in qua frater fidie Panenus tectoriū iduxit lacte & croco subactū ut ferūt. Ideo si terat hodie in eo saliua pollice odorē croci saporēq; reddit. Colūnę ĩ ęde dēsius posite crassiores uidēt. iiii. eaꝫ genera quę sextam partē altitudis crassitudĩe mima habent dorię uocātur. Quę nona ioicę Quę. vii. tuscanicę Corinthiis eadē ratio quę ionicis & differentia: quoniā capitularis Corinthiaꝫ eadē est altitudo quę colligitur in mima crassitudine: ideoq; graciliores uidētur Ionicis enī capituli alti ut tertia prest& crassitudis antiqua ratio erat colūnaꝫ altitudis tertia pars latitudinū delubri ĩ ephesi diāę ędę quę prius fuit primū colūnis spirę subditę & capitula addita placuitq; altitudis octaua pars ĩ crassitudĩe & ut spirę haberēt crassitudinis dimidiū septimęq; partis detrahentibus summaꝫ crassitudini Prętęr has aūt quę uocantur colūnę atticę quaternis angulis pari lateꝫ interuallo.

Calcis est & in medicina magnus usus eligitur recens: nec aspersa aquis uritur discutit incipiētesq; serpere ulceꝫ impetus cohere& aceto & rosaceo tempata pducit ad cicatricē luxatis quoq; cum adipe suillę aut liquida resina e melle medetur.

Eadem compositione & strumis malta e calce fit recenti gleba uino restīguitur mox tonditur cum adipe suillo & fico duplici liniamento: quę res omniū tenacissia & duritiam lapidis antecedentis: quod maltatur oleo perficitur.

ANte cognita calci res gypsum est plura eius genera. Nam & e lapide coquit' ut in syria ac turnis: e terra fodit' ut i cypro ac perhebie Sūma tellure i his neicū est qui coquit' lapis nō dissimilis alabastrite cē debet. Aut marmoroso i syria durissimos eligūt coquūtq; fimo bubulo ut celerius urat'. Omniū autē optimū fieri compertum est e lapide speculari squamam uitalem habente gypso madido statim utendum est quoniam celerrime siccatur Tamen rursus tonditur & i farinā resolui patitur Vsus gypsi i albariis sigillis ędificiorū & coronis gratissimus exēplū illustre. C. proculeium Augusti cęsaris failiaritate subnixū stoachi dolore gypso poto cōsciuisse sibi mortē.

PAuimenta originem habent apud grecos elaborata arte picturę ratione donec lothostrata expulere eam. Celeberrimus fuit in hoc genere solus qui pergami strauit quem uocant asarocondeton: quoniam purgamenta coenae i pauimēto quoq; euerri solēt uelut relicta fecerat paruis e testulis tictisq; i uarios colores mirabilis ibi colūba bibens & aquam umbrę capitis ifuscans Apricant' aliq; scabentes sese incantari labro pauimenta credo primū facta quae nūc uocamus barbarica atq; subtegulanea i Italia e festucis pauimēta hoc aperte ex nomine ipso intelligi potest. Romę scalpturatum in Iouis capitolini ęde primū factū est post tertiū punicum bellum initū Frequētata uero pauimenta ante cymbricum in magna gratia animorū indicio est Virgilianus ille uersus ante pauimenta atq; emblemata uermiculata Subdiu alia graeci inuenere talibus domos contegentes tractu facili & repente: sed fallax. Vbicunq; imbres gelāt necessarium binas per diuersum taxatione substerni capita eaq; prefigi ne torqueant' & ruderi nouo tertiam partem tusę testae addi deinde rudis in quo duę quintę calcis misceat' pedali crassitudie festucari tūc nucleo crasso. vi. digitos: sed illos grādes iduci nō minus alios. ii. digitos strui Fastigiū uero seruari i pedes dēos sexcūce ac diligēter cote despumare uermisq; anxibus cōtribulari quę torquent' inutilia putant Imo silicē aut palea substerni melius esse quo minor uis calcis peruenīat necessario globosum lapidē subiici. Similiter fiūt spicata testacea. Non negligēdum etiam nūc unū genus graecanicum solo festucato iniicitur rudus aut testaceum pauimētum deinde spisse calcatis carbonibus inducitur ex sabulo & calce ac fauilla mixtis materię crassitudine semipedali ad regulā & libellam extruitur & est forma terrena. Si uero cote politum est nigri pauimēti usum obtin& lithostrota acceptauere iam sub sulla paruulis certe crustis extat hodie quod in fortunę delubro pręneste fecit. Multa deinde ex humo pauimēta in cameras transiere ut prono uictu & hoc certe inuētum sub Agrippa in thermis quas Romę fecit figulinum opus in causto finxit adornauitque non dubie uitreas facturus cameras si prius id iuētū fuisse& a parietibus scenę Scauri ut dixiūs peruenisse& in cameras. Quamobrem originem uitri dicemus.

PArs est Syrię quę phoenice uocat' finitima Iudeę infra mōtis Carmeli radices paludē habens quę uocatur candebea. Ex ea creditur nasci Belus amnis. v. milium. p. spatio in mare profluēs iuxta ptolemaidē coloniam lētus currit insalubris potu sed cerimonius sacer limosus uado profundus nō nisi refuso mari barēas fatet' Fluctibus enim uolutate nitescūt detritis sordibus Tunc & marino credunt' astringi manu nō prius utiles quingentorum est passuum non amplius littoris spatium Idq; tantum multa per sęcula gignēdo fuit uitro· Fama est appulsa naue mercatorū uitri cū sparsi per littus epulas pararent nec esse& cortinis attollendis lapidum occasio glebas uitri e naue subdidisse quibus accensis permixta barena littoris transluēntes noui liquoris fluxisse riuos & hanc fuisse originē uitri. Mox ut est astuta & ingeniosa solertia nō fuit contenta uitrum miscuisse ceptus addi & magnes lapis: quoniam in se quoque liquorem uitri ut ferrum traher& credit' simili mō & calculis splēdētibus multifariā ceptū. Deinde conchis ac fossili barena. Auctores sunt in India e cristallo strata fieri

& obid nullū comparari Indico leuibus autē aridisq; lignis quoquitur additocypri o
ac uitro maxie offirio cōtinuis fornacibus ut ęs liquat̃ massęq; fiunt colore nigricātes
pingues Acies tanta est quacunq; ut citra ullū sēsū ad ossa consec& quicquid affuerit
corporis ex massis rursus funditur in officinis tingit̃q; & aliud flatu figurat̃ & aliud
torno teritur & aliud argenti modo celatur. Sidon quōdam his officinis nobilis qdē
etiam excogitauerat. Hęc fuit antiqua ratio uitri. Iam uero in uulturno mari Italiae
harena alba nascens. vi. m. p. a littore inter cumas atq; liternū quę mollissima est pila
molaq; teritur deinde miscetur tribus partibus uitri pondera uel mēsura ac liquata ī
alias fornaces trāsfunditur. Ibi fit massa quę uocatur bammonitrum atq; hoc recoqt̃
& fit uitrum purum ac massa uitri cādidi. Iam uero per gallias hispaniasq; simili mō
harenę tēperantur. Ferūt Tyberio principe excogitatū uitri temperamēto ut flexibile
esset& & totam officinam eius & artifices obolitam ne ęris argenti auri metallis prętia
detraberētur eaq; fama diu celebrior q̄ certior fuit. Sed quid refert. Neronis pricipatu
reperta uitri arte quę duos calices modicos quos appellabāt petrotos. lib. vi. uēder&.

IN genere uitri & ob id sydiana numerantur ad similitudinem lapidis quem in
ethiopia inuēit Obsidius nigerrimi coloris aliquādo & trāslucidi crassiore uisu atq;
in speculis parietum per imaginē umbras reddēte gēmas multi ex eo faciūt. Vidiūs
& solidas imagīes Diui Augusti capti materia huius crassitudis dicauitq; quae ipse
pro miraculo in templo cōcordię obsidianos. vii. elephātos remisit & Tyberius cęsar
heliopolitarū cerimoniis reperta in hęreditate eius qui prefuerat egypto ut obsidianā
imaginē Menelai ex quo appar& antiquior materię origo. Nunc uitri similitudine
interpolata Xenocrates obsidianum lapidē in India & in sanulo italiae & ad oceanū
in hispania nasci tradit. Fit & tincturę genere obsidianū ad escaria uasa totū rubens
uitrum atq; nō trāslucens ęmathicum appellatū Fit & albū & murinā ut hiacynthos
saphyrosq; imitatur ex omnibus aliis coloribus: nec est alia nūc sequatior materia: aut
etiam picturę accomodatior Maximus tamē bonos cādido transllucētibusq; q̄ proxia
crystalli similitudine. Vsus uero ad potādum argenti metalla & auri pepulit. Est aūt
coloris impatiēs nisi pręcedat frigidus liquor cū aqua addita uitrea pila sole aduerso
in tantum exscandescunt ut uestes exurant Fragmēnta temperata glutinantur tantū
Rursus tota fundi non queunt pręterq̄ abrupto sibim& tingit has ueluti cū calculi
fiunt: quos quidam ab oculis appellāt aliquos & pluribus modis uersicolores. Vitu
sulpburi concoctum ferruminatur in lapidē & peractis omnibus quę constant īgēio
artem natura faciēte succurrit mirari nihil pene non igni perfici.

ACcipit harenas ex quibus alibi argētum: alibi minium: alibi plumbū alibi uitri
genera: alibi pigmēta: alibi medicamēta fundit. Igne lapides in aes soluuntur. Igne
ferrum gignitur ac domatur. Igni cremato lapide cementa in tectis alligantur. Alia
sępius uri prodest Eadēq; materia aliud gignitur primis ignibus aliud secūdis aliud
tertiis quando ipse carbo uires habere incipit restictus: atq; cū interisse credit̃ maioris
sit uirtutis. Immēsa & improba rerū naturę portio & in qua dubiū sit plura absumat
an pariat. Est & ipsis ignibus medica uis pestilētię quę solis obscuratione cōtrahitur
Ignes si fiant multiformiter auxiliari certum est. Empedocles & Hippocrates id
demonstrauere diuersis locis. Ad conuulsa interiora uiscera aut contusa. M. Varro.
Ipsis enim uerbis eius utar. Pixis īquit focus inde enim cinis lixiuius potus medet̃
Licet uidere gladiatores cū deluserit & hac iuuari potione. Quin & Carbūculū genus
morbi quo duos consulares nuper absumptos indicauimus Querneus carbo tritus
cum melle sanat Adeo in rebus damnatis quoq; ac iam nullis incognitis sunt aliqua
commoda & carbonē ecce & cinerē. Non prętеribo & unum foci exemplar Romanis
litteris clarum. Tarquinio prisco regnante tradunt repente in foco eius comparuisse

genitalem cinerem masculini sexus eamq; quę insederat ibi tanaquilis reginę ancillā Ocrestim captiuam consurrexisse grauidam Ita Seruium Tullium natum qui regno successit. Inde in regia accubāti & caput puero arsisse uisū creditumq; laris familiaris filium. Ob id compitalia ludos laribus primum instituisse.

T NIHIL INSTITVTO OPERI DESIT gemmę & supersunt & in arctū coacta rerū naturę maiestas nulla sui parte mirabilior tantum tribuunt uarietati coloribus materię decori uiolare etiam signis causa gemmas nefas ducētes Aliquas uero extra pretia ulla taxationēq; hūanarū opum arbitrantes ut plerisq; ad summam absolutāq; rerū naturę contemplationem satis sit una aliqua gemma quę fuerit origo gēmarū & quibus initiis ī tantum hęc adimi ratio exarserit diximus quadam tenus parte in mentione auri ānulorūq; fabulę primordiū a rupe caucasea tradunt promethei uinculorū interpretatiōe fatali primūq; saxi fragmentum inclusum ferro ac digito circūdatum hoc fuisse annulum & hoc gēmā.

HIs mitis coepit auctoritas in tantum amorem elata ut polycrati Seuero Samio Insularum ac littorum tyranno foelicitatis suę q̄ nimium fatebat̄ ipse satis piamenti ī unius gemmę uolūtario dāno uideret̄ si cū fortunę uolubilitate paria facer& : plaēq; ab Inuidia eius abunde se redimi putar& si hoc unū doluisset. Assiduo ergo gaudio luxus eo prouectus a nauigio in altū ānulū mersit At illū piscis eximia magnitudie regi notus escę uice raptum ut facer& ostentum in culinam domini rursus fortunę insidiantis manu reddidit Sardonicē eam gemmā fuisse constat. Ostenduntq; romae si credimus ī concordie delubro cornu aureo Augustę dono in clusam & nouissimū prope locum tot prelatis obtinente.

POst hunc annulum regia fama est gemma pyrrhi Illiusq; aduersus Romanos bellum gessit. Nanq; habuisse traditur Achatem in quo. viiii. musę & apollo cytharam tenēs spectarentur: non arte sed sponte naturę ita discurrētibus maculis ac musis quoq; singulis sua redderentur insignia. Nec deinde alia quę tradat̄ magnope gemmarum claritas extat apud auctores: pręterq̄ Ismenē coraulē multis fulgētibusq; uti solum Comitante fabula uanitatem eius indito in Cypro. vi. aureis denarius pro Smaragdo in qua fuerat sculpta amnimone insisse enumerari & cum duo relati cēnt in minuto pretio male me hercule curatum dixisse. Multum enim detractū gēmae dignitati hic uidetur instituisse ut omnes musice artis hac quoq; ostentatioē cēserēt̄ ueluti Dionysiodorus cęlis eius & aemulus ut sic quoq; par uideret̄ qui tertius: qui eodem tempore fuit inter musicos.

NIcomachus multas tamen gēmas habuisse traditur: sed nulla peritia electas: sed sorte quadā his exēplis initio uolumis oblatis aduersus istos qui sibi hāc ostētationē sibi arrogant ut palam sit eos tibicinum gloria tumere: hoc in polycratis gēma quae demonstratur illibata intactaq; est Ismenię ętate multos post annos appar& Scalpi etiā Smaragdos solitos confirmāt hāc eādē opinionē Alexandri magni quo edictū uetuit in gemma se ab alio scalpi q̄ a pyrgotele nō dubie clarissimo artis eius post eū Apolloides & Cronius ī gloria fuere quiq; Diui Augusti imaginē similē expressit quam postea principes signant Dyoscorides sylla dictator traditione Iugurtę semp signauit est & apud auctores & inter catinēsem illum cuius patrē Scipio Aemiliaūs

ex prouocatione iterfecerat pugnę eius effigie signasse ut uulgato sigillo ac si Scipio a patre eius interemptus est& Duius Augustus inter initia spinge signauit. Duas autē in matris annulis iam Indiscretę similitudinis inuenerat Altera per bella ciuilia absēte ipso signauere aici epistolas edictaq; ratio tēpoꝝ nomie eius reddi postulabat nō i faceto lepore accipientium ęnigmata afferre eam spingem quippe etiā coenatis ranā per collatiōes pecuniaꝝ magno terrori erat. Augustus postea ad euitāda cōuitia Alexādri magni imaginē signauit.

Erasmas plures quod peregrino appellant nomine Datilotecā primus omniū habuit romę priuignus sylle scaurus: diuq; nulla alia fuit dōec pōpeius magnus eam mitridatis regis fuerat inter dona in Capitolio dicat& ut. m. uatro aliq; eiusdē ętatis auctores cōfirmāt multū prelatā scauri: hoc exēplo cęsar dictator. vi. dactiliotecas in ęde ueneris gēitricis consecrauit. Marcellus Octauia genitus in palatini apollis ęde unam: uictoria tamē illa Pompeii primum ad margaritas gemmasq; mores ichinauit sicut. L. Scipioīs &. C N. Manilii ad celatū argētū & uestes attalicas & triclinia grata sicut. L. Mummii ad corynthia & tabulas pictas.

ID uti planius noscatur uerba ex ipsis Pompeii triumphoꝝ actis subiiciā. Ergo iii. triūpho quē de pyratis Asia pōto gētibusq; & regibus vii i. operis uoluīe idicatis. M. Pisōē. M. Messala. cōs. pridie. kl. octobris Deīn natalis sui egit trāstulit alueum cum tesseris lusoriū e gemmis duabus latū pedes tres lōgum pedes. iiii. & ne quis de ea re dubit& qua gēmaꝝ magnitudie hodie prope hanc amplitudinē excedētem. In eo fuit luna aurea pondo. xxx. lecti trieliares tres uasa ex auro gēmis abacoꝝ. ix. signa aurea tria Mineruę martis & apollini coronas ex margaritis. xxxiii Montem aureū quadratū cum ceruis & leoibus & Pomis oīs generis circūdata uite aurea. Museum ex margaritis in cuius fastigio horologiū erat imago. C N. Pompeii e margaritis illa regio ciduo honore grata probiores uenerandiq; per cūctas gentes. Illa in qua inq̄ ex margaritis seueritate uicta & uetiore luxuria q̄ triūpho q̄ profecto inter illos uiros durasse& cognomē magni si prima uictoria sic triumphasse& de margaritis tā pdigia re & foemis reperta quam gerere nefas non sit hic fieri tuos uultus sic te pretiosum uideri. Non ne illa similior tui est imago quam pyrenei iugis iposuisti graue pfecto foedūq; probrum erat ni uetius sit eū deoꝝ ostētū credi oporter& clareq; itelligi posse& Iam tum illud caput oriētis sine reliquo corpore ostentatum. Cętera triūphi eiusdem q̄ uerissime subiciam. lib. iii. m. reipubli. data legatis & quęstoribus qui oras maris defendissent. lib. bina milia commilitibus singulis. L. m. Tolerabiliorem tamē fecit causam. C. principis qui sup cętera muliebria oculos iducebat e margaritis: & Neroīs principis qui sceptra personis histrionū & cubicula uiatoria unionibus cōsternebat: quinimo ius uidemus perdidisse corripiendi gemmata potoria & uaria supellectiliū genera & annulos transeūtes: quę eim nō luxuria innocētior extimari possit. Eadem uictoria primū in urbē murrhia iuexit primusq; Pompeius. vi. pocula ex eo triūpho capitolio Ioui dicauit: quę protinus ad hominū usum transiere abacis etiā escariisq; uasis inde expetitis. Excrescit in dies eius rei luxus murrhino. lxxx. lib. empto capaci plane ad sextarios tres calice potauit ex eo ante hos annos cōsularis ob amorē abroso eius margīe ut tamē iniuria illa pretium auger&. Neq; est hodie murrhini alterius prestantior indicatura. Idem in reliquis generis eius quātum ualuerit liceat extimare ex multitudine quę tanta fuit ut auferente liberis eius Nerone Domitio Theatrum peculiare trans tyberim ortis exposita occuparēt: hoc a populo impleri canētes & dū Pompeianis preludit etiam Neroni satis erat qui tum uidit annūerari unius scyphi fracti mēbra quę in dolorem credo seculi Inuidiamq; fortunę tanq̄ Alexādri magni corpus in cōditorio seruari ut ostentaret placebat. Titus petroīus cōsularis moriturus inuidia Neronis principis ut mensam eius exheredar& unam murrhinam. ccc. lib.

emptam fregit. Sed Nero ut par erat principem facere uicit omnes. c. lib. capidē unā parando Memoranda res tanti imperatoris patrēq; patriq ebibisse oriens murrhinā mittit. Inuenitur enim ibi in pluribus locis nec insignibus maxime parthici regni precipua tamen in carmania humorem sub terram putant calore densari: āplitudiē nusq̄ paruos excedūt abacos crassitudine rara quanta dictū est uasi potorio splēdor is sine uitiibus nitorq; potius quam splendor: Sed in prętio uarietas colorum subide circumagentibus se maculis ī purpura cādoremq; & tertiū ex utroq; ignescēte ueluti per transitum coloris purpura rubescente aut lacte candescente Sunt qui maxime in his laudant extremitates & quosdā colorū repercussus: quales in celesti arcu spectāt̄ his maculę pigues placent Translucere quicq̄ aut pallere uitiū ē. Item sales uerrucę nō eminentes: sed ut in corpore etiā plerūq; sessiles Aliqua & in odore cōmēdatio est.

Contraria huic causa chrystallū facit gelu uehemētiore concreto. Nec alibi certe reperit q̄ ubi maxime hybernae niues rigent glaciemq; esse certum est. inde & nomē grēci dedere. Oriēs & hanc mittit sed idicę nulla prefertur. Nasciť & in Asia uilissia circa Alabandum & Aracos iam finitimis que montibus Item in cypro: sed laudata & ī europę alpiū iugis Iuba auctor est & in quadam Insula rubri maris ante Arabiā sita nasci quę netroii uocet & in ea quę iuxta gēmā topazion ferat cubitalēq; effossam a pythagora ptolemęi regis prefecto cornelius Bocchus & ī lusitaia nasci perq̄ mirādi ponderis īmēsis iugis depressis ad libramētū aquę puteis Miz quod & xenocrates ephesius tradit. Aratro in Asia & ī cypro excitari. Non enim inueniri in terreno: nec nisi iter cautes creditū fuerat. Similius ueri ē quod idē xenocrates tradit a torrētibus sępe deportari. Sudines uero negat nisi ad meridiem spectantibus locis nasci: quod certum est: non enim reperit in aquosis. q̄q̄ in regione pręgelida. uel si ad uada usq; glatiēt̄ amnes cęlesti humore paruaq; niue id fieri necesse est. Ideo caloris impatiēs in infrigido potu abdicat̄ quare nascat̄ sex angulis lateribus nō facile ratio Inueniri potest eo magis quod neq; in mucronibus eadem species est & ita absolutus ē laterū leuior ut nulla id arte possit equari magnitudo amplissima adhuc uisa nobis erat: q̄ in capitolio liuia Augusta dicauerat libriz circiter. l. Idem xenocrates auctor ē. Vas amphorale usum: & aliqui ex India chrystallū sextariozuiii. Nos liquido affirmare possumus in cautibus alpium nasci atq; adeo in uiis ut plerunq; fune pendentes eā extrahant peritis signa & indicia nota sunt. Infestant uitiis plurimis scabro ferrugīe maculosa nube oculta aliquando uomica pręduro fragilique centro a sole appellata: ē & ruffa aliquibus rubigo. Alius capillamētū rimis simile hoc artifices litura ocultāt quę uero sine uitio sunt puras esse malunt acenteta appellantes nec spumei coloris limpidę aquę postrema uero auctoritas in pondere est. Inuenio medicos quę sunt uirēda ad corpoz nō aliter utilius id fieri putare q̄ crystallina pila aduersis solis radius apposita. Alius hic furor. lls. l. trullā unā nō ātē multos ānos mercatā a matrefailias nec diuite Idem Nero amissaz rez nūtio accepto duos calices crystallios ī suppręma ira fregit illisos & hoc fuit ī uitio seculum suum punientis ne quis alius bis biber&. Fragmēta sarciri nullo modo queūt mireq; ad similitudinē accessere uitri: sed pdigii modo ut suum prętium auxerint crystalli non diminuerint.

Proximum locum in delitiis foeminaz tamē adhuc tantum succina obtinent. Eadēq; omia hęc quā gemmę auctoritatem sane priores aliquibus de causis crystallina frigida potu murrhina uitreaq; ī succinis causā ne delitię quidē adhuc excogitauerūt Occasio est uanitas grecoz diligēter legēs modo aequa perpetiat̄ nemo cū hoc quoq; intersit uitę scire quicquid illi prodidere mirandum phaetontis fulmine icti sorores fletu mutatas ī arbores populos lachrymis electz omnibus ānis fūdere iuxta eridānū amnē quē padum uocamus & electrū appellatū: quoniam sol uocitatus sit electros

plurimi poetę dixere: primique ut arbitror ęschilus philoxenus euripides satyrus Nicander quod esse falsum Italię testionio pat&. Diligentiores eoꝝ electridas isulas in mari adriaco esse dixerunt ad quas dilaberetur padus: qua appellatione nullas unq̃ ibi fuisse certum est. Nec uero ullas positas esse in quas quicq̃ cursu padi deueberet. Nam quod Aeschilus ĩ hyberia hoc est hispaia Eridanũ esse dixit eũdemq; appellari rhodanũ Euripides rursus & Apollonius in adriatico littore confluere rhodanũ & padum faciliorem ueniã facit ignorati succini in tanta ignorãtia orbis modestiores sed ęque falsum prodidere. In extreis adriatici sinus rupibus in uiis arbores stare quę Canis ortu hoc effunderẽt cũ mire Theophrastus in liguria effodi dixit Chares uero phaetontem in aethiopia hammonis obiisse & ibi delubrum eius esse atq; oraculum electriũq; gigni Phylemon fossile esse & in Scythia erui duobus locis candidum atq; Cerei coloris: quod uocaret electrũ. In alio loco fuluũ: quod appellaret subalternicũ Demonstratur id lyncuriacũ uocãt & fieri ex urina lyncum bestiaꝝ e maribus fuluũ & ingenuũ e foemis lãguidũ atq; candidũ: alii dixere languriũ & esse in italia bestias langurias Zenothenus langas uocat easdẽ circa padum his uitam affirmat Sudines arborem quę gignat in liguria. In eadẽ sentẽtia & Metrodorus fuit Sotacus credidit in Britannia arbores effluere quas electrinas uocauit phyteas gutonibus Germaniae gentis accolis ęstuarium ab oceano spacio mecomonõ nomie stadioꝝ .vi.m. Ab hoc diei nauigatione abesse insulam Abalum Illo uere fluctibus aduehi & esse concreti maris purgamẽtum incolas pro ligno ad ignem uti eo proximisq; Teutonis uẽdere huic & Thimeus credit. Sed insulam basiliam uocauit Phylemon negauit flamam ab Electro reddi Nicias solis radiorum succum intelligi uoluit: Hoc circa occasum uehemẽtiores in terras actos pinguẽ sudorẽ in ea reliquere oceani. Deinde ęstatibus in germanoꝝ littora eiici & in ęgypto nasci simili modo ac uocari sacal. Item ĩ India gratiusq; ture esse indis: in Syria quoq; foeias uertiellos inde facere & uocari harpaga quia folia paleasq; & uestium fimbrias rapiat Theophrastus oceano id exęstuante ad pyrenei promontorium eiici quod & Xenocrates credidit. Is uero qui nupric scripsit uiuit adhuc Asaburas tradit iuxta atlãticum mare esse lacum cephesida quẽ mauri uocent Electrum hunc sole excalefactum e limo dare electrum fluitans. Mineseas ĩ Aphrica locum sicione appellatum Cratinam in eo ab oceano effluẽtem lacũ in quo aues q̃s meleagridas uocat & penelopas uiuere ibi nasci raticẽ eadẽ q̃ supradictũ est in electride lacu. Theomones iuxta syrtim magnam ortum hesperidum ex quo in stagnũ cadat: colligi uero a uirginibus hesperidũ ethesias indis fluuiũ cẽ hyppobarũ quod uocabulo significetur omnia uisa ferre bona fluere a septentrione in exortum oceanũ iuxta monte silueſtrẽ arboribus electrum ferentibus arbores eas aphytacoras uocari qua appellatione significetur praeduleis suauitas. Mithrydates in germaniae littoribus esse insulam uocariq; eam Cedron cedri genere siluosam: inde defluere in petras Xenocrates non succinum tantum in Italia. Sed thycum uocari a scythis uero acrum: quoniam & ibi nascatur Alios putare in Numidia gigni. Super omnes est Sophocles tragicus poeta: quod equidem miror tanta grauitate cothurni & prętera uitae fama alias principe loco genitus athenis rebus gestis exercitu ducto hic ultra Indiam fieri dixit e lachrymis meleagridum auium Meleagrum deflentium: quod credidisse eum aut sperasse aliis persuaderi posse quis non miret? Quam ue pueritiã aut imperitiam posse reperiri: quę auium ploratus annuos credatur lachrymasue tã grandes auesq; e gretia ubi Meleager perit ploratum misisse nudos? Quid ergo nũ multa ęque fabulosa produnt poetę. Sed hoc in ea re quę quotidie inuehatur atque abundẽt & hoc mendacium coargu& Serio quoq; dixisse summa hominum cõtẽtio est & Intolleranda mendaciorum impunitas.

Certum est gigni in Insulis septentrionalis oceani & a germais appellari glessũ

Itaq; & a nostris unã ĩsularum ob id glessariam appellatam. Germanico Cęsare ibi classibus rem gerẽte Austraniã a barbaris dictam. Nascitur autem defluente medulla pinei generis arboribus ut gummi sincera resina pineis erupit humoris abundãtia Densat' rigore uel tepore cum uero intumescẽs ęstus rapuit ex Insulis cretae littora expellit' ita uolubile ut pẽdere uideatur: quod arborũ succum esse etiam prisci nostri credidere ob id succinum appellantes pineę autem arboris esse indicio est pineus in attritu odor & quod accẽsũ tedę modo ac nidore flagr& affert' a germanis ĩ pãnoniã mox per prouinciam & inde ueneti primium quos gręci enetos uocant famam rei fecere proxime pãnonię id accipiẽtes circa mare adriaticũ: pado uero annexa fabulę uidentur causã bodieq; transpadanorum agrestibus foeminis monilium uice succia gestantibus maxie decoris gracia Sed & medicinę quoniam tonsillis credit' resistere & fauicium uitiis uario genere aquarum iuxta alios infestante guttura. at fere. pas. ccc. abest a carminto littus pãnonię: ex quo id germanię inuebit' percognitũ. Nuper enim uidit eques Romanus ad id comparandum missus a Iuliano curate gladiatoꝝ munus Neronis principis quin & comertia & littora peragrauit tanta copia inuecta ut retia coercendis podium protegentia succinis nodarentur. Arma uero & libitina totusq; unius diei apparatus esset e succio Maximum pondus bis glebę attulit. xiii. libraꝝ. Nasci & in India certũ est. Archelaus qui regnauit in Cappadocia illinc pineo cortice inherente tradit aduehi rude politiq; adipe suis lactentis incoctum & liquidũ primo distillare. Argumẽto sũt quędam intus translucentia ut formicę aut culicesq; & lacertę adherentes in eo non est dubium & inclusas durescere. Genera eius plura candida odoris praestãtissimi: sed nec his nec tetris prętiũ Fuluis maior auctoritas Et his etiam nunc amplior translucẽtibus prętereq; si nimio ardore flagrẽt imaginẽq; igneã iesse non ignẽ plac& summa laus phalernis a uini colore dictis molli fulgore perspicuis Sunt in quibus & decocti mellis lenitas plac&. Verũ quoq; hoc diffiniri oport& quocunq; modo tingi libeat odoꝝ seruio & anchusę radice. Quippe etiam conchilio inficiuntur. Cęteꝝ attritu digitoꝝ accepta ui caloris attrahunt in se paleas & folia arida ut magẽs lapis ferrũ rameta quoq; succini oleo addito flagrãt dilucidius diutiusq; q̃ lini medulla Tixatio in delitiis tanta ut hominis q̃uis parua effigies uiuoꝝ hominum Ingentiũq; prętia super& prorsus ut castigatio una non sit satis ĩ corinthiis aes plac& auro argentoq; mixtum in celatis ars & ingeia murrhiorum & crystallorum diximus gratiam uiones capite circumferuntur. Gemmae digitis. In omnibus deniq; aliis uitiis ostentatio plac& Vsus autem & in succinis delitiarum tantum conscientia. Domitius Nero in cęteris uitę suę portẽtis capillos quoq; cõiugis suę pompeię in hoc nomẽ adoptauerat quodam etiam carmie succinos appellando. Et quoniam nullis uitiis desimt prętiosa nomina & ex eo tertius hic quidam colos coepit expeti a matronis usus tamẽ succinorum inuenitur aliquis in medicia: sed nõ ob hoc foemis plac& infantibus adalligari amuleti ratione prodest. Calistratus & cuiuscunq; ętati contra lymphationes prodesse tradit. Vrinae difficultatibus potum adalligatumq; hic & differentiam nouam attulit appellando chrisolectrum quod sit coloris aurei & matutino gratissimi aspectus rapacissimum igniũ & si iuxta fuerint celerrime ardescens. Hoc collo adalligatum mederi febribus & morbis tritum cum melle & rosaceo auriũ uitiis: & si cũ melle attico teratur oculoꝝ quoq; obscuritatibus Stomachi etiam uitiis uel per se farina eius sumpta uel cum mastice ex aqua pota. Succina etiam gemmisq; sunt translucidę adulterandis magnum habent locũ maxie Ametistis cum omni ut diximus colore tingantur.

De lyncurio proxime dici cogit auctorum pertinacia quippe si etiam nõ electꝝ id esset& lyncurium tamẽ gemmam esse contendunt. Fieri autem ex uria quidẽ lyncis Sed egesta terra protinus bestia opperiẽte eam: quoniam inuideat homini. Esse aũt

ex urina quidem lyncis. Sed egesta terra protinus bestia opperiente eam: quoniam Inuideat homini. Esse autem qualem in succinis colorem ignis nec folia tantũ aut stramẽta ad se rapere sed etiã aeris ac ferri lamias: quod diodes quidẽ & Theophrastus credidit. Ergo falsũ id totũ arbitror: nec usũ i ẹuo nostro gemmam ulla ea appellatiõe & quod de medicia simul prodit calculos uessicẹ eo poto elidi & morbo regio occurri si ex uino bibat aut si potet etiam nũc confessa genera gẽmarẹ dicemus a laudatissis orsi Nec uero id solum agemus: sed ad maiorem utilitatem uitae obiter coarguetur magorum infanda uaitas quando illi uel plurima prodidere de gemmis medicis ex his species blando prodigio transgressi

MAximum in rebus humanis non solum inter gemmas prẹtium hab& adamas diu non nisi regibus & his admodũ paucis cognitus Vnus modo i metallis reptus perq̃ raro Comes auri & nec nisi in auro nasci uidebatur Veteres eum in ẹthiopum metallis tantum inueiri existimauere inter delubrum mercurii atq; insulam mercen dixeruntq; non ampliorem cucumis semine haud colore dissimilem inueniri. Nũc genera eius. vi. noscuntur indici non auro nascentis: sed quadam crystalli cognatione Siquidem & colore translucido non differt & latere sexangulo liuore turbinatus in mucrone e duabus contrariis partibus quo magis miremur ut si duo turbines latissi suis partibus iungantur. Magnitudine uero etiam auellani nuclei. Similis est huic arabicus mior tamẽ similiter nascẽs cẹteris pallidior argẽto & auro nõ nisi excellẽtissio natalis. Incudibus hi deprẹhendunt ita despuẽtes ictum ut ferrum utrinq; dissult& Incudesq; etiam dissiliant quippe duritia inenarrabilis est simulque ignium uictrix natura & nunq̃ icalescens Vnde & nomẽ iterprẹtatione grẹca indomita uis accepit Vnum ex his uocant ceutron milii magnitudine Alterũ macedonicũ in phylippico auro repertum hic est Cucumis semie par. Post hoc cyprius uocat in cypro repertus uergens in aerium colorem: sed in medicamine de quo dicemus efficacissimus. Post hunc est siderites ferrei splendoris pondere ante cẹteris & natura dissimilis. Nam & ictibus frangitur & alio adamante perforari potest: quod & cyprio euenit breuiterq; ut degeneres nomis tantum auctoritatem habent Idq; quod tantis uolumibus his docere & mandare conati sumus de discordia rerum concordiaq; quam antipathiam ac simpathiam uocauere grẹci. Non aliter clarius itelligi potest. Siquidem illa iuncta uis duarum uiolẽtissimarum naturẹ rerum ferri ignisq; contemptrix hircino rumpit sanguie: ac ne aliter q̃ recenti calidoq; macerata & sic quoq; multis ictibus. Tunc etiã prẹterq̃ eximias icudes malleosq; ferreos frangẽs: cuius hoc igenio quoue casu reptũ aut quẹ fuit coniectura experiendi rem immensi secreti & in foedissimo animalium omnium profecto muneris talis inuẽtio bois est. Nec querenda in ulla parte naturae ratio: sed uolũtas ut cũ foeliciter rumpere contigit in tam paruas frãgatur crustas ut uix cerni possint. Expetũtur hẹc a sculptoribus ferroq; icludũtur nullã non duritiam ex facili cauantes. Adamas dissid& cum magnete lapide in tantum ut iuxta positus ferrum non patiat abstrahi: aut si admotus magnes deprẹhẽderit rapiat atq; auferat Adamas & uenena irrita facit & lymphatioẽs abigit moetusq; uanos expellit a mẽte Ob id quidã eũ Anchitem uocauere. Metrodorus scepsius in eadem germaia balista insula nasci in qua & succinum solus quod ẹquidem legerim dicit & prẹfert arabicis quod falsum esse quis dubit& : proximum apud nos Indicis Arabicisque margaritis prẹtiũ est de qbus in. viiii. dixũs uoluie iter res marias.

TErtia auctoritas Smaragdis phibet pluribus de causis nullius coloris aspectus Iucundior est nam herbas quoq; uirentes frondesq; despectamus Smaragdos uero tanto libentius quoniam nihil omnino uiridius comparatur illis. Vir& prẹterea & soli gemmarum contuitu implent non satiant: quin & ab intẽtatione alia obscurata

aſpectu ſmaragdi recreat acies ſcalpentibuſq; gemas nō alia gratior oculorū refectio eſt Ita uiridi lenitate laſſitudinem mulcent: pręterea e longinquo amplificant uiſu inficientes circa ſe repercuſſum aera nō ſole mutati non umbra nō lucernis: ſemper que ſenſim radiātes & uiſū admittentes ad craſſitudiem ſui facilitate trālucida quod etiam in aquis nos ſituat. Idem plerunq; & concaui ut uiſū colligant q̄ obrē decreto hominū his partit ſcalpi uetitis q̄q̄ ſcythicoꝝ egyptioꝝq; durities tāta eſt ut nō queāt uulnerari: quoꝝ uero corpus extentū eſt eadē qua ſpecula ratiōe ſupini reꝝ imagines reddūt. Nero princeps gladiatoꝝ pugnas ſpectabat e ſmaragdo. Genera coꝝ. xii. ſed nobiliſſimi ſcythici ab ea gente in qua reperiūt appellati Nullis maior auſteritas: nec minus uitii ut quātū ſmaragdi a gemmis diſtant tātum ſcythicus a ęteris ſmaragdis proximā habēt laudē ſicut & ſedem bactriani quos in commiſſuris ſaxoꝝ colligere eos dicunt ęthesiis flantibus. Tunc enim tellure terſa nitent quod his maxime uētis harene maxime mouentur: ſed hos minores multo ſcythicis eſſe tradūt Tertiū locū egyptii qui eruūtur circa copton oppidū thebaydis in collibus & cautibus. Reliqua genera in metallis aerariis Inuenīūtur: quapropter principatū ex his egyptii obtinēt Doſq; coꝝ ut & colore liquido: nec diluto uel ex humido piguiq; perſpiciat Imitāte trālucidum mare pariterq; tranſluc& & nit&: hoc eſt coloꝝem expellit & acie recipit Ferūt & in ea iſula tumulo reguli berile iuxta tecterias marmoreo leoni fuiſſe iditos oculos e ſmirigdis ita radiātibus etiā i gurgitē ut territi iſtrumēta refugerēt Thinny diu mirātibus nouitatē piſcatoribus donec mutauerūt oculos: ſed & uitia demōſtrari oport& i tāto prodigio. Sunt quidē omium eadem quędam peculiaria ſicut i homie. Ergo cypri glauci magiſq; uarii ac minus in eodem ſmaragdo aliis partibus tenorē illum ſcythicę auſteritatis non ſemper cuſtodiunt. Adhuc quibuſdā intercurrit ūbra ſurduſq; fit colos qui improbat etiā dilucidior hincq; genera diſtiguūt & ſunt aliqui obſcuri quos uocāt ęcos. Alii denſi: nec eſt reliquo trālucidi quidā focarii: quidam nubecula improbati: quod aliud ē quā umbra de qua diximus Nubecula enī albicātis eſt uitium cum uiridis nō pertrāſit aſpectum: ſed aut intus occurrit aut excipit i fine uiſū candor hęc coloris uitia Illa corporis capillamētū ſal plūbago. Ab his ęthiopici laudantur a copto Itinere trium dicꝝ ut auctor eſt iuba acriter uirides ſed nō facile puri aut cōcolores. Democritus i hoc genere poit hericos & perſicos illos extuēſcētes pinguiter perſicos uero non tranſlucidos: ſed iucundi tenoris uiſum implere quem non admittant Feliū pantheraꝝq; oculis ſimiles. Nanq; & illos radiare nec perſpici coſdem in ſole hebetari In umbra refulgere & longius q̄ ęteros nitere: omniū hoꝝ etiam nunc uitiumq; fellis colorē aut acris olei habēt i ſole dilucidi quidē ac liquidi: ſed non uirides. hęc uitia i atticis maxime ſentiunt in argentariis metallis repertis i loco qui tyricos uocatur ſemper minus pingues & e longinquo ſpecioſiores frequēs & his plumbago hoc eſt ut in ſole plumbei uideantur. illud peculiare quod quidam ex his ſeneſcūt paulati uiriditate euanida & ſole lęduntur: poſt hos medici plurimū uiriditatis habent Interdum & e ſaphyro hi ſunt fluctuoſi ac reꝝ imagies complexi papaueꝝ ut uerbi gratia aut auiū catuloꝝq; uel prunoꝝ uel capilloꝝ & ſimiliū q tamē uirides naſcunt quoniam oleo meliores fiunt. Neq; eſt alioꝝ magnitudo amplior. Carchedonii neſcio an i totū exoleuerit poſtq̄ metalla aeris ibi defecerunt & ſemper tamen uiliſſimi fuere minimiq;. Item fragiles ſed colore incerti & uirentiū i caudis pauonum columbarumq; collo plumis ſimiles ad inclinationem magis ac minus lucidi uenoſi quidem ſquamoſiq; peculiare coꝝ uitium Minocarcion appellatū hoc eſt quędam gemma ex caron mox iuxta Carcedonem in qua legebatur ſmaragdites uocatus ē Iuba auctor ē ſmaragdū quem colam uocant i arabię edificioꝝ ornamētis includi & lapidem quem alabaſtriten egyptii uocant complures uero eſt proximis laconites in targeto monte crui medicis ſimiles & alios in Sicilia. Inſerit ſmaragdis & uocatur tanos e perſis uenens gemma i grate uiridis: atq; intus ſordida. Itē calcho

ſmaragdos e cypro turbida aereis ueis Theophraſtus tradit ĩ ęgyptioꝝ commẽtariis reperiri regi eoꝝ a rege babilonio munere miſſum ſmaragdum.iiii.cubitoꝝ lõgitudie & triũ latitudine & fuiſſe apud eos in Iouis delubro obeliſcum e.iiii.ſmaragdis:xl. cubitoꝝ longitudine latitudine uero in una parte duorũ in parte:iiii.ſe autẽ ſcribẽte eſſe ĩ Tyro herculis tẽplo ſtẽtenã planam e ſmaragdo niſi potius pſeudo ſmaragdus ſit. Nam & hoc genus reperitur ĩ Cypro Inuentum ex dimidia parte ſmaragdum ex dimidia byaſpidem nõdum humore in totum tranſfigurato. Appion cognomiatus pliſtonites paulo ante ſcriptum reliquit eſſe etiam nũc in laberyntho ęgypti colloſũ ſerapis e ſmaragdo.ix.cubitorum.

